Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0001-5

3 R

8162

34

Dv 2539

W60/19/HHNäe

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0002-1

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
– [illegible] –
DÜSSELDORF
V 2677

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0003-7

605

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0004-2

# MEDICAE SYNTAXES, MEDICINAM VNIVERSAM ORDINE PVLCHERRIMO COMPLECTENTES,

EX SELECTIORIBVS MEDICIS, TAM GRAEcis quàm Latinis & Arabibus collectæ & concinnatæ, per

*IOANNEM IACOBVM VVECKER,*
Baſilienſem, Medicum.

Sum Hermanni Siderij Physicj Doctoris emptus Passauie Bavarorum anno . 1562 . tertio Idus Novembris .




Τῆς ἐπιμελείας δοῦλα πάντα γίνεται.

BASILEAE, M. D. LXII.

Cum gratia & Priuilegio Cæſ. Maieſt. ad decennium.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0006-4

DFG

# ILLVSTRISSIMO PRINCIPI ET DOMINO D. FRIDERICO, COMITI PALATINO RHENI, SACRI ROMANI IMPERII ARCHIDAPIFERO, ELECTORI, BAVARIAE

*Duci, &c. Domino ſuo clementiſsimo,* IOANNES IACOBVS VVECKER, *Baſilienſis, Medicus* S. D.

MIHI ſępenumero in ſummos homines, ac ſummis ingenijs prę ditos intuenti, Princeps illuſtriſsime, non parua ſubit admiratio, quid ſit, cur plures in omnibus artibus quàm in medendo, uiri admirabiles extiterint. Nam ut omittam nunc artes iſtas uulgares, nemo ignorat, *quanta in* obſcuritate naturæ uerſentur ij, qui Phy*ſici uocantur:in* qua tamen difficile eſt enumerare quot, *quamq;* multi in ea ſcientia excell*uerint.* Quam uerò ſubtili in arte uerſentur Geometrarum ſtudia, quamq; recondita, norunt qui eam attigerunt: eo tamen in genere ità multi perfecti homines extiterunt, ut nemo ferè ſtuduiſſe ei ſcientiæ uehementius uideatur, quin quod uoluerit, ſit conſecutus. Quis Muſicis, quis Poeticis, penitus ſe dedit, quin omnem illarum artium uim penè infinitam, atque materiam ſcientia, & cognitione comprehenderit? Verè mihi hoc uideor eſſe dicturus, ex omnibus ijs, qui in liberalibus ſtudijs ſunt, doctrinisq; uerſati, minimam copiam Poetarum egregiorum extitiſſe: & tamen in hoc ipſo numero, in quo perrarò exoritur aliquis excellens, ſi diligenter, & ex Latinorum & Græcorum copia con*quiſiuerimus* : multò tamen plures Poetæ boni, quàm Medici reperientur. Quid Iuriſperitos dicam, quorum *tantus poſt leges* XII. tabularum extitit numerus præſtantiſsimorum, ut Ius ciuile ( quod quidam de Romana Rep. dixit ) iam mole laboret ſua. Neque tamen illud uerè dici poteſt, aut plures cæteris artibus inſeruire, aut maiore delectatione, aut ſpe uberiore commoueri. Nam ut omittam Græciam, quæ ſemper Medicinæ princeps eſſe uoluit: atq; Græcorum æmulos Arabes, quorum in medendi arte induſtria toto terrarũ orbe fuit illuſtris, in hac ipſa profecto ætate, totáque Europa, nulla nunquam uehementius, quàm Medicinæ ſtudia nunc uigent, uiguerunt. Quibus de cauſis, quis non iure miretur, ex omni memoria ætatũ, temporũ, regionum, tam exiguũ excellentium Medicorũ numerum inueniri? Quem enim ſummum ex ueteribus, præter Hippocratem, & Galenum, & Auicennã: ex media ætate præter Æginetam & Aëtium? In hac uerò noſtra, & proxima, etſi innumerabiles propè Medici numerentur, boni tamen perquam pauciſsimi inueniuntur, quos quidem nominare facilè poſſem, niſi inuidioſum eſſe putarem. Quis enim aliud in maxima diſcentium multitudine, ſumma Doctorum copia, præſtantiſsimis hominum ingenijs, ampliſsimis propoſitis præmijs, eſſe cauſſæ putet, niſi rei quandam incredibilem magnitudinem ac difficultatem? Vt enim hæc ſcientia pulcherrima eſt, atque humanæ uitæ maximè neceſſaria, ſic eſt eadem omnium difficilima, & ob id etiam longiſsimi & laboris & temporis, quod & Hippocrates & Galenus, duo Medicinæ lumina teſtantur. Ac de longitudine quidem conſtat, tum ex eo, quòd omnium ferè actionum ſingularium occaſionem habeat præcipitem ac momentaneam, ad quas diligenter cognoſcendas, diu multumq; eſt laborandum: tum quòd illius materia, circa quam uerſatur, & ex qua fit ipſa Medicina, uix unquam ſatis tota perſpecta eſſe uideatur. Quis enim tam multas & uarias hominum temperaturas, naturam uniuerſam, admirandas atque abditas naturæ effectiones, uires, proprietatesq; ( quas

ἰδιοσυγκρασίας uocant) unquam ſatis comperta habet? cur hic ſuillã, bubulam ille: alius caſeum, alius poma, alius uinum auerſetur? cur hic concoctu etiam difficilima, facilimè concoquat, alius in facilioribus coquendis miſerè laboret? cur uni leuiore medicamento aluus facilè ſoluatur, alteri ne ualido quidem emolliri & laxari poſsit? Ad hæc cùm magna ex parte Medicina experimentis rerum ad curationem utilium, earumq́; obſeruatione nitatur (quod artis uetuſtiſsimum principium, auctore Galeno, experientia ſit) ad experientiam autem habendam longo ſit uſu opus, ut idem Galenus tertio Methodi tradit: efficitur profecto, ut longam omnino artem fieri neceſſe ſit. Longiorem præterea efficere ſolent naſcentium in dies noua incognitaq́; morborum genera: tot item remediorum uel excogitata, uel excogitanda in id ratio. Quis enim ante annos plus minus octoginta, eius diræ luis, quam alij Neapolitanum, alij Gallicum morbum appellant, naturam, cauſſas, ſymptomata: quis eius medendi ueram rationem nouerat? Multa remediorum genera, in uſus hominum utiliſsima, à noſtris inuenta hac ætate ſunt, antiquis illis (ſicut eorum libri, réſque ipſa docet) prorſus ignota, quod de ſua etiam ætate Galenus decimoquarto Methodi ſcriptum reliquit. Quin & à ſe multa ſexto Methodi medicamenta inuenta, nondum à quoquam in uſus hominum prodita, ipſemet prædicare non dubitauit, quæ omnia diuturni temporis Medicam artem eſſe oſtendunt. Difficultatem uerò artis huius nobiliſsimæ, eiuſdem Galeni teſtimonio, colligere licet, præſertim in libro de Conſtitutione artis medicæ, ubi inquit: Medicum totius naturę gnarum, omnibusq́; ijs diſciplinis atque artibus ornatum eſſe oportere: unde fieri nequit, ut quæ in arte Medica præcipua ſunt, deprehendi facilè poſsint. Cuius enim artis inuentio difficilis eſt, eius quoque theoremata difficilia eſſe, neceſſe eſt. Artis porrò difficultatem oſtendunt, cum materiæ, circa quam uerſatur, inconſtantia, fluxaq́; natura, tum inſtrumentorum, quibus ipſa utitur, incertitudo. Vtitur enim experimento & ratione, quorum alterum, nempe experimentum, periculoſum eſt, alterum uerò ex ratione iudicium difficile, imò ſi quid aliud, maximam habet difficultatem. Huius quoque rei maximum nobis Hippocrates teſtimonium ſuis monumentis reliquit. Scribens enim ad Democritum Abderitem, eam nemini cuiquam mortalium, ne ipſi quidem eius inuentori Æſculapio, perſpectam eſſe teſtatur, ſic inquiens: Ἐγὼ μὲν γὰρ ἐληλυθὼς ἐς τέλος οὐκ ἀφίγμαι καίπερ ἤδη γηραλέος καθὼς οὐδὲ γὰρ ὁ τῆς δὲ εὑρετὴς Ἀσκληπιὸς, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἐν πολλοῖς διαφώνησε καθάπερ ἡμῖν αἱ τῶν ξυγγραφέων Βίβλοι παραδεδώκασιν. Et Damaſcenus affirmat, huius ſciẽtiæ immenſam eſſe profunditatẽ. Quamobrem mirari deſinamus, quæ cauſa ſit bonorũ Medicorũ paucitatis, cũ ex illis rebus uniuerſis Medicina conſtet, quibus in ſingulis elaborare permagnũ eſt: hortemurq́; potius homines noſtros, ut animo rei magnitudinẽ complectantur: nec ſe putent uel Gordonij, uel alterius praxi, paucisq́; menſibus, Medicos euaſiſſe: ſed ijs, quæ Hippocrates primum, deinde Galenus, Medico neceſſaria eſſe ſtatuunt, quod expetunt, ſe conſequi poſſe confidant. Quæ cum ita ſint, ſæpius ac diu mecum cogitaui, quomodo eam breuiori aliqua faciliorìq́;, & ad memoriam expedita uia comprehenderem, neque ſolum menti, ſed etiam oculis & manibus ſubijcerem. Ac ſtatim in mentem uenit Socratis apud Platonem in Phædro ſententia, qui ait, ſi quem inuenerit, componendi ac diuidendi ſcientia pollere, hunc ſe tanquam Deum ſequi uelle. Quo dicto incitatus, atque incenſus, feci, ut Medicinam uniuerſam, quæ in Hippocratis, Galeni, aliorumq́; libris paſsim ita diſperſa atque diffuſa eſt, ut perquàm pauci ordinem peruidere, notareq́; poſsint, in Tabulas & locos conijcerem atque deſcriberem: cuius rei cum exigua quædam initia habere in Italia cœpiſſem, ea ſum ita ſecutus, ut uniuerſam medendi facultatem Deo opt. maximo auſpice & duce, ad calcem perduxerim: quæ res non ſolum Medicinæ ſtudioſis, uerum omnibus alijs mediocriter in diſciplinarum genere progreſsis, uſui eſſe magno poſsit: ea præſertim Medicinæ pars,

quæ

quæ ſingularum corporis partium naturam, uim, magnitudinem, numerum, figuram, ſitum, connexionem, uſum docet: & ea, quæ alimentorum materiam continet, quibus ſanitas conſeruari, morbusq́; auferri poteſt. Cæterum in hoc opere, ordinem Auicennæ ſequi nobis magis placuit, qui ſolus eam ordine conſcripſit. Galenus namq; Medicinam mira quadam copia & uarietate, innumeris propemodum libris, nullo certo ordine, confecit, præterquam in Arte medicinali, & libro De conſtitutione artis medicæ, quorum altero totam artem ordine analytico, altero definitiuo complexus eſt. Verum cum multa in eis deficiant, plurima redundent, ſintq́; membra parum apta inter ſeſe atque connexa, totam & uniuerſam Medicinam, Auicennæ exemplo, naturæ optimæ magiſtræ ordinem, uiamq; ſecutus, quæ ex paruis quibuſdam initijs maiora, & ex his maxima extremaq́; componit, in Syntaxes tanquam locos digeſsi, eamq́; non ſolum ex Hippocratis & Galeni, uerum etiam reliquorum Græcorum, Latinorumq́; ueterum, nec non Arabum libris colligere uolui. Itaque primò Medicinæ definitione poſita, *eam in duas rectè* partes diuiſimus, in Theoricam uidelicet & *Praxim*, *quamuis* non deſint, qui hanc diuiſionem reprehendant, eamq́; in quinque *tantum* partes, & non in plures neque *pauciores* rectè diuidi poſſe, exiſtiment: tamen ſi quis rem diligentius conſideret, has quinque ad duas reuocari poſſe, non dubitabit. Ex altera namq;, nempe Theorica, quæ à cauſis ſumpta eſt, quatuor exoriuntur partes, una uidelicet ex Materia, altera ab Efficiente, reliquæ duæ ab ipſa Forma. A' Praxi uerò, uſu ipſo, qui à fine ſiue effectu ſumptus eſt, quinta Medicinæ pars prodit, θεραπευτικὴ appellata. Vnde conſtat, Medicam artem in duas rectè partes à nobis tributam eſſe. Sed ut ad propoſitum reuertamur, primò Theoricam tractare incepimus, ſumpto initio à φυσιολογικῇ quæ res naturales, quibus corpus humanum conflatur, continet, ut elementa, temperamenta, humores, corporis partes, & *id genus alia*, quæ omnia ordine, ut in primo Schemate uidere licet, pertractauimus. Deinde ad ὑγιεινὴν, *quæ de rebus non naturalibus agit*, ut aere, cibo & potu, peruenimus, eámque ſimiliter ordine abſoluimus: mox παθολογικὴν quæ res præter naturam continet, ut morbos, cauſas, ſymptomata: poſtremo σημειωτικὴν, quæ de ſignis agit. Quo facto, ad Praxim, quæ morbos triplici ratione, nempe uictu, medicamentis, & manu curare docet, acceſsimus, eaq́; ordine deſcripta, totam & uniuerſam Medicinam, tanquam pulcherrimum quoddam corpus, abſoluimus. Atque ut exercitatio quoque nonnulla conſtaret, inſuper quorūdam affectuum ſeorſim exempla adiecimus, ad *quæ tractanda* uniuerſam Medicinam adhibuimus. Fit autem exercitatio omnis, ut Galenus ſecundo De locis malè affectis inquit, quū particularia ſub eandem uiam ac rationem ducuntur. Huiuſmodi autem doctrinæ genere non aliud inuenitur utilius. Quippe uiæ ac rationes, ubi ſolæ ſine multifaria exercitatione cognoſcuntur, haudquaquam poſſunt perfectos efficere diſcipulos. Et hæc quidem tot & tanta, tantiſque meis laboribus concinnata, cùm in cuius tutelam emitterem, mente atque animo mecum uolutarem, tua Celſitudo, Princeps optime, ſtatim occurrit: cuius etſi me generis tui antiquiſsimus ſummusq; ſplendor, Imperij ſeptemuiralis maieſtas, & uirtutum, ſapientiæq́; diuinæ magnitudo territabat: ex aduerſo tamen, humanitas, eruditio, bonitas, ſincera religio, & pietas in patriam, quæ in te ſumma omnia eminent, inuitabat. Taceo tuam iſtam in uiros doctos, & ſtudia literarum propenſionem, & *egregiam* uoluntatem: quæ cum ex alijs multis argumentis, tum uel maximè ex tuæ Heidelbergenſis Academiæ celebritate elucet, quam tua unius liberalitas inſtaurauit: quam quotidie uiris, omni diſciplinarum genere doctiſsimis, exornare non deſinis. Taceo laudes, quibus te extollit clariſsimus uir THOMAS ERASTVS, Academiæ tuæ decus, Philoſophus ſummus, Medicus peritiſsimus, præceptor meus ſemper obſeruandiſsimus colendiſsimusq́; (quem non ſolum in Germania, uerum etiam in tota Italia haud mediocriter obſeruari, cùm

propter eius doctrinam ſingularem, tum propter eximiam pietatem, non mirum eſt) cuius amor erga te tantus eſt, ut uel ipſius cauſa hoſce meos labores ſub tuo nomine in lucem prodire uoluerim. His igitur ego omnibus adductus, Princeps Illuſtriſſime, hoc meum opus tuæ Celſitudini nuncupo & dono. Quod opus, ſi tali ac tanto Principe dignum ſit, eſt quod uolui: ſin ſecus, quod potui. Vale, Baſileæ Calendis Septembris *M.D.LXII.*

TVAE ILLVST. CELSITVDINIS

*Cliens, Ioannes Iacobus Vuecker*
*Baſilienſis, Medicus.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0010-5

# IN TYPOS MEDICINALES

## D. IO. IACOBI VVECKERI, AD D. NICOLAVM EPISCOPIVM ſeniorem, Iacobi Hertelij Iambus αὐτοσχέδιος.

*INter ſtupendæ dona multitudinis*
*Rerum benignus quæ Creator & potens*
*Effudit in totum genus mortalium,*
*Locum tenere non opinor infimum*
*Artem medendi nobilem doloribus,*
*Humana qui torquent moleſtè corpora.*
*Namq́ eius eſt uel maxime grauiſsimum*
*Præconium, quod ipſe ſummus Arbiter*
*( Cuius manu ſtant & reguntur omnia )*
*Creaſſe fertur uſui mortalium.*
*Quicunq́ ſplendent artis huius gloria.*
*Fas igitur eſt honore debito coli*
*Dei fauore qui decus tantum gerunt.*
*Ope Medici reges egent & Principes,*
*Hanc optimates cum colonis expetunt,*
*Hac pauperes egent, egentq́ diuites,*
*Puer, ſenex, anus, puellæ, coniuges:*
*Ne multa: quicquid nomen humanum gerit,*
*Obnoxiumq́ habet malis ergaſtulum,*
*Ob inſitam labem, caduci corporis,*
*Artem profeſſos hanc adire non timent.*
*Tentat Deum, cum maximo ſui malo*
*Quiſquis repellit æger hoc donum Dei.*
*Fidens Deo doctas medendi reſpuit*
*Nunquam manus, affecta ſi languoribus*
*Exhauriuntur membra depaſcentibus.*
*Non neſcit almum namq́ parens iuſsibus*
*Sui Creatoris ſolum producere*
*Herbas ſalubres, floſculos, & germina*
*Quæcunq́ noſtris uſibusq́ cedere,*
*Illuſtris medici quæ ſolent induſtria.*
*Hinc Chriſtianæ ueritatis neſcia*
*Antiquitas, primum repertorem iſtius*
*Exiſtimauit artis eſſe Apollinem:*
*Inſtarq́ numinis colendum cenſuit*
*Non otioſa quiſquis experientia,*
*Vſu frequenti, lectione plurima,*
*Conatus illam eſt ampliorem reddere.*
*Quid? lumen inclytum Plato ſapientiæ*
*Pronunciare non ueretur Atticæ,*
*Nullo eſſe felices modo res publicas,*
*Nec ciuitatem poſſe ſaluam moribus*

Bonis

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0011-1
DFG

*Bonis uigere, & diſciplina congrua,*
*Si non honeſtus iudici prudentia*
*Claro locus ſit, arte uel Pæonia*
*Quocunq; ſubleuare morbo qui ſciat*
*Peritus ægros, laude fraudetur ſua.*
*Hanc quiſquis illuſtrare ſedulò ſtudens*
*Nulli labori parcit, immortalibus*
*Dignam meretur gratiam præconijs.*
*Cum ſit tuus Vueckere talis hic labor,*
*( Quo ſparſa facundi Galeni dogmata,*
*Coi ſenis præcepta difficillima,*
*Et turba quicquid Barbarorum tradidit,*
*Dubium tabellis breuib. an doctis magis*
*Complexus es ) grates habebit plurimas*
*Quiſquis medendi noſſe regulas ſtudet.*
*Nec tu tacendus es mihi clariſſime*
*Vir eruditione rara, congruum*
*Cui diligentis nomen eſt Epiſcopi,*
*Quòd ipſe tempus literis das plurimum,*
*Quòd res honeſtas approbas & promoues,*
*Quantum potes, quantum uidetur commodum:*
*Facis piè, facis quod eſt æquum, tuæ*
*Nullo decus famæ ſeneſcet tempore.*
*Conatibus fauere pergas optimis,*
*Prodeſſe rebus publicis ſtudentium.*
*Hos & benignus nunc Iambos accipe,*
*Sis noſter atq; amice, dic Hertelio.*

# THEORI-
# CÆ PARTES
## QVATVOR.

ΦΥΣΙΟΛΟΓΙΚΗ. I
ΥΓΙΕΙΝΗ. II
ΠΑΘΟΛΟΓΙΚΗ. III
ΣΗΜΕΙΩΤΙΚΗ. IIII



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0013-2

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0014-8
DFG

3

# DE DEFINITIONE ET PARTIBVS MEDICINÆ, EX HIPPOCRATE, GALENO ET AVICENNA.

MEDICINA (inquit Hippocrates) eſt adiectio deficientis & ablatio ſuperantis, in hominum corporibus.

MEDICINA (ait Galenus) eſt ſcientia ſalubrium, inſalubriũ & neutrorum.

MEDICINA (ait Auicenna) eſt ſcientia qua humani corporis diſpoſitiões noſcũtur, ex parte qua ſanatur, uel ab ea remouetur, ut habita ſanitas conſeruetur, & amiſſa recuperetur: cuius partes ſunt duæ,

- THEORICA, quæ propriè confert demonſtrando ſcientiam, & in quatuor diuiditur partes. Nã uel demonſtrat
  - Res naturales, quibus corpus humanum conſtatur, quæ ſunt — Dicitur φυσιολογικὸν.
    1. Elementa.
    2. Temperamenta.
    3. Humores.
    4. Membra ſiue partes.
    5. Spiritus.
    6. Virtutes ſeu facultates.
    7. Operationes ſeu functiones.
  - Gal. eas contranaturales vocat. [illegible] n. corporis constitutione.
  - Res non naturales, quæ ſanitatem tuentur: quæ ſunt — Dicitur ὑγιεινὸν.
    - Aër.
    - Cibus.
    - Potus.
    - Motus.
    - Quies.
    - Somnus.
    - Vigilia.
    - Repletio.
    - Inanitio.
    - Animi affectus.
  - adeoq. sanitatem qualem acceperunt servant, sed nostri temporis medici res non naturales appellarunt, non quod naturam destruant, sed quod corpus nostrum, nisi horum [illegible], ut rectus sit usus, immutant.
  - Res præter naturam, quæ corpus humanum lædunt, ac deſtruunt: quæ ſunt — Dicitur παθολογικὸν.
    - Morbus.
    - Cauſa.
    - Symptoma.
  - Signorum obſeruationem, per — Dicitur σημειωτικὸν.
    - Præteritorum cognitionem.
    - Præſentium inſpectionem.
    - Futurorum præſagia.
- PRACTICA, quæ propriè confert demonſtrando methodum curandorum morborum, & tripliciter, — Dicitur θεραπευτικὸν.
  - Victu: & dicitur διαιτητικὸν.
  - Medicamentis: et appellatur φαρμακευτικὸν.
  - Manu et uocatur χειρουργικὸν.

Activae duae vocantur qualitates, ut calidum, et frigidum eo quod hae duae efficaciorem activitatem habeant in corporibus, faciliusque mutant haec corpora, ut calor quod activior ad vitam, et generationem frigus activius ad mortem, et corruptionem.
Duae vero qualitates vocantur passivae, scilicet humid. et siccum, non quod non et hae agant in corporibus, sed quia minus efficaciter et tardius quam eamodo agunt, difficiliusque eorum patiuntur, ut humidum difficiliter agit in siccum, etiam lapis proiectus in mari fundum tardissime humiditatem interius et difficilime patiatur



## De qualitatibus primis elementaribus, ex Ariſtotele & aliјs philoſophis.

Qualitates primæ in genere tangibilium,

- Actiuæ: ut
  - Calidum, quod homogenea, id eſt entia eiuſdem naturæ congregat, & heterogenea, id eſt diuerſarum naturarũ entia ſegregat. Quamobrem ſi pugillum mineræ auri igni tradatur, actione caloris auri partes confluunt, & ab his cupri portiones ſeparantur. Calidi etenim eſt, materiam ad generationem mouere.
  - Frigidum, homogenea heterogeneis conglutinat, quo fit, ut hyemali tempore lapidem, terram, aquam lignumue in unum congelata conſpicias. Huius etenim eſt materiam motam in ſuis perfectionibus ſiſtere.
- Paßiuæ:
  - Humidum, termino proprio malè, alieno autem benè terminatur. Vnde aqua in terminis ſuis non quieſcit, ſed donec continentis latera contingat, fluit, & his ex omni parte coniungitur. Hoc in aëre, & ſi ſit uerius, non tamen manifeſtius. Iſtiuſmodi enim eſt formarum, figurarumq; impreſſiones facilè recipere.
  - Siccum, termino proprio benè clauditur, alieno autem malè terminatur. Vnde lapis aut terra in ſuis terminis ſtabilitur, in continctis autem lateribus non omni parte coniungitur. Huius quippe eſt formarum configurationes conſeruare.

Harum unũquodq; elementorum duas poßidet, quarum primã ſibi in ſummo, per naturam poßibilem determinat: unde eſt

- Ignis calidus & ſiccus.
- Aër humidus & calidus.
- Aqua frigida & humida.
- Terra frigida et ſicca.

Horum quodlibet in materiam & ſpeciem ſiue formam reſolui poteſt. Nam eadem ſunt principia reſolutionis & compoſitionis.

## De elementis, ex Ariſtotele & alijs philoſophis.

**Elementvm** (inquit Ariſtoteles 5. Metaphyſicorum) eſt, ex quo aliquid componitur, primo inexiſtenti indiuiſibili ſpecie in aliam ſpeciem.

**Elementa** (inquit Auicenna) ſunt corpora ſimplicia, & ſunt partes primæ corporis humani, & aliorum, quæ in corpora diuerſarum formarum diuidi minimè poſſunt: ex quorum commiſtione ſpecies diuerſæ generatorum fiunt, quorum duo ſunt

- **Leuia**
  - Ignis, qui calidus eſt & ſiccus, in modum orbis cœleſtis, ſub concauo lunæ continetur, & ad motum eius circumducitur, & rapitur, quo fit ut caliditas eius augeatur. Eſt autem talis ignis, ſubſtantia pura, ex materia & forma ſua propria ſubſtantiali compoſita, clara ac ſubtili, ut nec uiſum noſtrum uerſus aſtra reſpicientem, prohibeat. Huius eſſe in generatis, prodeſt concoquendo, attenuando, permiſcendo: in omnibus quidem ignis, & per omnia clarè uenit, & remouetur, & eſt
    - Lucidus.
    - Immenſus.
    - Acutus.
    - Rarus.
    - Actiuus.
    - Mobilis.
    - Potens per ſe ipſum ad actionem propriam.
    - Renouatiuus.
    - Naturæ cuſtodia.
    - Diſcretus.
    - Surſum ferens.
    - Acutè means.
    - Excelſus.
    - Semper motus mouens.
    - Incomprehenſus.
    - Latenter creſcens à ſeipſo.
    - Aëre
      - Duplo rarior.
      - Triplo mobilior.
      - Quadruplo acutior.
  - Aër, qui humidus eſt & calidus, rarus, mobilis obtuſusꝗ, ſub concauo orbis ignis locatur, eius eſſe in generatis prodeſt rarificando, alleuando, attenuando. Hic enim ſpiritus eſt uitalis, cuncta permeans entia, omnibus uitam & conſiſtentiam præbens, ligans, mouens & implens omnia. Ipſe enim proximè cœleſtium omnium influxus in ſe concipit, non minus etiam rerum omnium, cùm naturalium, tum artificialium, & ſermonum, quorumcunque ſpecies, uelut Deificum quoddam ſpeculum in ſe ſuſcipit, & retinet. Eſt quidem aër aqua duplo acutior, triplo rarior, quadruplo mobilior, & eſt calidus ut cum igne concordet, humidus uerò, ut & ignis ſiccitati reſiſtat, & aquæ ſe alliget. Verùm hæ qualitates in omnibus aëris partibus ex accidenti non ſunt æquales. Nam diuiditur in tria aër interſtitia: quorum
    - Supremum, ab igne circumrotatur, & plus ſolito caleſcit, & intenditur. Quo fit ut in illo impreſſiones ignitæ, lanceæ ardentes, perpendiculares ignes, ſcintillæ, candelæ, flammæ tam aſcendentes quàm deſcendentes, ſalientes capræ, cadẽtes ſtellæ, fatui ignes, uolantes dracones, & aliæ ſi quæ ſint impreſſiones, cernantur.
    - Medium, plus frigidum eſt, quoniam à ſphæra ignis ſupremo remotius eſt, nec radiorum ſolis reflexu receptiuum, turbidum ac ſpirituum immundorum habitaculum, in quo propter ſui frigiditatem impreſſiones aquoſæ, ſicuti nix, grando, & ſi quæ ſint aliæ gignuntur.
    - Infimum, humidum eſt & calidum, cuius caliditas per accidens augmẽtatur ex reflexione radiorũ ſolis, in terræ ſuperficie, & in hoc generantur ros, pruina.
- **Grauia**
  - Aqua, quæ frigida eſt, & humida, denſa, mobilis, obtuſa, circa omnem terrarum orbem ſe recipit, & ab aëre undiꝗ circundatur. Eius eſſe, in generatis prodeſt, figurando, lineando, temperando. Clara etenim eſt & limpida, ſed ex uaporibus, marijsꝗ terreſtreitatibus (ſicut & aër) redditur turbida, fœcundat etenim omnia, & eſt terra duplo acutior, triplo rarior, quadruplo mobilior. Ipſa grandiora, mirabilioraꝗ animalia, quàm terra, in ſe recipit, ut ſunt Cetæ, & reliqua grandia.
  - Terra, quæ frigida eſt, & ſicca, obtuſa, denſa, quietaꝗ, unam cum aqua conſtituens ſphæram, in ſuperficie concaua aëris continetur, & tanquam centrum in medio mundi conſiſtit. Eius eſſe in generatis prodeſt retinendo, figendo, & formas conſeruando. Ipſa enim obiectum, ſubiectum & receptaculum omnium radiorum, influxuumꝗ cœleſtium eſt, & omniũ rerum ſemina, ſeminalesꝗ in ſe uirtutes continet. Ideoꝗ animalis uegetalis, & mineralis dicitur. Habet terra in ſe lapides, & ſaxa magna, & parua, quemadmodum animal oſſa pro uiſceribus & inteſtinis, concauitates & cauernas, in quibus ex uaporibus ibidem incluſis, diuerſa generantur metalla, mineralia & flumina, quæ ſunt ut ſanguis in animali, & quidem naturalia, ne ſua ſiccitate ipſa redigatur in puluerem. Eſt tandem terra receptiua omnium fœcunditatum, & ueluti prima parens etiam omnium pullulatiua, centrum & fundamentum, & mater omnium.

## De temperamentis, ex Auicenna.

**Temperamẽtum eſt qualitas, quæ ex actione ab inuicem, et paßione contrariarum qualitatum in elemẽtis inuentarũ prouenit: & uel**

- **Temperatum: quod eſt duplex,**
  - Alterum, dominatum ab æqualitate, in qua æqualitas cum pondere æqualiter exiſtit. Quod duobus fit modis, quorum
    - Alter eſt, ut ſit temperamentum æquale, ita ut quantitates qualitatũ contrariarum in cõplexionato ſint æquales, non ſuperantes, neque ſuperatæ: & ſit temperamentum, qualitas in medio earum uerè.
      - Æqualitatem hanc (ſi phyſicis credimus) impoſſibile eſt inuenire, quantò magis ut hominis temperamentum, aut membri humani.
    - Alter, ut non ſit temperamentum qualitatum contrariarum medium abſolutè, ſed ad unum magis declinet extremitatum: aut contrarietate, quæ eſt inter caliditatem & frigiditatem: aut in contrarietate, quæ eſt inter humiditatem & ſiccitatem, aut inter utraſque.
  - Alterum, non denominatũ ab æqualitate, in qua æqualitas cum pondere æqualiter exiſtit, ſed à iuſtitia in diuiſione. Et hæc eſt, quæ ſecundum humana attẽditur corpora, cui octo conſiderationum accidunt modi, quorum
    - Primus, eſt cùm ſpecies humana tota, comparatur alteri ſpeciei. Et eſt æqualitas, quæ in homine attenditur comparatione aliorum generatorum, & eſt res habẽs latitudinem, quæ non eſt comprehenſa in termino uno, neque illa qualitercunque exiſtit, ſed additione, & diminutione, ſeu intenſione & remißione, duas obtinet extremitates: ab una quarum tum egreſſa fuerit, non poterit eſſe humana complexio.
    - Secundus, cùm ſpecies humana comparatur ad indiuiduum temperatius, quod eſt in ea, & dicitur medialis, qui inter duas extremitates huius lati temperamenti exiſtens, inuenitur in indiuiduo, quod eſt in ultimo æqualitatis, ex ſpecie, quæ eſt in fine æqualitatis, & in ætate, in qua augmentum ad ſuum peruenit finem, & hæc quidem æqualitas, licet non ſit illa æqualitas certa, de qua ſuprà, raró tamen inuenitur.
    - Tertius, eſt cùm pars humanæ ſpeciei comparatur, ad aliam partem extra ſe, eiuſdem ſpeciei, ut gens unius regionis uel climatis, ad gentem alterius regionis uel climatis, cuiuſmodi latitudo anguſtior eſt latitudine primi modi, ſcilicet æqualitatis ſpecialis. Latitudinem tamen habet temperamentum hoc magnam, & eſt temperamentum quod alicui gentium congruum exiſtit, ſecundum comparationem alicuius climatis & alicuius aëris. Indi nanque temperamentum habent ambiens, ſeu commune ſibi, quo ſani exiſtunt. Et Sclaui aliud habent temperamentum, quo ſani degunt, & unumquodq; eorum per comparationem ad ſuam ſpeciem, ſuæ ſpeciei comparatione, eſt temperatum, quod comparatione alterius non eſt temperatum.
    - Quartus, eſt cùm pars humanæ ſpeciei, puta gens unius regionis uel climatis comparatur ad indiuiduum, quod eſt temperatius in illa regione uel climate, & eſt medium, quod eſt inter duas extremitates latitudinis, & complexionis climatis, & ipſum eſt temperamentum complexionibus illius partis ſpeciei temperatius.
    - Quintus, eſt cùm indiuiduum aliquod humanæ ſpeciei comparatur ad aliud indiuiduum eiuſdem ſpeciei, & hic modus eſt anguſtior primo & tertio, & eſt temperamentũ quod debet habere indiuiduum deſignatum, quo uiuum & ſanum reperitur: quod etiam latitudinem habet, ad quam duæ terminantur additionis & diminutionis extremitates.
    - Sextus, eſt cùm indiuiduum aliquod humanæ ſpeciei comparatur ad ſe ipſum, ſecundum ſuas ætates, uel ſuas diſpoſitiones diuerſas, quæ ſunt in eo. & eſt medium quod eſt inter iſtos duos terminos, quod eſt temperamentum: quod cùm habuerit indiuiduum, erit melioris complexionis, cuius ipſum eſſe oportet.
    - Septimus, eſt cùm membrum aliquod alicuius hominis comparatur ad aliud membrum eiuſdem hominis, & eſt temperamentum, quod unaquæq; membrorum ſpecies habere debet.
    - Octauus, eſt cùm membrum aliquod alicuius hominis, comparatur ad ſe ipſum ſecundum diuerſas diſpoſitiones eius. Et eſt complexio membri ſingularis, quam cum habuerit, erit melioris diſpoſitionis, quàm habere poterit.
- **Diſtemperatum: quod ſiue acceperis ſecũdum comparationẽ ſpeciei, aut partis, aut indiuidui, aut mẽbri, eſt octuplex: cuius egreſſus ab æqualitate aut eſt**
  - Simplex, ſcilicet quatuor ſimplicibus temperamẽtis cõſtans, æqualitatem non exceßit, niſi ſecũdum unã cõtrarietatẽ: quod duobus efficitur modis, nam aut eſt
    - Secundum contrarietatem agentẽ: et eſt aut
      - Calidior quàm oportet, ſed nec humidior nec ſiccior.
      - Frigidior quàm oportet, ſed nec ſiccior nec humidior.
    - Secundum contrarietatem patientem: & eſt aut
      - Siccior quã oportet, ſed nec calidior, nec frigidior.
      - Humidior quã oportet, ſed nec frigidior, nec calidior.
    - Hæ non diu permanẽt, ſed alias ſibi qualitates aſciſcunt.
  - Compoſitus, ſcilicet quatuor cõpoſitis temperamentis conſtans, æqualitatem ſecundũ duas cõtrarietates exceßit, ut cùm fuerit cõplexio
    - Calidior & humidior,
    - Calidior & ſiccior,
    - Frigidior & humidior,
    - Frigidior & ſiccior
    - Quàm oportet.

## De temperamentis partium humani corporis, ex Auicenna.

Partium humani corporis aliæ

- *Calidæ, ut*
  - *Spiritus.*
  - *Cor.*
  - *Sanguis.*
  - *Iecur.*
  - *Caro.*
  - *Muſculi.*
  - *Splen.*
  - *Renes.*
  - *Arteriarum tunicæ.*
  - *Venarum non pulſatilium uaſa.*
  - *Cutis manus, temperatæ frigiditatis.*
  - → *Deſcendendo per caliditatis gradus, à ſpiritu uſque ad cutim manus, temperatæ frigiditatis.*
- *Frigidæ, ut*
  - *Pituita.*
  - *Pili.*
  - *Oſſa.*
  - *Cartilago.*
  - *Ligamentum.*
  - *Membrana.*
  - *Neruus.*
  - *Nuca.*
  - *Cerebrum.*
  - *Adeps.*
  - *Pinguedo.*
  - *Cutis.*
  - → *Deſcendendo per frigiditatis gradus, à pituita uſque ad cutim.*
- *Humidæ, ut*
  - *Pituita.*
  - *Sanguis.*
  - *Pinguedo.*
  - *Adeps.*
  - *Cerebrum.*
  - *Nuca.*
  - Caro
    - *Mammillarum.*
    - *Teſtium.*
  - *Pulmo.*
  - *Iecur.*
  - *Splen.*
  - *Muſculi.*
  - *Cutis.*
  - → *Deſcendendo per humiditatis gradus, à pituita uſque ad cutim.*
- *Siccæ, ut*
  - *Pili.*
  - *Oſſa.*
  - *Cartilago.*
  - *Ligamentum.*
  - *Panniculus.*
  - *Arteriæ.*
  - *Venæ.*
  - *Nerui motiui.*
  - *Cor.*
  - *Nerui ſenſus.*
  - → *Deſcendendo per ſiccitatis gradus, à pilis uſque ad cutim.*

## De uentorum temperamentis.

VENTI

- *Orientales, calidi & ſicci, ignei*
  - Helleſpontius, græcè Καικίας.
  - Subſolanus Ἀπηλιώτης.
  - Vulturnus. Εὖρος.
  - Mouentur à ſignis: ♈ ♌ ♐
  - Item à ☌ ♄ cum ☉
- *Meridionales, calidi & humidi, aërei*
  - Euroaphricus, Λιβόνοτος.
  - Auſter. Νότος.
  - Euroauſter.
  - Mouentur à ſignis: ♊ ♎ ♒
  - Item à ☌ ♀ cum ☉
- *Occidentales, frigidi & humidi, aquei*
  - Chorus. Ἀργέστης.
  - Fauonius, Ζέφυρος.
  - Aphricus. Λίψ.
  - Mouentur à ſignis: ♋ ♏ ♓
  - Item à ☌ ☾ cum ♂
- *Septentrionales, frigidi & ſicci, terrei*
  - Circius Ἰάπυξ.
  - Septentrio Ἀπαρκτίας.
  - Aquilo. Βορέας.
  - Mouentur à ſignis: ♉ ♍ ♑
  - Item à ☌ ♃ cum ♀

## De temperamentis locorum habitabilium, ex Auicenna.

Temperamenta locorum habitualiũ, proueniunt uel à

- Cœleſtium corporũ influxu, uidelicet cùm plures ſtellæ Soli, & in uno cõiunguntur loco. Ex hoc enim prouenit calefactio
  - Multa, his quorum capita ipſis ſunt coniunctionibus oppoſita.
  - Pauca, his quorum capita ab ipſis multa remouentur longitudine. Impreſſio enim rectitudinis capitis in calefaciendo, non eſt ſicut impreſſio durabilitatis rectitudinis & propinquitatis.

ANNOTATIO.

¶ De frigidis coniunctionibus nihil hic Auicenna, ex altero nanque oppoſitorum reliquum cerni poſſe, præſumpſit.

- Terræ ſitu, uidelicet
  - Latitudine regionum, fiunt loca
    - Calida, quorum ſunt
      - Regiones, quæ ſunt circa reuolutionem capitis cancri in ſeptentrione, aut capricorni in meridie: & poſt ipſas illæ, quæ ab ea, in duobus elongantur lateribus ad partes duorum polorum, quantitate quindecim graduum.
    - Æqualitati proxima, quorum ſunt
      - Regiones illæ, quæ exiſtunt ſub æquatoris circulo: quoniam cauſa cœleſtis calfaciens ibi, eſt una tantum, ſcilicet Solis oppoſitio capitis, quæ non magnam infert impreſſionem, ut infert durabilitas oppoſitionis. Sub eiuſmodi enim æquatoris circulo non opponitur ſol capiti, niſi paucis diebus: quo fit, ut ibi commorantes, æqualitati plus proximi ſint, quàm in alijs locis.

      ANNOTATIO.

      ¶ Etſi Aſtronomi, & philoſophorum non pauci, Æquinoctialem zonam, quam Torridam appellant, inhabitabilem crediderint. Hac tamen noſtra ætate, eos erraſſe deprehenſum eſt, per eos qui ad nouos (ut aiunt) Indicos, & ad Chalecut, per Oceanum Athlanticum, ad auſtrum primò, deinde ad Orientem nauigantes, iter inuenêre, ubi loca, ciuitates ſcilicet & oppida, hominum frequẽti cultu habitata, ſub æquinoctiali linea, ſe aſſerunt probantq; uidiſſe, quod Auicenna ueris perquirens rationibus, luce clarius apparuit.
    - Frigida, quorum ſunt
      - Regiones, quæ magis à tropicis diſtant, aut uerſus æquinoctialem lineam, aut uerſus ſeptentrionem: & quanquam frigiditas in terris, quæ ab iſta reuolutione ad ſeptentrionem longè ſunt, ſit maior, tamen regiones incoli poſſunt.
  - Reſpectu montium
    - Calida
      - Reuerberando radios ſolares, & in ſeptentrione, ad ciuitatem, uel loca alicuius regionum ſeptentrionalium.
      - Prohibendo uentum frigidum, uel inferendo calidum.
    - Temperata
      - Quæ ab oriente & ſeptentrione ſimul diſcooperta ſunt, & cooperta ab occidente & meridie ſimul.
    - Frigida
      - Prohibendo radios ſolis, cùm mons eſt in parte orientis.
      - Inferendo uentum, uel prohibendo calidum.
  - Vicinitate marium fiunt loca
    - In oriente humida magis.
    - In occidente humida minus.
    - In meridie humida craſſa.
    - In ſeptentrione, humida & frigida, propter eius uenti frigiditatem, uolando ſuper faciem aquæ.
    - Hæc loca ſunt putrefactioni præparata, ſi uentorum exſufflatio à montibus reflectatur.
  - Separatione uentorum
    - Naturali
      - Orientalium, Occidentalium, Meridionalium, Septentrionalium — Fiunt loca
        - Calida & ſicca temperatè.
        - Frigida & humida minus temperatè.
        - Calida & humida, Frigida & ſicca — Diſtemperatè.
    - Accidentali
      - Orientalium. Occidentalium. — Tranſeuntium per niues & glaciem, fiunt loca frigida.
      - Meridionalium. Septentrionalium. — Tranſeuntium per deſerta, aduſta, fiunt loca calida.

    ¶ Vide humaniſſime lector, quanta ingenij ratione princeps noſter Aſtronomicorum, regionum temperamenta, mathematicè diſſecta, ad hanc noſtræ medicinalem ſcientiæ ueritatem reduxit, pluribus difficillima uiſa, & ſobriè, & non ſine grandi cõfuſione ab alijs tractata: quæ omni ſemota confuſione, hic ab Auicenna, & per nos diſtincta, comperies.
  - Profunditate, fiunt loca calidiora, cùm plus ſolares radios comprehendant.
  - Altitudine, fiunt loca frigidiora, cùm minus ſolares percipiant radios.
  - Qualitate terræ
    - Naturaliter fiunt loca, ſi ipſa terra fuerit uel
      - Lutoſa, ſiue cœnoſa, frigida & humida.
      - Libera, frigida & ſicca.
      - Petroſa, frigida & ſicca.
      - Arenoſa, frigida & ſicca.
      - Limoſa fœtida, frigida & humida & ſicca, pro metallorum temperamento.
    - Accidentaliter uerò à ſolaribus radijs alterata, temperamenta permutant.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0021-6

## De temperamentis temporum anni, ex Hippocrate & Galeno.

**Temperamenta tẽporum anni, quatuor,**

- *Ver, temperatiſſimũ & ſaluberrimũ eſt. Nam in eo ſicut in hyeme, non plus ualet frigidum quàm calidũ, neq; ſicut in æſtate, minus ſiccitatis humiditatisq́; in eo ſpectes, neque ſicut in æſtate, præualente ſicco, neq; ſicut in hyeme exuperante humido. Ideoq; ſaluberrimum, & minimè morbis qui mortem afferant, obnoxium: cuius principium eſt in eo, quod hyemem ſequitur æquinoctium. Pueris enim, infantibus, adoleſcentibusq́; tempus hoc omnino conferens, quo humana corpora laxari ac rareſieri incipiunt. Eius enim natura eſt, ut ſi aliquod corpus ſanum excipiatur, illud & ſaluberrimum ſeruet, & nihil ei de natura propria renouet. Verùm ubi plena corpora euaſerint, id totũ quod profundo corpori uitioſorum humorũ ineſt, à principalibus partibus ad cutem transfert, & ad alias corporis partes. Quamobrem ſæpius non ex ſui natura cauſare, ſed palam facere hos morbos uidetur, ſcilicet*
  - Furores.
  - Atrabilarios morbos.
  - Comitiales.
  - Profluuia ſanguinis.
  - Anginas.
  - Grauedines.
  - Tuſſes.
  - Lepras.
  - Impetigines.
  - Vitiligines.
  - Puſtulas ulceroſas.
  - Tubercula.
  - Articulorum dolores.
  - Raucedines.
  - Libro
    - Prædictionum 3.
    - Aphoriſmorum 3.
    - Temperamentorum 1.
- *Aeſtas, calida & ſicca. Nam cùm in ea humor mutatur à ſicco, & frigidum à calido, calidi & ſicci temperamenti exiſtit: cuius principium eſt, in ipſo Pleiadum ortu. Senibus certè utiliſſima eſt, quo tempore in cibis pauca, & frequenter apponi debent. Hæc enim celeres parit morbos, propterea quod in corporibus humores funduntur inutiles, & per totum corpus feruntur, atq; difflantur. Sæpius autem ſua caliditate humores adurit, & hos excitat morbos, ſcilicet*
  - Vomitus.
  - Alui profluuia.
  - Lippitudines.
  - Aurium dolores.
  - Oris ulcera.
  - Genitalium putredines.
  - Puſtulas in ſumma cute.
  - Ægritudines omnes calidæ.
  - Febres
    - Continuas.
    - Ardentes.
    - Tertianas.
  - Libro
    - Prædictionũ 3.
    - Aphoriſmorum 3.
    - Temperamentorum 3.
- *Autumnus, ſiccitate humiditatem uincit, qua ratione meritò ſiccus appellatur. In calore uerò et frigore mixtum quoddam ex ambobus ſtatuatur. Nam eodem die in ipſa anni tempeſtate modò calor, modò frigus nos afficit: cuius principiũ eſt, oriente arcturo. Ipſe nanq; autumnus omnibus ætatibus, naturis, regionibusq́; malus exiſtit, quanquam calidis & humidis minus morbos acutiſſimos gignit, atq; mortiferos. Nam ſubſequitur æſtiuũ tempus, in quo uires corporũ debilitatæ ſunt, & multi humores aſſati, qui cùm prius æſtate difflarẽtur ab ambientis autumni aëris frigiditate truduntur, & ad interiora compelluntur. Quamobrem hos execrabiles morbos ſæpius excitat, ſcilicet*
  - Lienes.
  - Aquam inter cutem.
  - Tabes.
  - Stillicidia urinæ.
  - Coxendicum dolores.
  - Anginas.
  - Ileos.
  - Comitiales.
  - Furores.
  - Atram bilem.
  - Febres
    - Quartanas.
    - Erraticas.
  - Inteſtinorũ
    - Difficultates.
    - Leuitates.
  - Libro
    - Prædictionum 3.
    - Aphoriſmorum 3.
    - Temperamentorum 1.
- *Hyems, cùm in ea ſuperet frigiditas caliditatem, & humiditas ſiccitatem, frigidi & humidi temperamenti dicitur: cuius principiũ Pleiadum occaſu euenit. Hoc enim tempus conſiſtentibus corporibus aptiſſimum eſt. In eo autem uẽtriculus calidiſſimus, ex caloris retroceſſione exiſtit, quapropter raro & plurimum cibi aſſumere cõcedendum, maximè idem prolongat morbos, ab ipſo genitos, qui eiuſmodi ſunt, ſcilicet*
  - Morbi laterales.
  - Pulmonis inflammationes.
  - Raucedines.
  - Tuſſes.
  - Pectoris dolores.
  - Lumborum dolores.
  - Capitis dolores.
  - Vertigines.
  - Apoplexiæ.
  - Libro
    - Aphoriſmorum 1. 2.
    - Temperamentorum 1.

## De temperamentis ætatum humani corporis, ex Hippocrate & Galeno.

**Temperamẽta ætatis humanæ: cuius quatuor ſunt partes.**

- Prima, eſt calida & humida, ſanguinea: & diuiditur in tres, ut
  - Infantiam, quæ eſt à die ortus uſque ad annos 4.
  - Pueritiam, quæ eſt ab anno quarto uſque ad ſeptimum.
  - Adoleſcentiã, quæ eſt ab anno ſeptimo, uſq; ad 14.
  - Hi enim plurimum ſanguinis habent, quorum alteratrix facultas, & calor iuuenum maior eſt. Ideoq; ieiunium minimè tolerant, in cæteris uerò facultatibus ſunt inferiores, quibus ſi ægrotare contigerit, ægrotant
    - Infantes
      - Oris ulceribus.
      - Tuſſi.
      - Vigilijs.
      - Pauoribus.
      - Vmbilici inflammationibus.
      - Aurium fluxionibus.
      - Comitiali morbo.
      - Vermibus.
    - Pueri
      - Gingiuarũ pruritu.
      - Febribus diuturnis.
      - Conuulſionibus.
      - Alui profluuijs.
      - Vermibus.
      - Epilepſia.
    - Adoleſcẽtes
      - Tonſillarum inflãmationibus.
      - Aſthmate.
      - Calculo.
      - Rotũdis uermib.
      - Strumis.
      - Tuberculis.
      - Sanguinis profluuio.
    - Horũ aliqui iudicãtur
      - Quadrageſimo die.
      - Septimo mẽſe.
      - Septimo anno.
      - In fine uitæ.
      - Si ſeptimũ annũ perträſierint.
      - Libro
        - Medicinarum definitionũ.
        - Prædictionũ tertio.
        - Aphoriſmorum 1. 3.
        - De ſymptomatum cauſis 3.
        - De ſanitate tuenda 5.
- Secunda, calida eſt et ſicca, cholerica, quæ iuuentus ſiue pubertas appellatur, quæ tamẽ & ſi ſic dicatur, primũ eius ſeptennium calidum & humidum eſt, aliorũ reſpectu. Hæc enim dimidium ipſius adoleſcentiæ in ſe continet, à 14. anno, ad 21. uſq;. Quæ quidem pubertas, quanquam ſit acutioris caliditatis quã infantiæ, pueritia & prima adoleſcentiæ pars, minus tamen caloris in ſe continet. Terminatur autem ſecũda hæc ætatis pars, quinto ſeptẽnio, in qua ſi ægrotare cõtingat, ægrotãt iuuenes
  - Primo ſeptennio, omnibus his morbis, quibus ſuperius adoleſcentes ægrotare oſtenſum eſt.
  - Secundo, & tertio ſeptennio,
    - Comitiali morbo.
    - Tabe.
      - Nõ naturaliter, ſed ex accidente, propter eorum incontinentiam.
    - Febribus acutis.
    - Pleuritide.
    - Igne ſacro.
    - Herpete.
    - Libro
      - Medicinarũ definitionum.
      - De ſymptomatum cauſis 3.
      - Aphoriſmorum 1, 3.
      - Prædictionũ 3.
      - Temperamentorum 1.
- Tertia, quæ ætas conſiſtentiæ appellatur, ſeptimo terminatur ſeptennio. Calida eſt & ſicca. Melancholica, in qua multi inſaniunt, & huiuſmodi morbis ægrotant, nempe
  - Atrabilarijs morbis.
  - Aſthmate.
  - Laterali morbo.
  - Pulmonis inflammatione.
  - Lethargo.
  - Phrenitide.
  - Ardore.
  - Diuturno profluuio.
  - Cholera.
  - Inteſtinorũ
    - Difficultate.
    - Leuitate.
  - Hæmorrhoidibus.
  - Libro
    - Prædictionum 3.
    - Aphoriſmorum 1. 3.
    - Temperamentorum 1, 2.
- Quarta, ſenectus, in qua diminuitur animal, ac deficit pauciore & diminuto calore, cùm iam ſiccitas & frigiditas in eo pariter dominetur. Maximè ideoq; decipiuntur ij, qui ſenes tum frigidi tum humidi temperamenti eſſe cõtendunt, cùm in eis excrementorũ multitudo à ſiccitate proueniat. Ieiunium quidem ſenes minimè tolerare poſſunt, cùm parũ innati caloris habeant. Ideoq; crebris & paucis fomentis indigent, nam à multis extinguuntur. Quibus ſi ægrotare contingat, his præcipuè morbis torquentur, uidelicet
  - Branchis.
  - Corizis.
  - Diſtillationibus.
  - Calculo.
  - Articularibus morbis.
  - Spirandi difficultate.
  - Vrinæ
    - Stillicidijs.
    - Difficultatibus.
  - Vertigine.
  - Malo habitu.
  - Apoplexia.
  - Pruritu totius corporis.
  - Humiditate
    - Oculorum.
    - Narium.
  - Obtuſione uiſus.
  - Auditus grauitate.
  - Libro
    - Temperamentorum 2.
    - Prædictionum 3.
    - Aphoriſmorum 1. 3.
    - Medicinarum definitionũ.
    - Sanitatis tuendæ 5.
    - De ſymptomatũ cauſis 2.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0023-8 DFG

## De humoribus, ex Galeno.

- Humores humani corporis, quatuor, ut
  - Sanguis calidus et humidus, aëri correſpondens,
    - Syncerus ſiue naturalis,
      - Ex hepate & uenis, qui cæteris rubicundior exiſtit ſaporis dulcis, toti corpori nutrimentum præbens, & ex moderato hepatis calore generatur.
      - Ex arterijs & corde, in quo exuperat: & hic colore quàm plurimum flauior eſt, ſpiritualem toti corpori præbens calorem & uitam.
      - Libro
        - De cholera nigra.
        - Medicinarum definitionum.
        - De ſanguinis miſsione.
        - De criſibus.
        - De naturalibus facultatibus.
        - Qui dicitur medicus.
    - Commixtus ſiue præternaturalis,
      - Cholericus
      - Pituitoſus
      - Melancholicus
      - Libro
        - De inæquali intemperie.
        - De atra bile.
  - Bilis flaua, calida & ſicca igni conſentiēs,
    - Syncera, ſiue naturalis,
      - In hepate, in quo exuperat, ex aëria & leuiori portione ſanguinis, eiusq́; pinguedine generatur: & eſt cæteris humoribus calidior & ſiccior, colore flaua, ſapore ſemper amara, duplici uſu à natura producta, uidelicet
      - Vt
        - Biliosas particulas nutriat.
        - Corpus ab excrementis abſtergat.
      - Libro
        - De atra bile.
        - Ad Glauconem primo.
        - De naturalibus facultatibus.
        - De uſu partium.
        - De criſibus.
        - Qui dicitur Medicus.
    - Commixta ſiue præternaturalis,
      - Pallida, commixtione humoris tenuioris & ſubtilioris, & generatur in uaſis, } Libro de Atra bile.
      - Vitellina, quæ magis propriè crocea nominatur, commixtum in ſe habens pituitoſum, craſſumq́; humorem, ouorum uitellis ſimilem: generatur in uaſis.
        - Libro
          - Præſagiorum ſecundo.
          - De atra bile.
          - De naturalibus facultatibus.
      - Porracea (Græci πρασοειδῆ uocant) in uentriculo generatur propter quorundam excrementorum cruditatem.
      - Eruginoſa (Græci ἰώδη dicunt) quæ etiam in uentriculo oritur.
      - Cærulea ſiue cæſia, quam Græci à ceſio colore quo infectores utūtur, nominant ἰσατώδη. Hæc etiam in uentriculo ortum habet.
        - Libro
          - Præſagiorum ſecundo.
          - Temperamentorum ſecundo.
          - De atra bile.
  - Pituita, frigida & humida, aquæ cōueniēs,
    - Syncera ſiue naturalis
      - Eſt autem inſipida, & animantibus tum ſalutaris tum naturalis exiſtit, cui nullum inſtrumentum natura condidit, quo expurgari poſsit. Verùm quia uelut ex dimidio coctum nutrimentum eſt, non utique uacuari talis ſuccus deſiderat, ſed in ipſo corpore alterari.
        - Exuperat in capite. libro
          - Qui dicitur Medicus.
          - De atra bile.
      - Duplici enim uſu à natura producta eſt, uidelicet
        - Vt articulos humectet,
        - Vt cibū attrahat,
        - Lib.
          - De morborū cauſis.
          - De naturalibus fac.
          - Medicinarum diffi.
    - Commixta ſiue præternaturalis,
      - Vitrea, fuſo uitro haud diſsimilis, egregiè frigida & craſſa, dolores faciens, cùm concluſa fuerit.
      - Arida, minus frigida quàm uitrea, ſed magis quàm dulcis.
      - Salſa
        - Propter putredinem.
        - Propter bilioſam ſeroſitatem commixtam.
      - Libro
        - De ſanitate tuenda.
        - De locis affectis.
        - De differentijs febrium.
        - Aphoriſmorum tertio.
        - De medicinarum deffinitionibus.
        - De atra bile.
        - De naturalibus facultatibus.
  - Atra bilis, frigida & ſicca, terræ ſimilis,
    - Syncera, ſiue naturalis, quæ uocatur ater ſuccus.
      - Eſt fex ſanguinis, in ſplene exuperans, fæcibus uini haud diſsimilis, quæ in terrā effuſa nō inducit feruorē, niſi fortè ſit ardenti febre præaſſata: & hæc non atra bilis, ſed ater uocatur ſuccus, duplici uſu à natura productus, uidelicet
      - Vt
        - Membra terreſtria nutriat.
        - Sanguinem inſpiſſet.
      - Libro
        - De locis affectis. 3.
        - De differētijs febriū.
        - De uſu partium.
        - De cholera nigra.
        - Aphoriſmorum 3.
    - Commixta, ſiue præternaturalis
      - A bile flaua præaſſata, tenuioris eſſentiæ, acido ſapore, quæ terram radit, attollit & fermentat, quæ etiam à cholera fit uitellina aduſta.
      - Ab atro ſucco, uidelicet ex eius aſſatione & putrefactione.
      - Libro
        - De locis affectis tertio.
        - Aphoriſmorum tertio & quarto.
        - De naturalibus facultatibus ſecundo.

### ANNOTATIO.

¶ Galenus atram bilem, quæ à bile flaua præaſſata oritur, terram attollere, radere & fermentare faſſus eſt. Auicenna uerò minimè hanc, ſed illam quæ ab atro ſucco præaſſato prouenit, id totum efficere, ut apud ipſum uidere licet.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0024-4
DFG

## De humoribus aliter, ex Galeno & alijs.

- Humorum alij à natura facti ſunt
  - Primò & per ſe, quales ſunt
    - Sanguis, qui uel eſt
      - Naturalis, qualis ruber eſt, dulcis ſine graueolentia. Qui hoc abundant, modeſti, uenuſti, floridi & blandi eſſe ſolent.
      - Non naturalis, uel
        - Impermixtus, quando uel caleſit, uel frigeſit nimis, non tamen adeò, ut genuinam prorſus naturam exuat.
        - Permixtus aliquo humore qui uel
          - In ipſo gignitur, ueluti ſi putreſcens partim in flauam, partim atram bilem conuertatur.
          - Extrinſecus accedit quales ſunt ij
            - Bilis flaua
            - Bilis atra
            - Pituita
            - Seroſitas
            - Eſt
              - Amara.
              - Acida.
              - Turbulenta.
              - Salſa.
    - Pituita
      - Naturalis, hæc eſt ſaporis expers, & ſi dulcis aliquando Galeno dicatur, & albos, ſomnolentos, pingues, ſegnes & citò ſeneſcentes facit homines.
      - Non naturalis, cuius ſpecies principes ſunt,
        - Acida, quæ in uenis aut nullam, aut exiguam coctionem ſiue mutationem accepit. Generatur enim acidus ſapor à calore mutante, ſed non uincente, ex ſententia Galeni.
        - Salſa, hæc ex naturali inſipida putreſcente naſcitur. Aliquando etiam ex permixtione ſeroſi humoris ſalſedinem nanciſcitur.
        - Dulcis, hæc paulò quàm naturalis eſt calidior, & fortaſſe nondum naturæ ingrata.
        - Quomodo autem hi omnes ſapores generentur, Galenus uberrimè docet in lib. 4. de Simplicium prædicamentorum facultatibus.
    - Bilis flaua
      - Naturalis, colore pallida eſt uel flaua, ſplendens, leuis, tenuis, mordax. Iracundos, celeres ingenij, agiles, macilentos, citò concoquentes homines facit.
      - Non naturalis, cuius ſpecies ſunt
        - Vitellina, hæc fit cùm naturalis aduritur.
        - Porracea, in uentre & uenis aliquando gignitur.
        - Æruginoſa.
        - Cœrulea.
        - Iſatidis colorem referens. Galenus libro decimo, de Facultatibus medicamentorum ſimplicium.
    - Atra bilis
      - Naturalis, atra hæc eſt, & ſuccus ater aut niger appellatur, fæci uini ſimilis. Qui hac abundant, ſubdoli, auari, cogitabundi, triſtes & tardi cenſentur. Nigri ſunt & cõtemplationibus aptiſſimi.
      - Non naturalis, à ſuperiori differt, quod ſex uſta à non uſta. Dicitur uſta non quia in cinerem uertatur, ſed quoniam fluida ſit et ualidiſſimè exiccetur.
        - Prima ex atro ſucco aduſto oritur.
        - Secunda ex uitellina bile. Hæc priore tanto eſt pernicioſior, quanto flaua atra bile eſt acrior.
        - Tertia ex aduſtione ſanguinis ſecundo de Differentijs febrium: mitior eſt reliquis duabus, ut Galenus Prognoſticorum (credo) docet.
        - Quarta, ex aliquorum ſententia, ex ſalſa pituita torrefacta gignitur, quam Galenus ignoraſſe putatur.
  - Secundò, & per accidens: ex his alij ſunt
    - Vtiles, atque adeò naturalibus proximi, cùm ad aliquos uſus natura illis quoque abutatur. Sunt autem
      - Melancholia in liene. Hæc uentrem roborat & cibos exactè comprehendere atque retinere cogit, dum concoquantur.
      - Bilis flaua in ueſica. Excretiones irritat, inteſtina à mucoſitate & uiſcoſitate purgat.
      - Pituita in articulis. Hæc motiones adiuuat articulorum.
    - Inutiles, & excrementitij dicti, ſiue naturaliter ſe habeant ſiue non. Sunt autem
      - Pituita extra naſa, cuius ſpecies
        - Aquoſa, tenuis, hæc illi ſimilis, quæ ſtillat ex naribus. Ex capite in plurimas corporis partes effunditur.
        - Mucoſa, hæc à priore generatur calore increſcente.
        - Vitrea, quãdo mucoſa in frigido corporis loco diutius clauſa manet, craſſeſcit et frigidior redditur, et ſic uitrea gignitur, eadẽ hæc loco calido incluſa, dolores intolerabiles facit.
        - Gypſea, hæc fit in pulmone, renibus, articulis, &c. quando ex humidi reſolutione reliquæ craſſiores partes in formam gypſi ſeu lapidis dureſcunt.
      - Vrinæ.
      - Sudores.
      - Deiectiones.
      - Excrementa cutis.

## De partibus humani corporis, ex Galeno & Auicenna.

**Partes humani corporis (inquit Auicenna) ſunt corpora, quæ ex prima generantur commixtione. Quarum aliæ ſunt ſecundum**

- *Galenum*
  - *Inſtrumentales*
    - Principales
      - Cerebrum, cui ſubminiſtrant
        - Nerui.
        - Spinalis medulla.
      - Cor, cui ſubminiſtrant arteriæ.
      - Iecur, cui ſubminiſtrant uenæ.
      - Teſticuli, quibus ſubminiſtrant uaſa ſpermatica.
    - Minus principales
      - Brachia, Crura, Manus, Pedes — Hæc habent potentias
        - In ſe inſitas.
        - Aliunde emanãtes, ut neruis & uenis à quibus fiunt.
  - Simplices, uel conſimilium partium
    - Oſſa. Cartilagines. Ligamenta. Lacerti. Caro, pinguedo, &c. — Hæ à ſeipſis gubernantur, nec aliarum partium gubernationi præſunt.
    - Nerui. Spinalis medulla. Venæ. Arteriæ. — Hæ principalibus membris ſubminiſtrant.
- *Auicennam*
  - Simplices, uel ſimilares, uel conſimiliū partium
    - Oſſa, Cartilagines, Nerui, Lacerti, Chordæ, Ligamenta, Panniculi, Venæ, Arteriæ, Caro, Pinguedo — Ex his partibus
      - Aliæ ſunt, quæ ſpermaticæ uocantur, ut oſſa, quæ cùm continui ſolutionem patiuntur, non conualeſcunt, niſi in paucis, & ætate pueritiæ.
      - Aliæ, quæ ex ſanguine ſunt creatæ, ut caro, quæ poſt perditionem ſuam renaſcuntur.
      - Aliæ, quæ ex ſanguine, in quo erat adhuc uirtus ſpermatis, dum nondum inter ipſum & ſperma tempus interceſſerit, niſi paruum. Hæ partes quæ cùm tolluntur renaſci poſſunt, ſicut dentes in ætate pueritiæ.
  - Inſtrumentales
    - Principales
      - Cerebrum, à quo oriuntur nerui: cuius ſeruiens
        - Præparator, eſt ſicut hepar & alia membra nutrimenti.
        - Lator, eſt ſicut nerui.
      - Cor, à quo oriuntur arteriæ: cuius ſeruiens
        - Præparator, eſt ſicut pulmo.
        - Lator, ſicut arteria.
      - Hepar, à quo oriuntur uenæ: cuius ſeruiens
        - Præparator, eſt ſicut ſtomachus.
        - Lator, ſicut uenæ.
      - Teſticuli, à quibus oriuntur ſeminis uaſa, quorum ſeruiēs
        - Præparator, eſt ſicut uaſa ſparmatica.
        - Lator, ſicut uirga, & uenæ inter ipſam & ipſos exiſtentes.
    - Animæ & toti corpori ſeruientes
      - Brachia.
      - Manus.
      - Crura.
      - Pedes, &c.

## De exteriorum corporis partium nominibus, ex Galeni libro, qui dicitur Introductio, ſeu Medicus.

**Partium exteriorũ corporis nomina, & ſitus**

- **Capitis**
  - Frons, anterior pars, pilis uacua, ſupercilia excedens.
  - Sinciput, ſupra fronte eſt, capillis intectum.
  - Tempora, inter utrumlibet oculum & aures poſita ſunt.
  - Vertex, inter occiput & ſinciput medius eſt.
  - Occiput, poſteriorem capitis partem occupat, ad tendines uſq;.
  - Ceruix, caput excipit, cuius poſteriores partes tendines appellãtur.
- **Faciei**
  - Supercilia, ſunt ubi frons à ſuperioribus deſcendens, deſinit.
  - Aures, ubi tempora ceſſant, emergunt. Quarum partes ſunt
    - Ala, quæ eſt pars earũ aperta, refracta ab anteriori in poſterius ipſis ſummitatib. inflexis cubiformis, ſub qua ſemicirculus rotundus in mucronem exurgens, Græcè xyſter appellatur.
    - Conchula, cauum eſt ipſius auris.
    - Meatus auditorius, foramen eſt in conchulæ medio.
  - Oculi ſupercilijs ſubiacent, quorum partes ſunt
    - Album inter ambos angulos contentum.
    - Circulus iris uocatur, pupillam ambiens.
    - Pupilla, circuli medium uiſum miniſtrans.
  - Palpebræ, quæ ſuperius inferiusq; oculum contegunt. Harum partes ſunt
    - Tarſi, qui palpebrarum ſunt extremitates, à quibus pili oriuntur.
    - Cilia, pili dicuntur, à tarſis emergentes.
    - Anguli, interioris oculi termini dicuntur, ubi palpebræ coaleſcunt. Quorum
      - Alter ſcilicet maior, iuxta naſum. } Exiſtit.
      - Alter ſcilicet minor, iuxta tempora } Exiſtit.
  - Naſus, oculos interiacet: cuius partes ſunt tres, ut
    - Nares, utrinque ſitæ, quibus animalia reſpirant.
    - Pinnulæ, ſiue alæ, exterius apparentes.
    - Interſeptum, quod nares diſcriminat.
  - Concaua, dicuntur partes inter naſum & malas ſitas.
  - Malæ, quæ Priſcis etiam genæ dicuntur, inter naſum & aures eminent.
  - Maxillæ, ad mentum uſque deſcendunt, & in mucronem deſinunt.
  - Mentum, totum illud eſt, quod labro inferiori ſubiacet.
  - μύσταξ græcè, pars illa uocatur, quæ ſuperiori labro, ſtatim ſub naſo exiſtit.
  - Os, quod intra labra deſcribitur, & ab eis conſtituitur, & continetur.
- **Thoracis**
  - Humeri, ſub ceruice utrinque prominent, quorum uerticem ἀκρώμιον græci nominant, quaſi ſummum humerum.
  - Claiculæ, exiſtunt quæ à ſummis humeris uergunt.
  - Iuguli, inter clauiculas habentur.
  - Coſtæ, ſub clauiculis & brachijs utrinque ſunt.
  - Latus, utraque coſtarum regio dicitur.
  - Pectus, in medio coſtarum locum habet.
  - Στέρνον græcis dicitur, dimidij oßis pectoris pars, uſque ad cartilaginem, ſub qua uentriculi os deliteſcit.
  - Abdomen, ſub pectore oritur, & ante ilia & hypochondria comprehendit.
  - Subchartilagia, hæ dicuntur partes, quæ ſub uentriculi ore ad partem exteriorem apparent, græcis ὑποχόνδρια, latinis neotericis etiam præcordia, quanquam æquiuocè interiora uiſcera uocemus præcordia, ſed exteriora propriè.
  - Inania ſiue ilea utrinque ſub lateribus exiſtunt.
  - Vmbilicus, iliorum medium occupat.
  - Sumen, ſub umbilico oritur, græcis ἦτρον.
  - Pubes, quæ & aquaticulus dicitur, græcis ἐπίσιον, finis thoracis eſt.
- **Pudendorum**
  - **In uiris**
    - Coles, poſtremo thoracis pendet: cuius partes ſunt quatuor, ut
      - Glans, quæ eius eſt ſummitas, quæ foramen habet ad excretionem, οὐρήθρα ab uſu nuncupatur.
      - Præputium, cutis eſt, quæ glandem contegit.
      - Sutura, græcis ῥαφὴ inferior pars in longum protenſa.
      - Taurus, græcis ταῦρος, pars eſt, quæ ad ſedem producitur.
    - Teſtes, membro genitali ſubiacet.
    - Scrotum, ſinus eſt, qui teſtes continet, quod ὄσχεον græcis dicitur.
    - Anulus, ſiue fibula, quo fæces eijcimus.
  - **In mulieribus**
    - Sinus, ea pudendi pars eſt, quæ pilis decoratur, græcis κτεὶς.
    - Alæ, quæ ſinum ambiunt.
    - Colliculum, græcis νυμφὴ, caruncula eſt inter alas, ad fixuram exorta. Hanc Ægyptij in uirginibus excidebant.
- **Dorſi**
  - Scapulæ, in utroque latere habentur, græcis ὠμοπλάται.
  - Spina, media ad amußim pars eſt, à collo ad anum uſque deſcendens.
  - Lumbi, ubi ſuccingimur, ſpinam excipiunt.
- **Manuũ, quæ ab humeris originem ducunt: partes ſunt hæ,**
  - Brachium, quod ab humero ad cubitum permeat, qua manus flectitur.
  - Cubitus, quo homines metiuntur, exiſtit.
  - Brachiale, eſt ubi cubitus deſinit, & cum ſumma manu coarctatur.
  - Μετακάρπιον, brachiali ſuccedit, quaſi poſtbrachiale.
  - Nodi, græci κονδύλους appellant, à quibus digiti omnes oriuntur. Quorum
    - Pollex, maximus eſt.
    - Index, poſt pollicem ſequitur.
    - Medius, poſt indicẽ prominet.
    - Medicinalis, ſiue annularis, poſt medium uenit.
    - Minimus, omnium poſtremus exiſtit.
  - Summa manus, à brachiali dicitur.
  - Vola, pars eſt, interior, iuxta pollicem, græcis θέναρ.
  - ὑπόθεναρ uolæ oppoſita pars eſt: cuius nomine latini carent.
  - Pecten, interior pars eſt, unde digiti prodeunt.
  - Palma, concauum manus dicitur.
- **Coxarum, crurum et pedum**
  - Coxæ, utraque ſacri oßis parte exiſtunt.
  - Iſchios, coxarum compago dicitur.
  - Σφαιρώματα, uocantur oßium coxarum conuexitates.
  - Nates, in coxis ſunt, carnoſæ, ut magna quæ ſubſunt oſſa, cõtegant.
  - Femora, à coxis ſtatim incipiunt.
  - Crura, dicuntur à coxis ad extremas partes.
  - Genua exiſtunt, ubi femora committuntur cruribus.
  - Poplites, genibus opponuntur.
  - Tibia, à parte quidem { Anteriori Crea / Poſteriori Sura } Dicitur.
  - Talus, poſtrema tibiæ pars eſt.
  - Pes, ſub ipſo talo exiſtit: cuius partes ſunt ſeptem, ut
    - Calx, qui poſterior pars eſt.
    - Ταρσός, pars eſt à talo uſque ad digitos.
    - Πέδιον interior pedis pars dicitur, quaſi planities.
    - Concauum, illud eſt, quod ſub planitie ſtatim in medio imi pedis habetur.
    - Planta, eſt qua ſolum contingimus.
    - Pecten, ſiue pectus eſt, quod poſt concauum ad digitos aſſurgit.
    - Digiti, à pectine oriuntur, numero manuum digitis pares, non tamen eadem ſortiti nomina, quoniam eoſdem non præſtant uſus.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0027-1
DFG

# De interiorum corporis partium nominibus, ex Galeno.

- **Partiũ interiorũ corporis nomina et ſitus**
  - **Capitis**
    - **Cerebrũ, quod intra carneum reſidet: cuius hæ ſunt partes**
      - Cerebellum, græcis παρεγκεφαλίδα, in occipite collocatur, à quo dorſalis oritur medulla.

        ANNOTATIO.

        ¶ Dorſalem medullam, ex cerebro, nõ ex cerebello oriri Veſalius cõprobat, lib. 7. cap. 4. cõtra Galenum.
      - Vẽtriculi quatuor, animalis facultatis receptacula. nã inter duos anteriores, et quartũ posteriorẽ tertius exiſtit.
      - Camera ſiue Fornix, græcis καμάριον καὶ ψαλλοειδὲς, particula eſt in fornicis modum conflata, tertio incumbens uentriculo.
      - Κωνάριον, particula eſt glandulosa, cono perſimilis, uentriculum medium in cerebro coniungens.
      - Nates, græcis γλουτία καὶ διδύμια, ſunt corpora rotunda in utraq; parte illius medij uentriculi, natium ſiue teſticulorum figuram referentes.
      - Vermis, utrinq; circa baſim, ſubſtantia una, pellicularis eſt, rubea, ab uno extremo ad aliud cuiuslibet uentriculi porrecta, totum meatũ contegens. Eſt enim forma lignorum uermibus non abſimilis: & hinc eſt quod corpus hoc, græci σκωληκοειδῆ ἐπίφυσιν uocat.
      - In fundibulum, labrum ſiue peluis, græcis πύελος καὶ χοάνη, ea pars dicitur, quæ à duobus canalibus, ex medio cerebri uentriculo procedentibus, pituitam palato excernendam aſſumit.
    - **Meninx**
      - Tenuis, paſsim Pia mater, græcis χοροειδὲς, cerebrum uniuerſum circumuelans.
      - Craſſa, dura mater dicitur, ſupra tenuem membranam extenſa.
    - Περικράνιον, membrana eſt caluariam contegens.
    - Rete mirabile, plexus eſt reticularis, ex iſs, quæ in caput ueniũt arterijs, ad cerebri baſim ꝑtractus, græcis δικτυοειδὲς πλέγμα.

      ANNOTATIO.

      ¶ Reticulare plexum ab arteria ſoporali fieri, Veſalius affirmat lib. 7. cap. 12. & alibi, contra Galenum.
    - Olfactus, organa, ſiue mamillares proceſſus, à priorum uentriculorum anguſtis terminis prodeunt, animalem ſpiritum, præcipuè olfactus inſtrumento deferentes.
    - Colatorium, dicuntur oſsium foramina, cribrum imitantia, quibus cerebrum excremẽta in naſum tranſmittit, græcis ἠθμοειδὲς.

      ¶ Veſalius contra Galenum lib. 1. cap. 11. atteſtatur nullum eſſe in capite os, excernendæ pituitæ conflatum, cui foramina ſpongiam ſeu cribrum imitantia, inſint. Ideoq; Galeni ſententiam fictitiam eſſe fatetur.
    - **Oculi, qui his partibus cõſtãt, ut**
      - Neruis, qui græcis ὀπτικοὶ dicuntur ab una cerebri parte, qua uentriculi deſinunt, prouenientibus.
      - **Tunicis**
        - **Anterioribus, quæ ſunt**
          - Coniunctiua, græcis ἐπιπεφυκὼς.
          - Cornea, κερατοειδὲς.
          - Vuea, ῥαγοειδὲς.
          - Aranea, ἀραχνοειδὲς.
        - **Poſterioribus, quæ ſunt**
          - Sclirotica, σκληρότης.
          - Secundina, χοροειδὲς.
          - Retina, ἀμφιβληστροειδὲς.
      - **Humoribus, qui ſunt**
        - Vitreus, qui inter retinam tunicam & humorem cryſtallinum reſidet, græcis ὑαλοειδὲς.
        - Cryſtallinus, inter uitreum & araneam tunicam locum habet, à quo uidendi facultas eſt. κρυσταλλοειδὲς.
        - Albugineus, inter Secundinæ & Retinæ partem in totum ſpacium quod araneam ab uuea diſſecat, diffunditur, ὠοειδὲς græcis dicitur.
    - **Os, cuius hæ ſunt partes**
      - Lingua, locutionis inſtrumentum eſt.
      - Palatum, totius oris tectum, grecis οὐρανὸς καὶ ὑπερῴα.
      - Gingiuæ, quæ dentibus baſim conficiunt, ſuperius inferiusq; in ore habentur.
  - **Gutturis & colli**
    - Tonſillæ utrinque, circa linguæ radices ſitæ ſunt, græcis παρίσθμια.
    - Coopertorium, particula illa eſt, à quo aſpera tum clauditur, tum reſeratur arteria, græcis ἐπιγλωττίς.
    - Vua, gurgulio, ſiue columella, in extremitati palati, ſuper fauces pendet, σταφυλὴ καὶ γαργαρεών.
    - Hyoideum os eſt, ex ipſa linguæ radicæ, Λ græcæ literæ perſimile.
    - Fauces, græcis φάρυγξ.
    - Trachea arteria, canna eſt pulmonis: cuius caput græcis λάρυγξ dicitur.
    - Οἰσόφαγος, meatus eſt, quo cibus in ſtomachum ingeritur. Aphris meri dicitur.
  - **Thoracis**
    - Mediaſtinum, membrana eſt, pectus in duas partes diſcriminans, ſecundum eius longitudinem, græcis διαφράττοντας.
    - Πλευρὰς græcis, latinis latus. Regio coſtarum in utroque latere exiſtit.
    - Pulmo, ſiue uentilabrum, nota particula eſt, quæ tracheæ arteriæ connectitur.
    - Cor, in pectore medio, ſedem ſibi aſciſcit, in quo uitalis facultas continetur, græcis καρδία.
    - Capſula cordis, ueluti marſupium eſt, cor circumuelans, græcis περικάρδιον nominatur.
    - Septum tranſuerſum, membrana eſt dura, ſpiritualia membra à nutritiuis diuidens, græcis διάφραγμα.
  - **Ventris**
    - Ventriculus, eſt ſacculus ad continendum cibum concoquendumq; procreatus, græcis στόμαχος appellatur.
    - Πυλωρὸν græcis, dicitur inferius uentriculi hoſtiolum.
    - Epar, naturalis facultatis ſedes, prope uentriculum, dextrum latus ſibi uendicat.
    - Fel, ſacculus eſt, bilem flauam continens, concauo hepatis annexus, græcis χολὴ dicitur.
    - Splen, à ſiniſtris uentriculo adhæret. Eſt enim ſanguinis ſentina, græcis σπλήν.
    - Omentum, rete eſt ualde pingue, uentriculum & inteſtina circumuelans, Aphri, zirbum, græci uerò ἐπίπλοον.
    - Meſenterium, pinguis & glanduloſa caro eſt, inteſtina uinciens, & ea dorſo connectens.
    - **Inteſtina, ſub uentriculo reſident, quæ ſex ſunt, ut**
      - Primum, à uentriculo exortum, græcis ἔκφυσις dicitur.
      - Secundum, ieiunum — Dicitur.
      - Tertium, tenue — Dicitur.
      - Quartum, cæcum — Dicitur.
      - Quintum, κῶλον — Dicitur.
      - Sextum, rectum, ad anum deſcendens.
    - Περιτόναιον græci, Aphri uerò Siphach dicunt, pellicula eſt, uentrem uniuerſum ambiens.
    - Renes, in utroque latere lumbis inhærent.
    - Veſica, ſacculus eſt urinam excernens.
    - Οὐρητῆρας græci uocant uenas, à renibus in ueſicam permeantes.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0028-7
DFG

## De oſsibus humani capitis, ex Galeno & Auicenna.

Oſsis humani capitis:

- **Superioris**
  - **Figura**
    - Naturalis, eſt ut ſphæra quædam oblonga, in qua tres principales cōſpiciuntur ſuturæ. Sphærica quidē forma oblonga fuit, ut neruorum origines imitaret. Eminens deinde & in occipite, & ſyncipite, ut neruos tam ad frontem quàm ad ceruicem permeantes, cuſtodiret. Sphærica autem figura in capite duos habet uſus, uidelicet ———
      - Vnus recipiendo interiora. Nam figura rotunda eſt, maioris dimenſionis, quàm ea, quæ eſt rectæ lineæ.
      - Alter reſpectu exteriorum. Quoniam figura ſphærica non obuiat occurrentibus, ut habens additamenta.
    - Præternaturalis,
      - Prima, eſt quando caput ambas amiſerit eminentias capitis, & fit caput ut ſphæra, longitudinem & latitudinem habens æquales. In eiuſmodi enim figura, duæ tantū ſuturæ apparebūt, bifariam inter ſe ipſas ſecantes. Vna quidem tranſuerſa ab aure, una ad alteram, reliqua uerò per mediam ſummitatem, uerſus medium frontis, ſecūdum rectitudinem extēſa, ad imitationem X literæ græcæ.
      - Secunda, eſt in qua, ſecundum frontem eminentia perit, quæ amiſſa coronali commiſſura, eam quæ ſecundum longitudinem eſt, cùm ſola lambdoide retinebit ad imitationem T literæ græcæ.
      - Tertia, eſt in qua, quæ ſecundum occipitium debet eſſe eminentia periit, in hac enim lambdoidis amittitur, & remanet coronalis, & ea pariter quæ ſecundum longitudinem permeat, imitando figuram T literæ græcæ.
      - Quarta, quæ eſt omnino acuminati capitis, excogitari quidem poteſt, ſed fieri non poteſt, ut ſi caput ad utranq; aurem efficeretur prominentius quàm in fronte & occipitio.
      - (Galenus 9. de uſu partiū, capite 7. & lib. de Oſſibus.)
  - ¶ Veſalius lib. 1. cap. 6. octauum capiti os addit, in frontis oſsis baſi contentum, quod à Galeno nuſquam deſcribitur.
  - **Partes ſeptem**
    - Vna ſincipitis, græcè μετώπου.
    - Duæ uerticis, græcè βρέγματος.
    - Duæ temporum, græcè κροτάφων.
    - Vna occipitis, græcè ἰνίον.
    - Vna palato iungitur, cunei forma ducta, græcis σφηνοειδές.
    - Quæ præſtant duos uſus, ut quod
      - Si quādo craneum rumpatur, ne in id totum rupturæ procedant, ſed ceſſent in illis partibus, in quibus os quoq; percuſſum ceſſat. (Galenus 9. & 11. de Vſu partium.)
      - In partibus unius oſsis durities & mollities, raritas & denſitas, tenuitas & craſsities non habeatur. (Auicenna 1. can.)
  - ¶ Ὀβελιαία aliquando coronalem ſuturā interſecans, etiā os ipſum frontis diuidit, quod non omnibus cōmune eſt. Veſ. lib. 1. cap. 6.
  - **Suturæ quinq;**
    - Prima per ſynciput, græcis στεφανιαία.
    - Altera à uertice, per medium caput procedit, græcis ὀβελιαία.
    - Tertium, occipitium à ſummo capite deducit ad aures, græcis λαμβδοειδής.
    - Duæ ſuper aures, tempora à ſuperiore capitis parte diſcernentes, quas λεπιδοειδεῖς græci uocant, καὶ λαμβδοειδεῖς.
    - Quarum uſus eſt
      - Vt per ea craſſa meninx pericaneo corpuletur, & ſuſpendatur.
      - Vt fuliginoſarum ſuperfluitatum tranſpiratio per os fiat.
      - Vt excidant ſanguinis uaſa, hæc quidem intro, hæc autem extra.
      - Vt ex neruis, à cerebro ortis, pericraneo et circumſtantibus partibus, ſenſum tribuāt.
      - (Galenus lib. 8. 9. 11. de uſu partium.)
  - Subſtantia cauernoſa, ſiue ſpongioſa exiſtit, duplici de cauſa, uidelicet
    - Vt inde ualentiſsimè cerebri excrementa tranſmitteret.
    - Vt leuius eſſet os, & cerebrum minimè grauaret.
- ¶ In auditus organo lib. 1. cap. 8. præter alia, duo oſsicula commemorat Veſalius, quæ Galeno non fuerant cognita.
- **Inferioris**
  - **Partes, ut**
    - Aurium utrinq; tres,
      - Prima, oſſa ſunt lapidoſa, græcis λιθοειδῆ, è quibus ea oriuntur oſſa, quæ proceſſus colūniformis appellantur, in quibus auditorius continetur meatus.
      - Secunda, apud exortum habetur, quorum alter mammillaris dicitur, alter uerò iugalis oſsis pars eſt.
      - Tertia, à temporibus occupatur.
    - Oſsis iugalis, quod græcis ζυγῶδες dicitur, duæ temporis muſculo præpoſitæ ſunt, quarum
      - Anterior cum parte ſupercilij extrema, ad paruum oculi angulum continuatur.
      - Poſterior cum capitis oſſe, quod iuxta aurem habetur, coniungitur.
    - Maxillæ ſuperioris
      - Vtrinq; tres, quarum
        - Maximæ iuxta iugale os habentur ad eam uſque partem quæ mala appellatur, protenſæ, quibus aliæ duæ adiacent particulæ, qua ſcilicet narium foramenta ad palatum tendunt.
        - Magnæ in oculis habentur.
        - Minimæ iuxta magnum oculi angulum locantur.
        - (His in utroq; latere os unum inſigni magnitudine ſubiacet.)
      - Duæ, in quibus inciſorum firmantur dentes quanquam aliquibus una tantum dicatur.
    - Narium duæ, quæ ſuturis à medio ſuperciliorum diſcernuntur.
    - Maxillæ inferioris duæ, quamuis quibuſdam una tantùm putetur, nam in mento ſutum exiſtit.
  - **Suturæ**
    - Duæ, quæ ſuperiori maxillæ, & oſſi cuneiformi communes exiſtunt.
    - Vna, qua os iugale ſecatur.
    - Vna, ſub oſſi iugali exoritur, & in duas diuiditur partes, quarum
      - Altera, poſterius tendens, ſub eiuſdem oſsis concauo perficitur.
      - Altera ſurſum ad oculorum mediū inferiorum ambitum uadit, ibiq; tripartitur. Nam
        - Prima pars, magnum prope angulum exterius in medium ſuperciliorum procedit.
        - Secunda, per concauum ſub eodem angulo ad communem capitis ſuturam uadit.
        - Tertia, in inferiorem oculi ſedem, oculi ambitum inſcendens, ad imum tendit, ibiq; capitis communi ſuturæ iungitur.
    - Vna, recta per medium palatum.
    - Vna, utrinque à medio ſuperciliorum incipit, & inter caninos & inciſorios dentes defertur.
    - Vna, quæ in duas diuiditur, & earum
      - Altera quantum, ſcilicet extremū dentem ambit, cùm oſsis cuneiformis ſutura conuenit.
      - Reliqua, cum recta palati ſutura coniungitur.
    - Vna,
      - Naſum interſecat, è medio ſuperciliorum exorta.
      - Quæ oſſa dentium inciſiuorum diuidit, & cum ea, quæ per palatum fertur, iungitur.
      - Maxillæ inferioris, quamuis quibuſdam os unum tantùm maxillæ uideatur.
  - (Galenus libro de Oſſibus.)

¶ Maxillam inferiorem uno tantùm oſſe conſtare, Veſalius lib. 1. cap. 10. contra Galenum aſſerit.
In ſuturis, & oſsibus ſuperioris maxillæ, Veſ. lib. 1. cap. 9. à Galeno pluribus in locis diſſentit.

Si uis dentium numerum eſſe duos & triginta, certò ſcias, quorum
- Octo anteriores, græcis τομεῖς.
- Quatuor caninos, græcis κυνόδοντας.
- Viginti molares, græcis μύλας.

## De oſsibus totius humani corporis, ex Galeno.

*Caluariæ ſiue capitis oſſa, uideri poſſunt in præcedenti ſchemate.*

**OSSA totius humani corporis, ut**

- **Thoracis,**
  - **Anterioris partis, ſunt**
    - Clauiculæ, claues, iugula, græcis κλεῖδες, ab utroque latere ſummæ pectoralis oſsis extremitati annectuntur, extremitatibus autem alijs, cum ſcapularum oſſe cohærent.
    - Os pectoris στῆθος græcis, ſeptem conſtans oſsibus, ab utroque latere, Lunam referens, in cuius imo cartilago quædam dependet, quæ græcis ξιφοειδὴς appellatur. Latinis uerò malum granatum, quanquam ab aliquibus etiam os pectoris totum ξιφοειδὴς dicatur.

    ¶ Os pectoralis tribus tantùm oſsibus conſtare, lib. 1. cap. 19. Veſ. fatetur, totumq́; ſimul ξιφοειδὲς uocatum eſſe, eo quòd formam gladij manubrij referat.
  - **Poſterioris partis, ſunt**
    - Colli, quod græcis τράχηλος dicitur, ſeptem. Collum enim pars prima ſpinæ dorſi exiſtit, quæ ῥάχις græcis dicitur. Hæc enim uertebris, uel ut græci dicunt σπονδύλοις uigintiquatuor conſtat, ab ipſo occipitio incipiens, & uſque ad os ſacrum permeans.
    - Dorſi Metaphreni, græcè μετάφρενον, quod ſecunda pars ſpinæ exiſtit, duodecim.
    - Renum, Lumborum, græcè ὀσφὺς, quæ ultima ſpinæ pars dicitur, quinque.
    - Coſtæ, græcè πλευραὶ, in quolibet latere duodecim. Rariſsimè enim cernitur tertiadecima coſta, tum & rarius undecima. Septem primæ pectoris oſsibus, anteriori parte cohærent. Octaua uerò iuxta radicem xiphoidis cartilaginis eſt. Reliquæ autem quatuor, in obliquas partes thoracis finiunt, quæ tantum ab anterioribus partibus deficiunt, quantum etiam maiores ſunt cæteris: omnes igitur retro uertebris dorſi, nodo duplici, altiori coniunguntur. Quæcunque autem earum non attingunt pectus, nothæ, ſpuriæq́; uocantur, & ſunt utrinque quinque.

      ¶ Veſ. lib. 1. cap. 9. Coſtis omnibus non par ad uertebras obtigit articulatio. Nouē enim ſuperiores dupli coarctantur articulo. Vndecima autem & duodecima ſimplici, quemadmodum & decima rariſsimè duobus articulis, ſuæ committitur uertebræ.
    - Scapulæ, græcè ὠμοπλάται, utrinque unum magnum poſt thoracem exiſtit. Ambo enim cum oſſe occipitis.

      ¶ Veſ. ſuperiorem ſcapulæ proceſſum ἀκρώμιον uocantur, ſummum humerum appellat.
    - Spina ac etiam cum thoracis coſtis, & eo oſsi, quod gutture præiacet, muſculorum opera copulatur.
    - Quarum ceruix in acetabulum deſinit, & cum humeri capite alligatur. Eſt autem huic oſsi alter interiori parte exiguus, acutusq́; proceſſus, qui quum ancoræ, uel cornuti roſtri ſimilitudinem referat, ἀγκυροειδὴς, καὶ κορακοειδὴς græcè appellatur, ac etiam ἀκρώμιον.
    - Os ſacrum, græcè ἱερὸν, fini dorſalis ſpinæ accumbit, & ex tribus componitur oſsibus.
    - Coccigis, os eſt caudæ, & tribus conſtruitur oſsibus.

  ¶ Veſ. os ſacrum ex oſsibus conſtare fatetur. Coccigis uerò quinque, prima & ſecunda figura. 18. cap. primi libri.

- **Extremarū partium,**
  - **Brachij: ſunt**
    - Os humeri, adiutorium, brachium, græcis βραχίων.
    - Cubitus, Focile maius, græcis πῆχυς dicitur, cuius extremitas, quæ Raſceræ coniungitur, ὠλέκρανον nuncupatur.
    - Radius, Focile minus, κερκὶς græcè, os minus eſt inferioris bracij.
  - **Manus:**
    - Brachiale, Raſceta, græcis καρπὸς, ſeptem conſtat oſsibus, duplici ordine diſtinctis.
    - Superior enim pars tribus, inferior uerò quatuor componitur.
    - Poſtbrachiale, palma, pecten, græcis μετακάρπιον, oſsibus quatuor conformatum eſt.
    - Digiti, græcis δάκτυλοι, ſinguli externi conformantur oſsibus, priori ſemper internodio in ſubſequentis ſinum ſubeunte, uerùm pollicis tantummodo prius internodium, ex tranſuerſo ipſi poſtbrachiali annexum eſt.
  - **Crurū: ut**
    - Anchæ duo utrinq;, unum magnum ac ualidiſsimum, quibus integris nullum nomen inditum eſt: nam latæ ipſorum ſuperiores partes Ilium os, exteriores poſt femoris ingreſſum, inferioresq́; coxendicum, & quæ inde in anteriores protenſæ, tenues ac foratæ, atque inter ſe in extremo conatæ ſunt.
    - Pectinis oſſa appellantur, utroque coxendici prægrande acetabulum ineſt, cum femoris capite nexu ualidiſsimè copulatum.
    - Femur, Femen, os coxæ, quod ab oſſe Anchæ ad genu permeat, græcis μηρὸς.
    - Rotula ſiue Patella, genu ſcuti inſtar, græcis ἐπιγονατὶς.
    - Tibia, canna maior, Focile maius, græcis κνήμη, à genu ad talum continuè deſcendit: cuius anterior pars carne uacans, Crea dicitur.
    - Sura, os minus, quod genu non tangit, ſed tibiæ per ſynarthroſin coarticulatur.
    - Malleoli, ſunt tam tibiæ, quàm ſuræ, extremæ proceſſuum partes.
  - **Pedis: ut**
    - Talus, ab imis tibiæ ſuræq; proceſsibus comprehenditur, altera enim parte cum oſſe nauiculari committitur. Talus enim græcis ἀστράγαλος dicitur.
    - Os nauiforme, ſiue nauiculare, talo coniungitur, græcis σκαφοειδὴς.
    - Calcis unum, quod rotundas partes, ex talo recipit, & geminos, quos habet exceſſus, in ſinuum eius percommodè inſerit. Pars uerò qua ingredimur, leuiter rotunda, & latiuſcula eſt.
    - Poſterior uerò rotunda eſt, tibiæq; rectitudinem longè excedit, totum os græcis καλκανεὸς.
    - Raſceta pedis, græcis ταρσὸς, quator oſsibus conſtat, quarum maximum Cyboides græcè dicitur, reliqua uerò nominibus carent. Hæc enim nauiformi cohærent.
    - Planta, pecten, græcis πέδιον, oſsibus quinque conſtituitur, raſcetæ inhærentibus.
    - Digiti quinq;, cunctiq; ternis internodijs conſtantes, magno tantùm excepto, qui duobus tantùm oſsibus conſtructū eſt. Quorum alterum, ſcilicet pectini, contiguum eſt, unum ex ſeſaminis exiſtit.

### ANNOTATIO.

¶ Veſalius lib. 1. cap. 22. hallucinatur & ipſe, aſſerēs in ceruino corde nullum reperiri os præter cartilagineas magnæ arteriæ, & uenæ arterialis radices, quod uitulis & agnis commune eſſe contendit. Verùm res aliter ſe habet, ut mihi ſæpius maſculorum ceruorum corda ſecanti (in fœmellis enim non reperitur) manifeſtè apparuit, nam oſsiculum (non dico cartilagineum) ab ipſis cartilaginibus longius ſemotum ſolidumq́; inueni. Quo fit, ut Veſ. ipſe, hac in re deluſus euaſerit.

## De muſculis caput & collum mouentibus, ex Galeno.

- **Muſculi caput & collum mouentes, quorũ aliqui dicuntur**
  - **Anteriores, qui flectũt, octo:**
    - Duo, qui ſtomacho ſubiacent, per
      - Primas quidem fibras, quæ in primum ac ſecundum ſpondylum ſunt infixæ, caput ſolùm ipſum inflectunt, ac ſimul obliquis fibris, ad obliquũ etiam deducũt, per quas muſculorum, etiam paruorum primam habent circumſcriptionem.
      - Reliquas uerò collum flectentes, ſimul cum eo totum caput flectunt.
    - Sex reliqui, non rectum, quomodo ſuperiores capitis motum, ſed ſenſim obliquum efficiunt, cum quo etiam caput in anteriora conuertunt. Poſt aures enim exorti, ſub ipſis ad pectus, & clauiculam, ſibi ipſis continui pertingunt, ut ſi quis ipſum (cùm unus ſit) triplicem eſſe dixerit, non errauerit.
  - **Poſteriores, qui erigũt, 14. quorum**
    - Octo, iſdemq; parui, retrò circũ ipſum ſunt locati: quorum
      - Quatuor, motus recti ſunt, auctores, qui ex oſſe occipitis oriuntur, paulò ſuper articulationem: inſeruntur autem in ſecundi ſpondyli proceſſum poſteriorem, ac in partem primi proximam.
      - Duo quidem, quomodo prædicti, ab oſſe occipitis producti, foras tamen obliqui digredientes, obliquis, primi ſpondylis proceſſibus inſeruntur, motum totius capitis obliquum efficientes, unà cum eo ſecundam uertebram ad primam adducunt.
        - Horum qui caput in obliquum flectunt, rectã quidem erectionem efficiunt, cùm ambo agunt: obliquè autem quando ſolus eorum ſolus agit.
          - Horum ultimorum quatuor ſitus utrinq; eſt, dictas duas muſculorũ coniugationes coniungentium in angulum efficit.
      - Duo, primum ſpondylum ſecundo coniungentes, obliqui poſitionem habent, duobus prædictis contrariam ac motum oppoſitum. Hi autem ad naturalem ſtatum, ideſt rectum inclinatum, ipſum reducunt.
    - Sex magni, qui tres coniugationes habent, quæ poſſunt & quatuor dici, per muſculorum implicationem. Hi enim per
      - Primas quidem fibras (quæ primum & ſecundum ſpond. inſeruntur) ſolum caput mouent retrorſum.
      - Reliquas uerò, in primum quidem & reliquos quinque colli ſpondylos, ſimul etiã cum eis capitis motum retrorſum adiuuant.
        - Hi in totum collum extenſi ſunt, quorum, qui ſunt obliqui, motus parum obliquos faciunt.
  - **Laterales quatuor robuſti ac magni, collum lateraliter, cum parua declinatione mouent: quorum**
    - Duo anteriores, in unoquoque latere, qui ex perforata ſecundæ uertebræ apophyſi productionem habent, antrorſum paululum inclinantes.
    - Duo poſteriores (uidelicet utrinque unus) ex primi ſpondyli obliqua eminentia naſcuntur, retrorſum paululum flectentes.
      - Horum ſi
        - Vnus ſolus egerit, ad illum inclinat caput.
        - Tota anterior coniugatio exiguum quiddam flectit retrorſum nuſquam præterea inclinans ad latera.
        - Tota poſterior coniugatio agat, paululum quidem attollitur, uerùm in neutram partem inclinat.
        - Omnes quatuor agant, in nullum omnino partem propenſum perſtat caput.

### VESALIVS LIBRO SECVNDO, CAP. XXVIII.

¶ Caput autem uno proprio motu, uel quieſcente etiã ceruice flectitur & extenditur, ſeu in poſteriora anterioraq; fertur: ad latera autem, non niſi ceruici beneficio agi poteſt. Quandoquidem immota, rigidaq; ceruice, nemini ad humeros caput inclinare conceditur. Vtcunque id parum rectè, in quarto de adminiſtrandis ſectionibus libro, Galeno uiſum fuerit. Cæterùm præter flexionem & extenſionem, quas caput quidem, mea ſententia, repugnanteq; Galeni placito, ſuper primã ceruicis obit uertebram, alium etiam capiti motum, ſuperiori libro largitum eſſe prodidimus, qui alter capitis proprius motus eſt: cuius ope inſtar rotæ quodammodo, ad axem circumducitur, ſiue flexum, ſiue extenſum cum ceruice, aut citra ceruicem fuerit, atque hunc ad ſecundam uertebram confici, contra Galeni dogmata dictum eſt.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0031-2

## De muſculis faciei, ex Galeno IX, X & XI. de Vſu partium, & Veſalio lib. II.

**Muſculi faciei,**

- **Frontis** unus, isq; ualde latus, multas neruorum fibras in ſe ſuſcipiens: cuius cutem excoriari non licet, cùm ipſi muſculo ſit coalita: cuius quidem uſus eſt, ut ſupercilia, ſupertendat. Locum ſi ſecare aliquando contigerit, ſecandum quidem eſt per longum ipſius corporis, ne ſuperciliorum motus deſtruatur.

  ¶ Hæc quidem ex Anatomicorum quorundam ſententia, non ex ſe, dixiſſe Gal. oſtenditur, eo quòd palpebræ motum uiderit ex recto cauterio in αἰγιλωπῶν, & ad totius fermè illius regionis combuſtionem, imò oſsium, ex qua motionem minimè impediri.

- **Palpebrarum**
  - **Superiorum**
    - Alter quidem in maiori oculi angulo ad naſum obliquus conſtitutus ad tarſi partem dimidiam, quæ illic eſt, peruenit. Hic enim cùm agit, partem palpebræ ſibi continuam, quæ eſt ad naſum, deorſum trahit.
    - Alter uerò totus & ipſe quoque obliquus, & ad minorem angulum extenſus, ad reliquam tarſi partem dimidiam ſibi propinquam prorumpit. Hic autem cùm agit, reliquam palpebræ partem ſurſum trahit.
    - Quòd ſi uterque eodem tempore tendunt, accidit, ut oculus non magis ſit apertus, quàm clauſus.
  - **Inferiorum** nullus deſcribitur muſculus, quò fit, ut alicuius motus non particeps uideatur.

  ANNOTATIO.

  ¶ Superioris palpebræ muſculi, ab Auicenna tres reperiuntur. Nam per duos iam dictos, tertium ad aperiendum ex media palpebra exortum, ad frontem permeare cõſcribit, id totum à Galeno accipiens, qui in libro de Locis affectis idem affirmat, quod tum Veſalius neſciuit damnare.

- **Oculorum septẽ. Quorum**
  - Primus, in dextro angulo explantatur,
  - Secundus, in ſiniſtro angulo oritur.
  - Tertius, in parte ſuper: ſitus eſt,
  - Quartus, in inferiori parte firmatur,
    - Et oculum mouet: Dextrorſum, Siniſtrorſum, Surſum, Deorſum.
    - Hi omnes aceruati ſui aponophroſibus circulum unum efficiunt, lati tendenis in iride diſmentis.
  - Quintus, Sextus, Poſitione obliqui ſunt, ſinguli quidem in ſingulis palpebris, uerſus minorem angulum ſupra ac infra extenſi, & oculum circulariter mouent.
  - Septimus, qui magnus eſt, conſtringit quidem, ac munit nerui illius mollis immiſsionem, oculum uerò ſurſum attollit, & eleuat, ac nonnihil & ſimul cõuenerit. Ad hunc igitur uſum muſculus hic factus, in orbem totam oculi radicem complectens, quibuſdam Anatomicis triplex, alijs uerò duplex eſſe uidetur. At ſiue unum quis ipſum ex pluribus compoſitum, ſiue duos, ſiue tres, uelit dicere, una tamen eorum eſt utilitas.

  ANNOTATIO.

  ¶ Gal. 10. de uſu partium, ſeptimum oculi muſculum, ſimul cum neruo oriri, oculum ne foras procidat, falſus eſt, quam tamen ſententiam Veſ. reprobat lib. 2. cap. 11.

- **Narium, quorum**
  - Proprij duo, utrinque unus, isq; ualde durus, ſed exigui ſunt, ut partium ab eis mouendarum ratio poſtulabat. Enaſcuntur enim circa principia muſculorum, ad labia deſcendentium, & alas diuerſimodè mouent: cuius mobilitatis uſus in repentinis exſufflationibus mirificè prodeſt.
  - Communes, duo utrinq;. A malis enim iuxta proprium ſuperioris labri muſculũ, carneus quidẽ ſed tenuis membraneusq; enaſcitur muſculus, qui in ipſo modicè, uerſus priora deſcenſu in duas diuiditur portiones, quarum
    - Altera ad naſi radicem uadit, ut alam ipſam extrorſum, ſurſumq; moueat.
    - Altera ad ſuperiorem labri partem quam Muſtacem uocant, proreptat, ut labrum ſurſum uellat.
    - Hac enim de cauſa communes appellantur.

- **Labiorũ quatuor, quorũ**
  - Duo, ſcilicet ſuperiores ſuperiori labro deſeruiẽtes, parum ſub malis enaſcuntur,
  - Duo, ſcilicet inferiores inferiori labro famulantes, ab ora ultima inferioris maxillæ oriũtur.
  - Ex his octo oriuntur motus
    - Recti 4. cum pariter mouẽtur omnes, quorũ
      - Primus, cùm ſcilicet labra plurimum à ſe diſtant, alterum ſurſum ad naſum protenſum, alterum deorſum ad mentum detractum.
      - Secũdus, qũ ſimul cõmittuntur, altero à ſuperire loco deorſum, altero uerò ab inferiore ſurſum ꝓtenſum.
      - Tertius, cùm labia foras euertuntur, tenſis exterioribus uillis.
      - Quartus, cùm labra intus implicantur.
      - Horũ motus ab his magnificatur muſculis, qui narium communes eſſe diximus,
    - Obliqui quatuor, cum duo tantũ mouentur, uidelicet
      - Duo uerſus malas.
      - Duo uerſus inferiores mandibulas.

- **Maxillæ inferioris ſex, ad**
  - **Claudendum**
    - Duo in uno quoq; tempore unus, qui à uerticis & frontis oſsibus enaſcuntur, ac deinde concreſcendo perreptant, & in cauitatem quandam, in oſsibus capitis, ibi exculptam, deſcendunt, & ad iugale os uſq; ſe recipiunt, inde in tendonem magnum exeuntes, maxillæ inferioris curuo acumini infigũtur.
  - **Aperiendum**
    - Duo ex poſterioribus capitis partibus exorti, prope oſſa, quæ græcis [illegible] ſiue [illegible], appellatur, maxillæ inferiori infiguntur, ſtatim poſt flexionem, ad eum uſq; locum, qui eſt ad mentum.
  - **Molendum**
    - Duo græcis μασητῆρες dicũtur, eo quòd iſti propriè maſticatores exiſtant. Hi carnoſam quoq; genarum partem cõſtituunt, quos nonnulli utrũq; non ſimplicem muſculum, ſed triplicem eſſe exiſtimant, quod tres ipſorũ ſunt aponeuroſes, aut tẽdones, aut in maxillas inſertiões, inſtar principiorũ quorũdã, quorũ
      - Primus uerſus zygomatis extremitatem porrigitur.
      - Secundus uerſus inferiorem mandibulam permeat.
      - Tertius, uelut baſis quædã, prædictum utrũq; latus omnibus, maxillæ inferioris memoratis partibus coniungens, ſecundum ipſius longitudinem extenditur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0032-8
DFG

## De muſculis linguæ, ex Veſalio, libro ſecundo, capite XIX.

¶ Hoc de linguæ muſculis σχῆμα ex Galeni libris confici poſſe, minimè datum eſt. Nam ea de adminiſtrandis ſectionibus pars, in qua linguæ muſculos proculdubio recenſuit, unà cum libris de Muſculorum ſectione, uel interijt, uel in tenebris latitat.

Muſculi linguæ euidentes nouem: quorum

- Duo quidem recti ſunt, & impenſè craßi, obſcureq́; ab inuicem, ac ſi plures duobus eſſent aliquot locis diſcreti, qui ex media, ſuperiorið; oßis, Y imaginem referentis ſede, carnei, ſed utcunque fungoſi principium ducunt, ac ſecundum longitudinem linguæ protenſi, ipſius medio rectà inſeruntur, quam contracti rectà intrò, & uelut ad poſteriora uellunt.
- Duo, ex duobus ſuperioribus oßis hyoidis oßiculis oriuntur, ac etiã aliquando ab humilioribus ipſius hyoidis oßis lateribus, quæ ſuperioribus ſcutiformis cartilaginis proceßibus colligantur, principium ſumant. Inde enim obliquè quodammodo procedentes, linguæ lateribus implantantur. Quorum ſi
  - Alter uno remiſſo, laxatoq́; tendatur, lingua, & potißimũ ſua radice, in latus deorſum uellitur, at ſi ſimul uterque agat, lingua in neutram partem inclinãs deorſum, uerſus interiora quoq; mouetur.
- Duo ſimiliter carnoſi, & utcunq; craßi, duobus ductis opponuntur, ac à temporum oßium proceßibus, qui ſtyli acusq́; imaginem referunt, explantati, linguæ ad nuper dictorum fines innaſcuntur. Quorum ſi
  - Alter in ſe colligatur, lingua ſurſum tracta ad alterum latus inclinatur.
  - Ambo ſimul conuelluntur, uerſus interiora linguam ſurſum agunt.
- Duo, linguam ad inferiora trahẽtes, ac ad latera inuoluentes, qui ex inferioris maxillæ lateribus, intus ad dentium molarium indicem, utrinque lato, ac utcunque mucoſo principio enati, linguæ ſecundum ipſius longitudinem, uſque ad ligamenti finem, quo faucibus illa colligatur, ſeſe inſerunt, non quidem prorſus in linguæ medium, ſed duorum, quos primos enumerauimus, muſculorum latera. Quorum
  - Altero tantùm ſuas fibras colligente, conſpicua linguæ pars, antè ſectionem, in contracti muſculi latus conniuet.
  - Vtroque laborante, pertinaciter lingua faucibus recto motu adigitur.
- Vnus, uidelicet nonus, ueluti carnea quædam moles exiſtit, quæ ab interna quoque inferioris maxillæ ſede ex menti regione enaſcitur. Hæc enim moles ſurſum, retrorſumq́; ad fauces ducta, in linguæ radicem, amplam inſertionem molitur. Ex hac enim lingua nunc contrahi uidetur ad
  - Mentum.
  - Labrorum medium latus.
  - (Prout has illas ue laxat & intendit fibras.)

¶ Verùm qui, qualesq́;, & quot numero linguam agant muſculi, cognitu eſt quàm difficillimum. Adeò enim inuicem cõnectuntur, ipſorumq́; fibræ mutuò tam uariè coëunt, ut iuſtum numerum formamq́; muſculorum, & motuum linguæ differentias cognoſcere non iniuria arduum cenſeatur. Imò linguæ conſtructionem hactenus à nemine ad amußim perſpectam fuiſſe, neque etiam ocyus fore metuo adeò, ut fateri cogamur, eò Conditoris noſtri in effigiendo ex terra Adamo artem induſtriamq́; proceßiſſe, ut tota hæc non inueniatur, quantumuis longo temporis ſpacio, idq́; à uiris illuſtribus indagata.

## De muſculis hyoidis, ex Veſalio libro ſecundo, cap. XVII.

¶ Hoc quoque ſchema ex Veſalio prodendum placuit, cùm non niſi implicitè à Galeno libro ſeptimo & decimotertio de Vſu partium, ac & quarto de Adminiſtrandis ſectionibus, de his tractatum fuerit.

- Muſculi Hyoidis oßis
  - Proprij octo, quorum
    - Primus & ſecundus, qui unus tantùm (propter eorum in ſeſe compactionem) ab aliquibus habetur, ſcutiformi, laryngis cartilagini & aſperæ arteriæ in collo exporrectus. Lato nanq; & carneo principio ex eminentiori pectoris oßis ſede, ad partem magis internam exoritur, rectáq; ſurſum tenſus in anteriorem hyoidis oßis partem inſeritur. Quorum uſus eſt, ut
      - Os hyoidis deorſum retrahatur, ſi quando uiolẽtius à ſuperioribus muſculis ſurſum uellatur.
      - Scutiformi cartilagini aſperæq; arteriæ propugnaculi loco haberi poßit.
    - Tertius & quartus, utrinque unus, his ſuperioribus apponuntur, & ampli, breues, ac omni ex parte carnei, à maxilla inferiori, ſub ſummo mento interius enaſcuntur, ac inde deorſum protenſi, hyoidi oßi duobus primis contermini inſeruntur. Quorum facultas eſt, os illud
      - Surſum oppoſito duobus primis motu — Protrahere.
      - Modicè in exteriora — Protrahere.
    - Quintus & ſextus, ab utroque latere ſinguli admodum graciles, teretesq; ſunt muſculi, qui ab oßis temporis proceſſuum radicibus, ſtylum, & galli calcaria imitantium, explantati hyoidis oßi inſeruntur, ad latus amplitudinis, quam primi quatuor muſculi occuparunt. His enim duobus muſculis, ne os in dextrum aut ſiniſtrum latus reuellatur munus creditum eſt, & præterea illud quoque ſurſum nonnihil, introrſumq; contrahunt.
    - Septimus & octauus, utrinq; & ſinguli graciles longiq; uiſuntur. Horũ etenim principium, quod carneum eſt, ex latiori ſcapulæ coſta, iuxta ipſius ceruicis radicem obtinet, & ſub muſculo ſcapulam ad occipitiũ trahẽti occultatus, ſurſum obliquè protẽditur, ſub muſculo à pectoris oſſe & clauicula, in mammillarem capitis proceſſum inſerto repit, & in eam tandem hyoidis regionem inſeritur, in quam ſextum & ſeptimum, inſertionem moliri dictum eſt. Quorum uſus eſt ut
      - Motibus quinti & ſexti muſculi, eorum motus apponatur.
      - Os hyoidis
        - Deorſum — Detrahant.
        - Vtrinq; — Detrahant.
  - Non proprij, ex oſſe ipſo originem mutuantes, alijs partibus inſeruntur. Nam
    - Quatuor laryngi, ut melius ſequenti ſchemate oſtendetur. — Inſeruntur.
    - Cæteri linguæ, ut in ſuperiori ſchemate habetur, — Inſeruntur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0034-9
DFG

## De muſculis laryngis, ex Galeno, libro ſeptimo, cap. XI. & XII. de uſu partium.

- *Muſculi laryngis uiginti, uidelicet*
  - **Duodecim ipſius laryngis proprij cõmunes, in tribus laryngis cartilaginibus, uidelicet**
    - *Quatuor, qui ſecũdæ primã cartilaginem adnectũt, in animãtibus magna uoce præditis, inter quæ & homo numeratur, reperiuntur. Deriuãtur autẽ ex prima cartilagine ſcutiformi, ad ſecundã iuxta finem inferiorẽ utriuſq; cartilaginis, ubi tracheã arteriam tangunt, & ſe inuicem ex magna cartilagine proueniunt ad ſecundã, extrorſum quidem duo muſculi, introrſum autem duo utraq; parte externis externi, internis interni prorſus æquales. Hi enim exactè anguſtãt oram laryngis inferiorem, primam cartilaginem ſecundæ applicantes. Horum*
      - *Duo anteriores partes copulantes claudunt magnã laryngis cartilaginem.*
      - *Duo profundas partes reſerant.*
    - *Quatuor, ſecundam cum tertia iungunt, & laryngis finem ſuperiorem aperiunt. Quorum qui*
      - *Parte ſunt poſteriore, cartilaginem aritænoidem retroflectunt.*
      - *Obliqui ſunt, ad obliqua plurimum deducunt.*
    - *Duo ſuperioribus quatuor actionem cõtrariam, ac poſitionem habentes, claudunt exactè os ſupernum laryngis ad internam capacitatem, primam cartilaginem trahentes, quæ ſimilis eſt crumenis, quæ contrahi ſolent, ob neruoſarum membranarum, quibus circumplectitur multitudinem.*
    - *Duo in baſi aritænoideos exiſtunt. Verùm in animalibus, uoce parua præditis, non inſunt, in quibus & ſimia numeratur. Horum quidem facultas eſt, baſim tertiæ cartilaginis conſtringere.*
  - *Communes, ſcutiformi tantùm, & partibus adiacẽtibus, uidelicet*
    - *Duo ex inferioribus hyoideos oſſis lateribus, originem habent, indeq; ſecundũ totam longitudinem primæ cartilaginis, parte anteriore producuntur. Quorum facultas eſt, à poſterioribus primam cartileginem adducere, meatumq; amplificare.*
    - *Duo, ab ipſa cartilagine exorti, ſed ad pectoris os tendentes alijs duobus commiſcentur, in illis ſolùm animalibus, quibus magna ſunt, & totus larynx, & cartilago ſcutiformis. Hi enim*
      - *Partes cartilaginis contrahunt, trahuntq; infra, aſperam arteriam leuiter contrahunt atque conſtringunt, ut neque duplicetur quicquam in ea, neque complicetur, neque plurimum amplificetur, cùm animal uult loqui.*
    - *Duo tranſuerſi, ex obliquis ſcutiformis partibus enati, deinde in orbem ſtomachum complectentes, ſimul inter ſe coeunt, & partes primæ cartilaginis protrahunt, ſecundæq; applicant, quo meatus aſtringatur.*

### ANNOTATIO EX VESALIO LIB. II. CAP. XI.

¶ *Communes Galenus octo enumerauit, tamen ſex tantùm explicauit, qui ſoli ſcutiformi cartilagini, non autem alijs duobus committuntur. Ego præter eos ſex, alios duos obſeruaui, non quidem ſcutiformi cartilagini nexos, ſed ipſi laryngis operculo, quapropter hi etiam inter eos, qui Galeno communes nuncupantur, referendi neutiquam ueniunt,*

### VESALIVS LIB. II. CAP. XXI.

¶ *Præter hos ſex, alios duos animaduerti muſculos, ac ex media interiori oſſis hyoidis ſede explantatos, & utrinque ſingulos radici eius corporis, quod laryngis cenſetur operculum, inſertos. Hi liquidò admodũ ( ſi modò quis ipſorum nouerit adminiſtrationem ) uiſui ſeſe offerunt. Galeno tamen cùm in nullis, quæ hodie extant operibus ipſorum meminerit, incognitos fuiſſe opinor, non enim ( quod fortè quis arbitraretur ) in communium laryngis muſculorum numerum ſunt reijciendi. Quamuis enim hos octo Galenus eſſe dixerit, & interim ſex tantùm deſcripſerit, omnes tamen octo, primæ cartilagini committi poſtmodum ſermoni ſubnexuit. Porrò his duobus, id munus concreditum eſt, ut laryngis operculum cibis potuq; depreſſum denuò eleuent: ipſorum nanque principijs uerſus hyoides os tractis, operculum illud erigi conſpicitur.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0035-5
DFG

## De muſculis ſcapularum, ex Galeno libro XIII. de Vſu partium capite ultimo.

*Scapularum muſculi ſeptem, quorum*

- *Primus, ultimo loco inter brachij muſculos numerabitur, qui ſurſum ad brachium fertur, ſcapulæ parti inferiori inſeritur, ipſam unà cum brachio ad inferiora trahit.*
- *Secundus, latus ac magnus, qui à ſpina ſcapulæ enatus ſurſum ad os occipitis peruenit.*
- *Tertius, qui tenuis eſt, ab iiſdem capitis oßibus ortus, ipſi ad ſpinæ baſim inſeritur.*
  - *Hi enim ſurſum ſcapulam trahunt.* (Secundus & Tertius)
- *Quartus, & quintus, ſcapulam ad totam animalis ſpinam adducunt. Quorum*
  - *Altior ipſam inflectit ſurſum ad colli ſpondylos.*
  - *Depreßior abducit ad ſpondylos dorſi.*
    - *Tenſis uerò ambobus ſimul ſecundũ proprij ſitus rectitudinem, ad humerũ, ideſt ad dorſum ſcapulæ erigitur.*
- *Sextus, ex laterali primi ſpondyli apophyſi exoritur, ſcapulæq́; finibus, qui ſunt ad acromium, inſeritur, unà cum acromio, totam ſcapulam ad laterales colli partes trahit.*
- *Septimus, ſcapulam magis, quàm prædictus, uerſus anteriora trahens à lambdoide ſutura enatus eſt, ſcapulæ propè ſummitatem humeri, inſeritur.*

### ANNOTATIO EX VESALIO, LIBRO II. CAPITE XXVI.

¶ *Scapula iiſdem cum brachio agitur motibus, ſi illum duntaxat exceperis, quo brachium circunuertitur. Cæterùm etſi Galenus ſcapulæ nullum tribuit muſculum, qui proprio motu ad pectus antrorſum ue ſcapulam ageret, & nos tamen hunc, illi priuatim aſcribimus.*

*Galenus parum rectè prodidit hunc muſculum, qui brachij, ad dorſum uerſus inferiora, motus autor eſt, ſcapulam quoque deorſum ducere.*

*Tertium ac quartum ſcapulæ muſculum non dari in homine, etſi in ſimijs inueniatur, probat Veſalius contra Galenum.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0036-1

## De muſculis brachij, ex Galeno, libro XIII. cap. ultimo, de Vſu partium.

**Muſculi brachium mouentes undecim, quorũ**

- Primus ad mãmam oritur, magnitudine mediocris: qui brachium ad pectus adducit, brachiumq́; trahit deorſum leuiter, depreſsionisq́; humilioris eſt author.
  - ¶ Veſ. lib. 2. cap. 23. Minimè quidem (ut Galenus autumat) muſculus is, altioris brachij motus, ad pectus eſt author, imò ſcapulæ gratia, ut ſcilicet eam ad pectus ducat, creatus eſt.
- Secundus uerò contrà, ex editis pectoralis oſsis partibus enatus, adductionis ſurſum eſt author.
- Tertius, geminus eſt, aut duo coaleſcentes (utrouis enim modo de iis dixeris, non errabis) ex toto pectoris oſſe oritur, cùm enim
  - Ambo tenduntur, adducunt pectori os brachij totum, idq́; æquabile atque in nullam partem propendens.
  - Alterum tantum tenditur, uidelicet ſi
    - Is qui ex inferioribus partibus oritur, humiliorem efficit adductionem. Verùm non adeò humilem, ut prædictorum primus.
    - Alter uerò editiorem, non tamen editam adeò, ut prædictorum ſecundus.
- Quartus, exiguus, qui à mammis attollitur, primo ſuccedens, humilem brachij adductionem efficit.
- Quintus, ad internam rectam'ue regionem uertens, cui duo inſunt capita, quorum
  - Vnum, uidelicet quod internis quidem partibus opomidos, ipſi dico claui eſt inſertus, ad internam regionem inclinat.
  - Alterũ, quod externis partibus ſcapulæ ſpinæ adhæreſcit, in demiſsioribus ipſius partibus, brachium extrorſum extẽdit, parum à media, ac recta omnino extenſione ad latus inclinãs.
  - Tenſis autem æquè fortiter ambobus brachium rectam planè ac mediam extenſionem aſſumit, nuſquam inclinans.
  - ¶ Veſalius ibid. Præter hunc muſculum (pace interim Galeni dixerim) nullus alius brachium pectori admouet. Nam quem inter brachij muſculos primum enumerat, in homine neutiquam reperies.
- Sextus & ſeptimus ſurſum utraque ſpinæ, que eſt ad ſcapulam, parte, ſimilem prædicto habent actionem. Nam ſi
  - Ambo ſimul tendantur, brachium ſublimem prorſus tollent.
  - Alter tantum agat, modicum ad latus inclinabit.
- Octauus, ex maxima coſtæ imæ ſcapulæ parte, brachium extrorſum abducit iis, qui ſunt ad pectus, oppoſitus, qui brachium ſurſum tollunt.
- Nonus, ex inferiori fine coſtæ imæ ſcapulæ proficiſcitur, & amplius quidem extra brachium circumagendo abducit.
- Decimus, qui eiuſdem coſtæ partem ſimam complectitur, minus quidem extra, ſed deorſum magis brachiũ circum agit.
- Vndecimus, qui deprimit, ipſumq́; retro agit: cui prædictus muſculus paruus ſuccedit, qui efficit, ne brachium dum deprimitur, ullam in partem inclinet.

### ANNOTATIONES.

¶ Muſculos tres Veſalius commemorat, brahium circum agentes.

¶ De brachij muſculis, ac eorum motu, multa contra Galenum à Veſalio prodita ſunt, quæ annotatiunculis (ut ſolemus) æquè referri nequeunt. Ideoq́; ſi quis accuratius ea tractare uolet, Veſalium ipſum perlegat.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0037-7

## De muſculis ulnæ & extremæ manus, ex Galeno, primo & ſecundo de Vſu partium.

- **Muſculorum**
  - **Vlnæ alij**
    - **Interiores, quorũ ſunt ſeptem**
      - Vnus minimus, & omnium muſculorum interni cubiti tenuiſsimus, in ſuperficie ſub cuti apparet, mediam cubiti & radij regionem internam occupans. Minor quidem alijs, quoniam nullam mouet dearticulationem, nec ullus digitorum motus ei commiſſus eſt. Sed paulò ante carpi articulationem enaſcitur ab eo tendo: dilatari autem incipit ad illam primum, indeq; ſub tota cuti manus ſummæ, internæ & digitorum extenſus, uelut quædam cutis ſecunda, alba & exanguis apparet, hunc uſum præſtans, ut eam internam cutim, in corporum contactu, minus uerſatilem, depilem, & tota cuti reliqua, ſenſibiliorem efficiat, ad certam tractilium qualitatum dignotionem.
      - Duo, qui digitos flectunt, quorum
        - Maior minori ſubiectus, inter cubitum & radium deliteſcens, ad carpum fertur, ibiq; in quinq; tendones ſcinditur. Quorum quatuor primo & tertio, quatuor digitorum articulo inſeruntur. Sed primo articulo non ſunt cõiuncti, nimirum per ligamentũ membranoſum. Quintus uerò per medium uolæ, tanquam ex circulo delatus, ſecundo & tertio pollicis articulo inſeritur. Præterea huius muſculi quatuor tendonibus in uola, alij ſinguli ſtricti, & longi adhærent, qui ad primi quatuor digitorum articuli flexionem auxiliantur.
        - Minor maiori, per medium cubitum inſidet, rectà ad carpum excurrens, ubi in quatuor tendones ſcinditur, tendones angulos æquales efficientes, ſecundo quatuor digitorum articulo, ut ipſum ſolum moueant, inſeruntur. Qui quidem tendones paulò antea quàm ad ſecundum articulum peruenerint, ibi rurſus ſinguli bifariàm finduntur, & utraque parte amplificata circa ſubiectos tendones, qui primum & tertium articulum flectunt, inuoluuntur, ipſiſq; inde tranſitum præbent ad tertiam digitorum articulationem.
      - Duo à lateribus duorum præcedentium adiacentes, carpum flectunt, quorum
        - Alter ad pollicem prælongæ cuidam apophyſi cartilaginoſæ, primi in carpo oſsis, tendone bifido implantantur: nec totus huic ſymphyſi ſoli committitur, ſed uſque ad metacarpium adducitur, & ibi applicatur, ad principium oſsium medio digito, & indici prælocatorum.
        - Alter ad paruum digitum, octauo oſsi carpi cartilaginoſo, tendone ſimplici inſeritur.
        - → Hi cartilaginoſis oſsibus carpi tendonibus obliquis inſeruntur, quod etiam cum externis carpum extendentibus, extremam manum cum carpo ad pronum ſupinumq; circumducitur.
      - Duo lati tendonibus carentes ad pronum agunt, quippe fieri non potuit ut ex locis tam continuis tendones crearentur. Orti enim in cubito ad radium membranoſa quadam parte, pertinent.
    - **Exterioris, quorũ ſunt 9.**
      - Vnus & is quidem maximus, in ſuperficie ſub ipſa cute locatus eſt, mediamq; maximè totius membri regionem externam obtinens. Qui in carpo ſciſſus, quatuor tendones, tribus quatuor digitorum articulis distribuit, ſolus hos extenſurus. Sed primo & ſecundo articulo per ligamentum membranoſum tantùm coniuncti ſunt.
      - Duo exiles, qui ſuperiori adiacent, quorum
        - Superior indicem à pollice ſuis tẽdonibus abducit.
        - Inferior paruo & annulari eiuſdem actionis gratia tendones amittit
        - → Horum digitorum tribus articulis, dextris ad dextra, ſiniſtris ad ſiniſtra, extrinſecus hi tendones immittuntur ad latus.
      - Duo ſuperiori primo incũbentes, pollicis gratia facti ſunt, ut eum rectè ſubuertant, quorum
        - Vnus radio ſuperſtratus interiora uerſus tribus pollicis internodijs ad latus inſeritur, ut maximum ab indice abducat.
        - Alter priori illi adeò cohæret, ut unum eſſe iudices. Hi enim ad carpum tendens, in duas diuaricatur partes, &
          - Altera extremæ pollicis regioni inſeritur, ut illum indici abducat.
          - Altera carpo inſinuatur eius extenſionem ad latera promouens.
      - Duo carpum extendentes, & interna parte flectentes, hiq; utrobiq; ſinguli, quorum
        - Alter ad indicem
        - Alter ad minimum
        - → His enim extendẽtibus cõmemoratiſq; flectẽtibus, manus extrema, ad pronum ſupinumq; ducitur.

        ¶ Veſ. lib. 2. cap. 43. muſculos digitos mouentes uiginti octo oſtendit, ac in aliquibus motibus deſcribens deerraſſe Gal. oſtendit.
      - Duo, qui regione hac, quæ oſſa ſecundum longitudinem occupata interiacet, quorum
        - Alter internis ſimilis in os radij immittitur.
        - Alter à cubiti tuberculo obliq; per exteriora, ad caput radij quod carpum ſpectat, inſeritur.
        - → Hi ad ſupinum operantur.
  - **Extremæ manus, 7.**
    - Pollicis duo, quorum
      - Vnus abducentis, ab alijs digitis pollicem, muſculi actionem excipit.
      - Alter actionem abducentis ad indicem immittitur.
    - Minimi, unus qui ex uola ei immittitur, duplicem ipſi præbens uſum, uidelicet
      - Vt abducentis paruum digitum tendonis, actionem accipiat.
      - Vt ſuo uentre uolam exactè concauam reddat.
    - Digitis cæteris, communes quatuor, qui palmæ oſſa interiacentes, tendones tribus digitorum articulis introrſum uerſus diſtribuunt. Hi etenim quatuor, cæteros alios digitos ad pollicem agunt.

Præter hos ſeptem, extremæ manus muſculos, alij parui ſunt, qui inter oſſa metacarpij, palmæ ſubiacent. Hos Anatomici priores omnino ignorauerunt. Sicuti & Galenus multo tempore, quos tandem inuenit, ut ipſe fatetur libro primo de annotationibus adminiſtrat: Ex his bini ad primum cuiuſq; digiti articulum intrinſecus perueniunt, ac obliquos iam quoq; attingũt. Quapropter & flexum, non rigidum omnino, neq; indeclinabilem efficiunt, ſed leuiter in latus inclinant, ut unuſquiſq; ipſorum tenſus primum flectat articulum, modicè inclinando. Ambo uerò in rectum ſingulos digitos agunt, nullam in partem declinantes.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0038-3
DFG

## De muſculis thoracis, ex Veſalio, lib. ſecundo, cap. XXXV.

Muſculi thoracis complures, quorũ

Duo utrinq;, ſcilicet unus ex interiori inferioriq; clauiculæ regione, ſecundum ipſius lõgitudinem, qua primam utrinq; reſpicit coſtam, exoriũtur. Hi enim fibras impenſe obliquas, ac propemodum tranſuerſas obtinent, quæ à clauiculis antrorſum procedentes, ſupernis thoracis coſtis, & nonnihil pectoris oſsi, implantantur. —— Horũ uſu { Primæ coſtæ, ſurſum uerſus exteriora retrahuntur. Thorax, eaq; ratione ibidem dilatatur.

Duo utrinq; ſcilicet unus carnoſo principio, ex tota ſcapularũ baſi enaſcũtur, deinde coſtis exporrecti, admodũ lateſcunt, tenuiores tantiſper redditi, donec primæ, ſecundæ, tertiæ, quartæ, quintæ, ſextæ, ſeptimæ, & octauæ, aliquando & nonæ thoracis coſtis ſeſe inſerunt —— Horum fibræ, ſi quando ad ſuum principium tendũtur, uniuerſas coſtas (præter inferiores) uerſus exteriora uellunt thoracem dilatantes.

¶ Etſi hi muſculi ſecundi in hominibus ſic ſe habeant, in canibus tamen & caudacis ſimijs aliter reperiuntur. Nam non ſolum omnibus his enumeratis coſtis inſeruntur, uerum & pleriſq; ceruicis uertebrarum proceſsibus.

Duo utrinq;, ſcilicet unus ex trium inferiorum ceruicis uertebrarum, ac primæ thoracis uertebræ ſpinis, membraneo latoq; exoriũtur principio, ac deinde primo caput mouentium muſculorum pari, & hac ſede repoſitis, dorſum thoracemq; mouentibus muſculis inſtrati, in priora decliues, exporriguntur, carnei euadentes, latiq; muſculi naturam oſtendentes, ſimulatq; primi illius paris externum latus ſuperauêre. Deinde ubi primam thoracis coſtam contingunt, in latera ſenſim obliquè ducti, in tres ueluti digitos tripartiuntur, ſingulos tribus quatuor primarum coſtarum interuallis exporrigentes, illiſq; ſeſe coſtis inſerantes. —— Horum munere thorax attollitur, ac etiam extenditur.

¶ Præter hos duos, in ordine tertios, alij duo in ſimijs reperiuntur atq; canibus, qui ſimul cum iſtis eoſdem præſtant uſus. Sed tamen in homine nuſquam reperti ſunt.

Duo utrinq;, ſcilicet unus ad dorſum mouentium muſculorum latera, coſtarum, radicibus, & tranſuerſorum uertebrarum proceſſuum apicibus exporriguntur. Originem ſuam ducentes ex poſteriori oſsis ſacri regione, & interiori ilium oſsis ſede. Hinc cum undecimo dorſum mouente muſculo, tranſuerſis uertebrarum lumborum proceſsibus innixi ſurſum deducuntur. Quum primum uerò uterq; ſimul duodecimam thoracis reſpiciunt uertebram, à dorſum mouente undecimo, notatu digno interuallo adeò abſcedunt, ut inibi in curioſè ſecantibus ex illo principium ſumere uiderentur. Hinc modicè ſurſum obliqui in latus conſcendunt, & decem ſuperioribus coſtis, tendines pullulant. Qui coſtarum tuberculis inſeruntur, ceſſant autem ad primam thoracis uertebram, interdum tamen adeò conſcendunt, ut & tranſuerſo ſeptimæ ceruicis uertebræ proceſſui tendinem quoque, non minus quàm coſtis offerant. —— Hi infimas thoracis coſtas, ac reliquas omnes deorſum trahũt, ac denique thoracem arctant.

¶ Duo præter iſtos, his quatuor ordine poſitos, adhuc ab aliquibus Anatomicis thoraci tribuuntur muſculi, quibus tantum canes abundant. Nam in homine uiſi nequaquam fuère.

Duo utrinq;, ſcilicet unus in poſterioris thoracis ſede, ſecundum inferiora collocatur, originem membraneam latamq; ducentes, ex undecimæ & duodecimæ, ac aliquãdo decimæ thoracis uertebrarũ ſpinis. Principiũ hoc muſculis dorſum agentibus, ſuperſternitur, tranſuerſim rectà in priora porrectũ. Vbi autem ſeptimus muſculus hos tranſcendit, coſtarumq; oſsibus committitur, ſtatim carneis adaugetur fibris, & tandem uelut in aliquot diuiſus digitos nonæ, decimæ, undecimæ & duodecimæ coſtarum interuallis, ipſiſq; ſeſe coſtis inſerunt. Horum munere coſtæ, quibus inſeruntur, thoraxq; diſtenditur.

Duo utrinq;, ſcilicet unus in thoracis cauitate ſitum ſibi peculiariter uendicat, extenduntur autem per uniuerſum pectoris oſsis latus, ſub tota uerarum coſtarum cartilaginum regione, propemodũ coſtarum os, exteriori ipſius latere contingentes. Sunt autem hi muſculi triangulares, ex duobus longiſsimis lateribus, & uno breui constructi, & tenues omniq; ex parte carnoſi. Adnaſcuntur autem omnibus uerarum coſtarum cartilaginibus, illas ad pectoris os, in ſinus nimirum, quibus illæ inarticulantur, attrahentes, & eo motu thoracem arctantes, & coſtarum cartilagines inuicem colligantes.

Duo & uiginti, ac deinde duodecim utrinque, ſcilicet qui inter coſtales dicuntur. Nam in ſingulis uerarum coſtarũ interuallis, quæ utrinque 6. ſunt, quaterni, in reliquis quinque bini reperiũtur. Quorum aliqui dicuntur ——

Exteriores, quoniam exterius poſitionem habent, originem ducentes, ſimulatq; coſta à trãſuerſo uertebrarũ proceſſu in anteriora obliquè prorepit, principium habent, ac fibris conſtant ex ſuperiori coſta, in inferiorem obliquè in priora deorſum prorepantibus. Hi inferiorem coſtam ſuperiori adducunt.

Interiores, quoniam interius poſiti ſunt. Hi enim qua uertebrarum corporibus proximi ſunt, ex inferioris coſtæ ſuperioris ſede, in elatioris coſtæ inferiorem ſedem, fibras obliquè ſurſum in priora protenſas mittunt. Harum uerò fibrarum ſitus exterius contrarius exiſtit. Nam exteriores ad × literæ ſimilitudinem interſecant fibræ. Hi ſuperiorem coſtam inferiori adducunt. ——

Hi omnes muſculi ſimul thoracem arctãt & anguſtiorẽ efficiunt. Produxit enim natura inter coſtales muſculos cum fortiori motu impetuq; ad efflationem, uocem, tuſſim, ſternutationem, fæcium excretionem, ad partum facilius excludendum, breuiter ad thoracis compreſsionem, quàm ad inſpirationem indigeamus. Verùm Galenus intercoſtalium beneficio muſculorum thoracem ſtringi & laxari conſtet. Nam exteriores expirationem, interiores uerò inſpirationem moliri prodidit. Interdum uerò non ſibi conſtans, exteriores inſpirationi, interiores autem expirationi præeſſe uoluit.

Vnus utriq; lateri communis, quem græci φρένας ϗ διάφραγμα, ϗ [illegible], latini uerò ſeptum tranſuerſum & præcordia aliquando uocant. Hic enim neq; ſitu, neq; forma ulli totius corporis muſculo reſpondet. Siquidem amplus eſt, & orbicularis, & in ipſius medio principium gerit. Huius munus eſt, ut adhuc in uiuentibus animalibus patet, proprio motu oſsis pectoris, inferiorem terminum, & ſpuriarum coſtarum extrema, ad ſuum caput, tanquam ad centrum, intrò trahere, ac non nihil quoq; ſurſum uellere. Septi enim tranſuerſi caput in medio mouendarum partium reponitur, & elatiori ſui capitis ſedi, quæ thoracis amplitudinem reſpicit, nerui à ceruice decurrentes, inſeruntur. Quum itaq; ſeptum in ſe conuellitur, & ſpuriarum coſtarum extrema quodammodo ad centrum colligit, ſolam inferiorem, eandemq; anteriorem thoracis partem, quam ſpuriarum coſtarum cartilagines conſtituunt, arctat. Poſteriorem uerò, quæ ab harum cartilagine ad uertebras uſq; habetur, dilatat, ac inuicem quinque inferiores coſtas dirimit, unà cum ſexta ac ſeptima thoracis coſtis, quarum etiam cartilaginibus ſeptum applantantur.

## De muſculis dorſalibus, ex Veſalio, lib. ſecundo, cap. XXXVIII.

*Muſculi dorſales, quindecim quorum*

Primus qui parem in altero latere, ſecundũ habet, à quintæ thoracis uertebræ corporis latere principiũ ſumit,
& ſurſum obliquè conſcendens, uerſus medium magis quartæ thoracis uertebræ corporis obliquo fibrarum ductu
proficiſcitur. Fibræ namq; eius ab exterioribus, ſurſum obliquè in anteriora prorepunt adeò, ut iam ad tertiæ tho-
racis uertebræ corpus utriuſq; lateris muſculi ampliores facti, inuicem quodammodo uiciniores fiant, quouſq; ſen
ſim mutuò appropinquantes, ad anticam primæ ceruicis uertebræ ſedem uſq; conſcenderint: cuius ibidem extu-
beranti proceſſui, neruoſa inſertione ſimul ambo coeuntes, tanquam trianguli uertice inſeruntur, non admodũ ma-
nifeſtè occipitis oſſi, ad anteriorem dorſalis medulæ foraminis ſedem implantati. Horum enim munere, ceruix ipſa
proprio motu, & obſcurè caput ipſum flectitur, diuerſis motibus. Nam cum eiuſmodi muſculi ——

Ambo ſimul agunt, recta efficitur ceruicis flexio.
Soli, uidelicet alter ipſorum tantùm in ſe colligitur, in cõtracti latus ceruix inclinatur.

¶ Annotatio ex Veſ. Ego hos muſculos, duorum duntaxat loco, ut ſcilicet unus utrinq; habeatur numero, ſemper habui, quam-
uis ex Galeni ſententia ſingulos, duorum uice, aut trium etiam nonnulli enumeraſſe uideantur. Cæterùm hi muſculi non ſolùm
ceruicem credantur flectere, ſed etiam thoracis uertebras ſuperiores. Quod uerò Galenus parum rectè in 13. de Vſu partium,
hos muſculos caput releuare & ſurſum ducere docuerit, neminem latere ſat ſcio.

Tertius & quartus, quorum alter in dextro eſt latere, alter uerò in ſiniſtro. Dexter ex ſupe-
riori, exterioriq; primæ thoracis coſtæ ſede, carnoſus enaſcitur, ſenſimq; arctatur, & in omniũ
ceruicis uertebrarum tranſuerſis proceſſibus, interius implantatur, fibras ſurſum obliquè pro-
ducens. Fibræ enim à coſtæ regione uertebris proxima principium ducentes, in tranſuerſum ſe-
ptimæ ceruicis uertebræ proceſſum inſeruntur. Deinde huic ſedi proximè in ortu ſubſequentes,
tranſuerſo ſextæ uertebræ proceſſui adnaſcuntur, atque ita continua ſemper ſeriè inſertionem
moliuntur, ut illæ tandem, quæ coſtæ cartilagini proximæ ſunt, primis ceruicis uertebris implan
tentur, totusq; muſculus triangularem figuram referat: cuius latus ——

Primum, primæ thoracis coſtæ exporrigitur.
Secundum, ad ceruicis lõgitudinem, ipſiusq; in trãſuerſo proceſſus inſertionẽ fertur.
Tertiũ, à coſtæ cartilagine ad trãſuerſum primæ ceruicis uertebræ ꝓceſſũ deducitur.

Horũ munus in proximè ſubſequentibus dicetur.

Quintus, qui ſextum in ſiniſtro latere ſibi parem ſortitur, principium in dorſo aſſumit,
ex tranſuerſo ſextæ thoracis uertebræ proceſſus radice, ad primum eius uertebræ poſte-
rioris proceſſus, ſeu ſpinæ exortum. Hinc enim aſcendens, ex reliquarum quinque ſupe-
riorum thoracis uertebrarum tranſuerſis proceſſibus enaſcitur, ſenſim craſſior ualidiorq;
redditus, quouſque in externam ſedem tranſuerſi, proceſſus ſeptimæ ceruicis uertebræ
inſertionem tentet. Huic enim primum inſeritur, ac deinde reliquarum omnium ceruicis
uertebrarum tranſuerſis proceſſibus, ad exteriorem eorundem ſedem quanquam inuali-
dam, in tranſuerſum primæ uertebræ proceſſum perficiat. Hic enim ſi ——

Cum tertio pariter agat, recto quidem ductu, ceruix duntaxat in dextrum latus inclinatur.
Quieſcat, & tertius tantùm agat, in latus quidem, ſed magis antrorſum ceruix cõuertitur.
Ipſe ſolus agat, in poſteriora magis ceruix adducitur.

Septimus, cui in ſiniſtro latere octauus reſpondet, à ſeptimæ thoracis utrtebræ ſpinæ ra-
dice, deinde & à reliquarum ſuccedentium uertebrarum ſpinarum quoque radicibus ex-
oritur. Hic enim ad ceruicem exporrectus, infimam eius uertebram contingit, amplior ab
illa euadit, enatas perpetuò fibras ſpinæ ſuperioris uertebræ tantiſper inſerens, donec ua-
lidiſſimè in totam inferiorem ſpinæ ſecundæ ceruicis uertebræ ſedem implantetur, dexterq;
muſculus ſiniſtro coniũgatur. Horum ſi ——

Vterque ſimul contrahatur, rectam ceruicis extenſionem conficiunt.
Dexter tantùm egerit, dextrorſum ceruix inclinabitur.
Siniſter tantum operabitur, ſiniſtrorſum ceruix omnino conuertetur.

Nonus, cui ſiniſtro latere decimus apponitur, enaſcitur ex poſteriori ſuperiorìq; oſsis iliũ cauitatis ſede,
quæ à regione ſuperioris ſedis primi ſacri oſsis trãſuerſi proceſſus habetur, deinde etiã ex tota illa oſsis ſacri
quoq; parte exoritur, et ſurſum ad duodecimã ultimamq; thoracis coſtã protẽditur & inſeritur. Ab interno
autem latere, tranſuerſis omnium quinq; lumborum uertebrarũ proceſſibus, ſecundũ ipſarum longitudinẽ,
ab interna ſede inſeritur, lateribus etiam uertebrarũ, unde nerui primũ emergunt, applantatus. Huic enim
& decimo inferioris dorſi partis, lumborum ſcilicet uertebrarum, flectendi munus concrediũ eſt. Nam cum

Ambo ſimul agũt, rectam
Quiſque per ſe, obliquam
Flexionem parant.

¶ Quàm uerò dilucidè uerèq; Galenus hos muſculos, ſeu lumborum carnes deſcripſerit, & num etiam ſimiæ, aut cani (qui
hic muſculus admodum ab homine uariat) ipſius enarratio conueniat, penes te eſto iudicium. Ipſa enim ſimiæ non admo-
dum quadrat, & longè minus homini.

Vndecimus, cui in ſiniſtro latere duodecimus comparet ab infima oſsis ſacri ſede,
ad primam uſq; thoracis uertebrã exporrigitur, trãſuerſis omnib. thoracis uertebrarũ
proceſsibus innixus, quibus ſingulis ex interna ſede tendinem inſtar anſulæ cuiuſdã ex-
porrigit. Horũ etenim ope thoracẽ lumbosq; rectà, ac etiã in latera extẽdi euenit. Nã ſi

Ambo æquè contrahantur, tota pars cui inſeruntur, in neutrum latus uergens extenditur.
Alter tantùm protendatur, in ipſius latus ſpina inuoluitur.

¶ Ex ſex ſequentibus muſculis, hi ſoli, qui undecimo & duodecimo loco numerantur, Galeno cogniti tantùm fuère, quãquam
etiam minus rectè deſcriptionem eorum nobis tradiderit.

Decimus tertius, cui in ſiniſtro latere decimus quartus reſpondet, atque ſub undecimo occulitur ab illa
oſsis ſacri ſede principium obtinet, quæ ab ipſius ſpina ad connexum eius, cum ilium oſſe pertinet. Hinc
ad tranſuerſum, quintæ lumborum uertebræ proceſſum ducitur, & illic à tranſuerſis reliquarum uerte-
brarum proceſsibus initium ducens, ad undecimæ uſque thoracis uertebræ ſpinam conſcendit. Exortus
enim quem decimus tertius muſculus ab oſſe ſacro ducit, ſui cõiugis exortui contiguus eſt, quemadmodũ
etiam per reliquum in altiora progreſſum præſentes muſculi inuicem committuntur, & ex inferiorum
uertebrarum tranſuerſis proceſsibus, & ſpinarum radicibus enatæ in totam ſuperiorum uertebrarum in
poſteriori ſede amplitudinem perpetuò ſeſe inſerunt: quorum his ——

Ambobus contractis muſculis, tota illa ſpinæ pars, cui committuntur, appoſitiſſimè extenditur.
Altero in ſe tantùm collecto, in obliquum hæc dorſi pars contrahitur.

Quintus decimus & ſextus decimus, utrinq; ſcilicet unus, ab undecima thoracis uertebra, ad primam
uſq; ipſius protenduntur, totam ſpinarum amplitudinem, quæ ab ipſorum radice, ad apicem uſq; conſiſtit,
amplexantes. His quoque muſculis interualla ſpinarum opplentur, & inuicem inibi contigui ſunt, cùm in-
ter illos, ut & in lumborum uertebrarum ſpinis nihil mediet, ſed ut præſentes muſculi inter reliquos dorſi
motuum authores rectis fibris, magna ex parte donantur, ita quoque ipſi admodum modicè obliquis mo-
tibus præſunt. Nam horum functio potiſsima eſt, ——

Spinas, quibus inſeruntur, mutuò colligere.
Eam dorſi partem, cui adnaſcuntur, cum reliquis muſculis extendere.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0040-2

## De muſculis abdominis, ſiue epigaſtrij, ex Galeno, libro quinto, de Vſu partium, cap. XIIII, & XV.

¶ *Veſalius, libro ſecundo, capite decimotertio. Galenus aliquando hos muſculos aliter recenſet in libro de Locis affectis, rurſus aliter in libro de Vſu partium, & aliter prorſus in libro de Admininiſtrandis ſectionibus.*

*Muſculi epigaſtrij*
- *Recti duo, ſecundum animalis longitudinem extenſi ſupernè ab utraque parte cartilaginis enſiformis exorti, ad pubis oſſa ſeſe mutuò contingentes differuntur, rectas quidem fibras ſupernè deorſum ferentes utidem habentes.*
- *Tranſuerſi uerò alij duo, ſub rectis poſiti ſunt, occupantes, alter quidem totum dextrum peritonæum, alter autem ſiniſtrum, æquabiles & ipſi omnibus rebus ac ſimiles. Hi enim ſuperioribus rectis, neruoſam, obliquis uerò inferioribus carnoſam partem adhibent.*
- *Obliqui quatuor ſuperioribus ſubiecti, quorum*
  - *Duo fibras ab hypochondrijs ad ilium oſſa extenſas habent.*
  - *Duo ſuperiores, hos in ſpeciem χ literæ græcæ ſecantes, ab ilibus ab hypochondriorũ partes extenduntur.*

*Hos enim epigaſtrij muſculos ſimul quidem ut propugnaculum aliquod eſſet & munimentum partium ſubiectarum, ſimul autem excretionis inſtrumenta cùm cõſtruxiſſet abutitur, & ijs natura ipſa ad magnæ efflationis ac uocis generationem, tum autem & ad partum edendum, & quam Praxagoras uocare cõſueuit πνεύματος κατάληψιν, ideſt ſpiritus cohibitionem.*

### VESALIVS LIBRO SECVNDO, CAP. XXXI.

¶ *Octo abdominis muſculi, præter communem omnium muſculorum uſum, quo corpori calefaciendo, refrigerandoq́; auxiliantur, & propugnacula quædam cenſentur, primario uſu thoracis motibus præſunt. Deinde homini ad durorum excrementorũ expulſionem aptiſſimè ſubſeruiunt, quando enim omnes ſimul tenſi laborarunt, ſepto tranſuerſo interim ex ſpiritus retentione depreſſo, ita inteſtina ſimul comprimunt, ut ex anguſto loco in ampliorem (qui inferior eſt) fæces protrudant, expellantq́;, & rurſus ad uentriculum ſuperiora'ue illas differri præcaueant. Ceterũ noſtri ſeculi medicos, qui hos tantùm muſculos recenſere ita uidentur, ac ſi alij in corpore nulli eſſent, omnino dilatare exiſtimandum eſt, qui rectis muſculis cibum in uentrem attrahi, tranſuerſis autem expelli, & obliquis retineri contendunt, præſentibus muſculis attribuentes, quod uerè uentriculi inteſtinorumq́; fibris aſcribendum fuerat. Sed hæc abſurdiora ſunt, quàm quæ in medium abduci debeant, quum aliæ fibræ uoluntario motui, aliæ uerò naturali, qui à noſtro non pendet impetu, famulentur.*

¶ *Poſt muſculos abdominis apparet, peritonæum, omentum, inteſtina, uentriculus, hepar, & reliqua uiſcera interiora, de quibus omnibus conſule Galenum 4. 5. 6. & 16. de Vſu partium, & 5, & 6. de Anatom. adminiſt.*

## De muſculis ſedis, ſiue ani, ex Galeno, libro quinto, de Vſu partium, cap. XIIII.

*Muſculi ſedis tres, quorum*

- *Vnus ſolutus, ac ſine pari, tranſuerſus ipſi ſedi circumfuſus, ut rectum inteſtinum adamuſsim ac fortiter claudat, ne continua intempeſtiuaq; fiat excretio. Hoc enim muſculo relaxato, alui excretio fit, muſculis epigaſtrij ualidè omni ex parte æqualiter prementibus. Alter (ſi muſculus tamen dici queat) etiam in ano habetur. Nam corpus eſt ſuperiori extrinſecus ad ultimam oram tranſuerſe incumbens, ſedisq; extremum gignens: cuius ſubſtantia eſt inter cutem & muſculum, uelut ex utriuſque miſtura conflata: cuiuſmodi eſt labiorum pars ultima. Huius quoq; uſus idem ferè ac muſculi eſt, præterquàm quod uiribus actionis ac robore à muſculo relinquitur.*
- *Duo obliqui, non magni, ſed membranoſi, latiq; utraque ſedis parte ſuper rotundum muſculum ſiti, ex ligamento, tum quod ex ſacro oſſe, tum quod ex pube utrinq; oritur, producuntur. Quorum uſus eſt, ut cùm in magnis contentionibus ſedem euerti contigerit, ſurſum ipſam denuò retrahere. Quo fit, ut cùm hi muſculi aut reſoluti, aut alioqui imbecilli fuerint, uix tandem ſedem ipſam ſurſum retrahi contingat, quin etiam omnino exporrecta maneat, & manuum ſubſidio ſit opus.*

### VESALIVS LIBRO SECVNDO, CAPITE LI.

¶ *Præſens primus ſedis muſculus non adeò, atque medentium uulgus arbitratur, breuis eſt, ſed longus, & ſecundum magnum recti inteſtini longitudinis interuallū exporrectus uiſitur. Quod non perfunctoriè ab illis uenit perpendendum, qui ſedis fiſtulas, & excreſcentias præſcindere uerentur, huius muſculi muneris abolendi metu.*

### IDEM IBIDEM.

¶ *His qui anum ſurſum ducunt muſculis, nullus è regione opponitur, quemadmodum in omnibus ferè alijs partibus muſculi opponi conſueuerunt. Neque oſcitanter hic natura priuatim ab aliorum muſculorum conſtructione aberrauit: nam ſciebat interdum à muſculis octo abdominis unà cum ſepto tranſuerſo, ſedem adeò propellendam, ut ne à relatis quidem muſculis promptè queat reuelli.*

## De muſculis ueſicæ, ex Galeno, libro quinto, de Vſu partium, cap. XVI.

*Veſicæ tantum ineſt muſculus unus, qui tranſuerſis compoſitus fibris circulariter ueſicæ ceruicem ambit, cui triplex eſt uſus, uidelicet ut*

- *Nihil in meatu urinario relinquatur, ſed contractus undique depellat quicquid in ipſo continetur.*
- *Ori ueſicæ claudendo opituletur, licet ſine ipſo etiam claudi poſsit.*
- *Excernendum celeritatem adiuuet.*

### GALENVS IBIDEM.

*Ne quid denuò à ueſica ſurſum ad renes remeare poſsit, facit ipſorum ureterum obliqua in ueſicam inſertio: ne uerò continua fiat excretio, præſtat fibrarum ipſius ueſicæ uarietas.*

- *Nam cùm omnes intendit fibras, undiq; ijs, quæ continet, adſtringitur, donec ſupramodum referta pondere grauentur, opitulante ac ſuppetias ferente prædicto ſuperiori muſculo.*
- *Cùm uerò excretioni accingitur, cæteras quidem fibras laxat, & ſolas intendit tranſuerſas.*

¶ *Veſalius, libro ſecundo, cap. 50. Quod uerò ad excretionis promptitudinem uelocitatemq; quicquam (ut Galenus aſſerit) auxilietur hic muſculus, quodq; is præcipuus ipſius ſit uſus, neque ſatis aſſequi poſſum. Quo magis remittitur uimina comprimendi laxat, eò liberiorem reddit meatum, qui apertus & amplus maiorem urinæ à circularibus ueſicæ fibras præſſè copiam tranſmittit, quàm ſi laxatus muſculus nonnihil ſuas fibras ad expulſionem dum urina profluit quoque intenderet.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0042-4
DFG

## De muſculis teſtium, ex Veſalio, libro ſecundo, capite XXXIII.

*Muſculi teſtium*

- *In uiris*: *Singuli utrinque in unoquoque exiſtunt teſticulo, graciles admodum, ex ea uaſorum ſeminalium & teſtis tunica efformati, quæ à peritonæo principium ducens, uaſa ſimul cum teſte cõtinet. Horum etenim muſculorũ beneficio, uiri arbitrario motu teſtis modicè ſurſum alliciunt, ne plus æquo laxati, ac ad interiora pendentes nimio oneri ſeminarijs uaſis ſint, quem uſum in coitu potiſſimè præſtant. Conſtat autem muſculos hos, ex eorum claſſe cenſendos eſſe, qui nullum ſortiuntur muſculum, contrarij motus authorem. Quid uerò Arabibus in mentem uenerit, ignoro, qui binos in uiris cuiuſque teſtis muſculos, in mulieribus autem unicum haberi ſcriptum reliquerunt.*
- *In mulieribus*: *Singuli utrinque in unoquoque teſte cernuntur, illis ſpecie ſimiles, quibus uiri teſtes donantur. Et quamuis plerunque graciles ſint, neque admodum carnei, craſſi'ue, ego tamen eos aliquando in nonnullis mulieribus uteri cornua eſſe arbitratus ſum, Galeni uteri deſcriptionem eleganter deluſus, qui non muliebrem ſed uaccinum & caprinum deſcribit uterum, cornua arietum cornibus longè ſimilia obtinentem, ſecus multò, quàm muliebris uterus. Porrò his uteri muſculis, obſcura uteri ad ſuperiora attractio proficitur, quam mulieres tunc facilè percipiunt, quum ilia trahere colligereq; conantur.*

## De muſculis pudendi, ex Galeno, libro de Vſu partium, cap. III.

*Pudendi muſculi quatuor ſunt. Duo uidelicet utraque parte ſeminarij meatus & nerui concaui, qui meatui ipſi incumbit, ſecundum membri longitudinem habentur, quo meatus ceu à manibus quibuſdam, in utranque partem diſtractus dilataretur, toto pudendo ſtabili manente. Horum uſus eſt*

- *Pudendi meatum ampliare ac diducere, ut ſemen quàm longiſſimè iaculetur.*
- *Penis radicem uoluntario uirorum motu trahere. quo fit ut erectionem etiam adiuuent. Verùm illam minimè cauſare uidentur, cùm à ſpiritu, neruum concauum implente, procul dubio eueniat.*

## De muſculis iſchij, ſiue coxendicis, ex Galeno, libro XV. de Vſu partium, cap. ultimo.

- *Muſculi iſchij decem, quorum alij ſunt*
  - *Maiores quinque, quorum*
    - *Primus, ex oßium ilij parte ſuperiori enatus, totum articulum ex poſterioribus partibus tegit, proportione reſpondens muſculo, qui eſt in epomide. Hic enim inclinabilem extenſionem fortem efficit, femur duobus finibus ſurſum trahens: quorum ſi alterum duntaxat extenderis, non amplius inclinabilem, ſed declinantem ad latera tenſionem ſurſum efficies.*
    - *Secundus ſub hoc enatus, illo minor exiſtit, & in altißimam partem magni throcantheris inſeritur, paulum etiam à parte anteriore complectens. Huius munus eſt femoris caput attollere, ac ſimul intrò trahere.*
    - *Tertius, his duobus ſubſtratus ab externis & inferioribus oßis ilium partibus emergit: inſeritur autem primis internis magni trochãteris partibus, deinde autem & partibus anterioribus circum hæret.*
    - *Quartus, ab oſſe lato emergit, inſeritur autem poſterioribus omnibus partibus uſque ad ſummitatem magno trochanteri.*
      - (Tertius et Quartus:) *Horum uterque ſurſum quidem tendit paululum, ſed*
        - *Alter quidem femur extra circum agit.*
        - *Alter intrò paulò magis tendit, quàm ſurſum tendat.*
          - *Multo uerò minus quàm muſculi, qui hanc ipſam actionem habẽt, quos ultimos exponã.*
    - *Quintus, omnium maximus, qui in corpore ſunt muſculorum, internis ac poſterioribus partibus, toti oßi femoris uſque ad genu circum hæret: cuius fibræ*
      - *Poſteriores quæ ex iſchio manant crus firmum ſtabiliunt, dearticulationem extendentes. Præſtant autem id maximè & fibræ quæ partes inferiores ab oſſe pubis exoriuntur cum minimo quodam intrò motu.*
      - *Altiores, femur intrò adducunt.*
      - *Altißimæ quidem adducunt ſimul, ac etiam pariter ſurſum trahunt.*
  - *Minores, maioribus oppoſiti quinque, quorum*
    - *Primus rectus eſt, unicoq; tendone ex duplici exortu conflato, in ſummitatem parui trochanteris inſeritur.*
    - *Secundus, cum eo in ipſum quoque trochanterem inferius deſcendens, inſeritur.*
    - *Tertius, ex partibus anterioribus oßis pubis enatus, uelut pars quædam maximi, obliquus attenditur, ſimilem cum eo actionem habens.*
      - (Primus, Secundus, Tertius:) *Horum*
        - *Ille qui ſupernè quidem defertur, paululum inclinat intrò.*
        - *Illi, qui à partibus oſſis pubis anterioribus manant, multũ quidem intrò inclinant, parum uerò ſurſum trahunt.*
          - *Iſtis ſuffragatur per accidens, qui dearticulationem in genum extendit per eponeuroſin, quæ patellam genu ſupergreditur.*
    - *Quartus,*
    - *Quintus,*
      - (Quartus et Quintus:) *Quorum*
        - *Alter in internis*
        - *Alter in externis*
          - *Partibus oßis pubis emergunt: qui ambo circa iſchium nuncupatum obuoluti coaleſcunt, inſerentes ſeſe uni concauitati per tendones robuſtos, in poſterioribus femoris partibus locati, ad ipſum potißimũ primum magni trochanteros exortum,*
            - *Hi omnium prædictorum muſculorum ſoli, uterque uerſus ſe ipſum trahens, femur inuertit ac circũ agit.*

## De muſculis femoris, ex Galeno, libro tertio, de Vſu partium, cap. XVI.

- **Muſculi femoris ſunt decem, quorũ**
  - Tres, qui in anteriori parte ſunt femoris, maximi eius loci muſculorum, rectâ ad genu feruntur, quorum
    - Vnus implantatur quidem molæ, ſeu genu patellæ, carnoſis apprehenſionibus.
    - Duo autem reliqui unum maximũ generant tendonem, qui inſeritur toti molæ, conſtringens ipſam prorſus, & cõiungens ſubiectus. Poſt ea uerò præteruectus articulum, inſeritur anterioribus ipſius tibiæ partibus. Huius etenim officium eſt & uſus ipſam, ſi tenſus fuerit
      - Tibiam ſurſum attollere.
      - Omnem dearticulationem totam extendere.
  - Duo utraque prædictorũ trium parte unus, hic quidem externus, ille autem internus ad laterales tibiæ partes inſeruntur, obliquæ motioni uterque præfectus, quorum qui
    - Internus eſt, crus intrò adducit, enatus ex oſſium pubis commiſſura.
    - Externus, enatus ab extimis partibus iſchij, crus foras adducit.
  - Tres, poſteriori parte, in medio, inter ſuperiores prædictos ſpacio ordine poſiti, paruis motibus ipſum genu mouentes, non æquè robuſti ſunt, ut anteriores, neque omnes in unum coeunt tendonem, quorum qui
    - Interno continuus exiſtit.
      - Genu flectit.
      - Tibiam ad interiora adducit.
    - Tangit externum, tibiam foras ſimul flectendo adducit, uelut exoluens eam.
    - Reliquus & medius omnium eſt, in femoris caput internum inſertus
      - Totum femur flectit.
      - Cum femore etiam totam tibiam attrahit.
        - Incumbens partibus, quæ ſunt ad dearticulationem uſq; eò alterum maximorum tibiæ muſculorum, cum quo & totã tibiam ipſam contrahit.
  - Vnus, qui reliquus horum muſculorum exiſtit, dearticulationem ipſius genu mouentium, ſtrictus & longus, ex oſſe ilium ortus tibiam ſurſum tollit, in illa maximè figura, crus totum ſtatuens, in qua mollientes ac ſubigentes, pedem ſurſum ferimus ad inguem alterius cruris.
  - Præter hos omnes, poplitis paruus eſt muſculus, qui genu flectit.

### ANNOTATIO.

¶ Galenus libro ſecundo, de Adminiſtrandis ſectionibus, muſculum quendam in poplite latitantem ſe adinueniſſe fatetur, cui præcipuam tibiæ ac poplitis flexionis tribuit facultatem. Verùm Veſalius libro ſecundo, cap. 55. eiuſmodi Galeni ſententiam reprobans, flexionem poplitis nullam, muſculum illum agere poſſe contendit.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0045-1

DFG

## De muſculis tibiæ, ex Veſalio, libro ſecundo, cap. LIX.

Muſculi tibiæ nouem, quorũ

*Primus, à radice interni femoris capitis unico enaſcitur principio, cuius ſuperior pars carnea lataq́; eſt, & deorſum protenſa, paulò ſub genu articulo, cum reliqua initij parte confunditur, quæ exactè neruea liuidaq́; in exortu erat, & deorſum recta per genu articuli poſteriora deſcendens, ualde carneum craſſumq́; efformat muſculum, qui priuſquàm ad medium tibiæ longitudinis pertingat, carnoſus eſſe deſinit, & ex ſuæ inferioris partis amplitudine tendinem latum educit, in cuius medium aliquandiu adhuc carnoſa muſculi pars porrigitur. Atq; hic muſculus in interno latere poſterioris tibiæ ſedis diuiditur.*

*Secundus, in externo latere conſiſtit, qui ſimiliter ac primus ab externo femoris capite enatus, deorſum fertur, omni ex parte primo muſculo ſimilis. Cùm uerò utrique hinc deorſum tendunt, non procul ab exortu ſeſe inuicem contingunt fibroſis nexibus hærentes, ut iam tendo, quem ſinguli producunt, unus omnino ſit, qui quidem tendo etſi in caudatis ſimijs aliter eſſe uideatur, quibus in poſteriorem calcis ſedem ualidiſsimè inſeritur. In hominibus uerò non multo ſub carnoſa muſculorum ſede, ſubiecto cuidam muſculo adnaſcitur, quem quartum inter hos recenſebimus, atque hic cõnexus adeò eſt pertinax, ut nulla ratione tendinem hunc ad calcem uſque à ſubiecto muſculo dirimire queas.* ——

Hi — Tendinem unà cum quarto, conſtituunt ualidiſsimum: cuius gratia robuſtiſsimi pedis motus authores ſunt. Nam & facile ſurſum in poſteriora trahũt pedemq́; terræ firmant ſeu in poſteriora deorſum reflectunt.

*Tertius, ab externo femoris capite teres enaſcitur, carneus gracilisq́;, qui ex inde dilateſcens, exacti muſculi uentrem utcunq; craſsiuſculum refert. Verùm mox ſub poplite uenter iſte gracileſcens, ſummè gracilem tenuemq́; educit tendinem, qui ſenſim obliquè deorſum prorepit, quo uſque ad internum duorum primorum muſculorum tendinis latus elabatur. Hinc enim deorſum, ad internum uſque calcis latus fertur, iuxta poſteriorem calcis ſedem ipſi implantatus. Huius etenim munus eſt,* ——

Duobus ſuperioribus his in internum latus, obliquo motu ſuppetias ferre.

*Quartus, horum omnium maximus, poſteriorem tibiæ regionem ſua amplitudine occupat. Enaſcitur enim ex poſteriori ſede coarticulationis fibulæ ad tibiam, nerueo & ualido initio, quod deorſum modicè ductum adeò dilateſcit, ut latitudinem tibiæ oſsis & fibulæ uincat. Hinc ex amplo ſenſim arctatur, & paulò ſupra calcis regionem in ualidiſsimum & craſſum degenerat tendinem, non ſolùm ab ipſo formatum, ſed etiam à primi & ſecundi muſculi tendinis concurſu.*

*Quintus, in poſteriori etiam tibiæ ſede locatus, ſub duobus muſculis digitorum pedis flexui famulantibus, occultatur. Ipſe enim à tibiæ oſſe & fibulæ, qua hæc oſſa inuicem dehiſcere incipiũt, exoritur, carneus latusq́; euadens. Ex ſe enim tandem tẽdinem profert, qui deorſum perreptans, ſub omnibus muſculis inferiorem pedis ſedem occupantibus, tantiſper prorepit, dum in inferiorem tarſi oſsis ſedem ualidè inſeratur: Hi* ——

Eundem præſtant pedis motui uſum, quem primus & ſecundus præſtare ſuperius diximus.

*Sextus, in anteriori tibiæ ſede locatus, enaſcitur ab anteriori ſede coarticulationis fibulæ cum tibiæ oſſe. Priuſquàm uerò medium longitudinis tibiæ ſuperat, ſenſim arctatur, & multò ſupra pedem, in teretem finit tendinem, qui deorſum per tibiæ oſsis anteriora prorepens, primo in tranſuerſum ligamentum à tibiæ oſſe, in fibulam pronatum ſubit, ac deinde tantiſper uehitur, quouſque ad internum latus pedij oſsis pertingat, quod pollici præponitur.*

*Septimus, à fibula principium ducit, eiusq́; externo ferè lateri attenditur adeò, ut neq; inter tibiæ muſculos anteriores, neq; poſteriores recenſeri deberet. Eius etenim principium, fibulæ connatum ab ipſa abſcendit, ſibi ſubſtratum obtinens, octaui muſculi pedem mouentium caput. Cum igitur à fibula abſcedit, externa ipſius parte liuidus, interna uerò rubicũdus uiſitur. Vbi uerò digno natu interuallo medium longitudinis fibulæ ſuperauit, teretem procreat tendinem, qui poſteriorẽ inferioris fibulæ appendicis ſedem adit, ac inde deorſum in priora uerſus pedis plantam ducitur, adeò ſanè inflexus, ut in radicem pedij oſsis inſeratur, quod pollici præiacet: quanquã aliquando in radicem pedij oſsis medium digitum ſuffulcientis inſertus tandem uideatur.*

*Octauus, qui ſub ſeptimo prorſus (ſi tendinis ipſius exteriorem ſedem excipias) reconditur, ex fibula quoq; totus prodit. Aliquantulo enim, ſub fibulæ ſuperiori appendice ab externo ipſius fibulæ latere uerſus anteriora nonnihil enaſcitur, & ad amuſsim, carneus fibulæq́; ſemper attenſus, ſub ſeptimo deorſum prorepit, quouſque in teretem tendinem euadat, qui in priora deſcendens proceſſui oſsis pedij, bicornis effectus, duplici inſertione implantatur, quod teſſeram referenti oſsi ad nexum paruum pedis digitum ſuſtinet.*

*Nonus, etſi per ſe muſculus dici queat, non ineptè tamen alterius muſculi pars appellari poteſt. A muſculo enim, qui in anteriori tibiæ ſede locatus, quatuor pedis digitos extendit, carnoſa quædam partio iuxta mediam tibiæ longitudinis, ab externo ipſius latere enaſcitur. Quæ deorſum ducta in tendinem degenerat, qui tranſuerſum anterioris tibiæ ſedis ligamentum ſubit & ſuperiori pedis regioni exporrectus, in duas bipartitur portiunculas, quas oſsi pedij paruum digitum ſuffulcienti inſerit.* ——

Cõtrarij motus, cùm ſimul tendũtur, ſunt duces. Pedem enim ſurſum, ad tibiæ anteriora flectunt, motu ſanè non æquè atque poſteriores digno & ualido. Si uerò alternatim cum poſteriorem tibiæ ſedem occupantibus muſculis contrahuntur, in hoc illud́ue latus pedem agent, atque qui ita flexionis extenſionisq́; ſunt authores, etiam motus in latera appoſitiſsimè obeunt.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0046-7

## De muſculis pedis & digitorum, ex Veſalio, lib. ſecundo, cap. LX.

Muſculi pedis digitos mouẽtes 22. quorum

*Primus, ab inferna calcis oßis ſede, & anteriori illius calcis tuberculi parte, quod terræ innititur, principium ducit. Quum uerò mediam pedis longitudinem ad digitos repens ſuperauit, in quatuor carnoſas diuiditur portiunculas, quæ inuicem deductæ, unicum ſingulæ producunt tendinem, ad ſibi præpoſitum digitum excurrentem. Huius beneficio, ſecundum quatuor digitorum flectimus articulum, eum quam poßimus proximè ad calcem recta linea protrahentes.*

*Secundus, à poſteriori ſede connexus fibulæ ad tibiam enaſcitur, ſtatim ab ortu carnoſus latuſq;, uerſus tibiæ extremum prorepit, ac inde ad infimam ſedem tibiæ deſcendẽs, ab interno ipſius latere teretem edit tendinem, qui pedis inferiora obliquè ſubiens, inter illos, qui quatuor digitos pollici adducunt, & eos, qui primum digitorum articulum flectunt, prorepens, ad pollicem contendit. Verum ad plantæ ferè medium, in duas diuaricatur partes, quarum*

- *Minor, unà cum aliquot tertij muſculi tendinibus cõmittitur, & cum illis ad tertij indicis, & quaſi ad medij quoq; digiti articuli flexionem auxiliatur.*
- *Maior, quæ ualidißima exiſtit ad pollicem (ut diximus) obliquè perfertur, & in eius ſecundi internodij longitudinem lata inſertione implantatur, & eius internodij flexionis eſt author.*

*Tertius, pari ratione cum ſecundo digitorum muſculo in poſteriori tibiæ ſede exporrigitur, ad internum magis latus, quàm ſecundus, reſpiciens. Quum autem ad calcem ferè deſcendit, ab interno ipſius latere teretem promit tendinem, qui pedis inferiora ſubiens, ſecundi muſculi tendini, ad X literæ imaginem, ſubijcitur, dilataturq; deinde, & in quatuor alios digeritur tendines, ſinguli ad unum quatuor digitorum excurrentes, illiſq; manus tendinibus reſpondentes, qui tertium quatuor digitorum articulum inflectunt.*

*Quartus, quintus, ſextus, ſeptimus, & cæteri ad decimum tertium uſque, in homine illis ferè reſpondent, qui in extrema manu inter poſtbrachialis oſſa conduntur. Verùm in pede non ita exactè diſtingui queunt. Nam rudis indigeſtaq; moles in planta conſpicitur, quæ ad amußim carnea eſt, & fibris rectis interſtincta. deinde ſecundum longitudinem ducta in quinq; digitorum radicem implantatur, utrinque ad primi internodij latus uerſus interiora inſertionem tentans. Hanc ſanè carneam molem in muſculos proprios, quemadmodum in manu ſubdiuidere nequeo. Verùm utcunque ſit, non minus quàm in manu, muſculis imaginem, hic decem muſculos, quinque digitorum primis articulis inflexione famulantes enumerare cenſuimus, ut bini ad ſingulos digitos referantur, atque hi tribus reliquis flexionis authoribus adſcribantur.*

¶ *Cæterùm tendini, qui indicem adit, & interdum illi, qui medio exporrigitur, hoc priuatim obtingit, ut in plantæ medio portiuncula ſecundi muſcul tendinis ad pollicem proficiſcentis nanciſcãtur, quæ cum illis digitorum tendinibus omnino coit. Interdum uerò à ſecundi tendine nihil porrigi, ſed hunc totum in pollicem abſumi conſpicies.*

*Decimus quartus, ab oſſe tibiæ, qua fibulæ ſub genu articulo conuertitur, nerueum aſſumit principium, quod ilico ab exortu recto tramite, deorſum uerſus pedem deſcendit, tantiſperq; progreditur dum tranſuerſum ligamentum à tibia in fibulam pronatum contingat. Ibidem enim in tẽdinem degenerat, qui per id ligamentum, ueluti per annulum prorepit, ac prius ligamentum prætergreditur in quatuor alios ſcinditur tendines, qui per pedis ſuperiora æquales augulos conſtituentes, ad quatuor digitos pertingunt, ac toti illorum longitudini ampliores redditi inſeruntur, & ſimul tres illorum articulos extendunt.*

*Decimus quintus, ab externo tibiæ oßis latere, ubi membraneum ligamentum tota tibiæ longitudine fibulam tibiæ oßi colligans, ab ipſa educitur, exoritur. Hinc deorſum portenſus, anteriorem tibiæ oßis ſedem adit, ac in tendinem finiens, & per pedis ſuperiora, ad pollicem prorepẽs, toti ipſius longitudini inſeritur. Cuius beneficio pollex ipſe in neutrum latus inſigniter uergens extenditur.*

*Decimus ſextus, tanquam ampla moles carnea iuxta latus tali, ubi calcis oßi os teſſeram referẽs, coarticulatur, à quibuſdam ibi ligamentis enaſcitur, quæ antrorſum obliquè, uerſus digitos porrecta, in quatuor tandem carnoſas dirimitur partes, quæ ſingulæ ex ſe teretem efformant tendinem, quorum*

- *Primus qui intimus eſt pollicis externo lateri uerſus ſuperiora inſeritur.*
- *Secundus, indicis externo lateri implantatur.*
- *Tertius uerò medij digiti proprius eſt.*
- *Quartus, annularis exiſtit.*

*Horum beneficio quatuor digiti illis donati in externum latus abducuntur.*

*Num uerò huiſmodi carneum corpus unus ſit tantum muſculus uel quatuor, cum quatuor proferat tendines, non uehementer inſtandum arbitror. Verùm ex Galeni ſententia, duo hic eſſent muſculi, ſi ſimiæ ad hominem recta foret comparatio.*

*Decimus ſeptimus, in externo pedis latere reponitur, inſignis utcunque, & ab externo latere calcis oßis enaſcitur. Priuſquam uerò ad primum parui digiti articulum pertingat, in teretem ſiunt tendinem, externo lateri primi illius oßis inſertum.*

*Decimus octauus, interno pedis lateri, ſecundùm totam ipſius longitudinem protenditur. À ligamentis enim calcem talo connectentibus nerueum aſſumit principium, quo tandem craßius carnoſiuſq; effectum, in teretem degenerat tendinem, externo lateri prioris pollicis articuli implantatum. Cuius beneficio pollex ipſe introrſum à cæteris digitis abducitur.*

¶ *In ſimijs adhuc unus eſt muſculus, à pedij oſſe indici præpoſito in pollicem pronatus, ac illum indici proximè quàm poteſt admouens.*

*Decimus nonus, uigeſimus, uigeſimus primus, & ſecundus, à ligamentis oſſa tarſi poſterioribus pedis oßibus in planta colligantibus, tanquam in unum corpus enaſcuntur. Quod poſtea in quatuor graciles diducitur muſculos, qui interno quoque lateri, quatuor digitorum inſeruntur.*

¶ *Si carneam hanc molem quatuor muſculorum loco habueris, omnes pedis digitorum muſculi duo erunt & uiginti. Si uerò unius loco, tantùm erunt decem & nouem.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0047-2
DFG

# De neruis à cerebro ortis, ex Galeno VII, VIII, IX, & XVI. de Vſu partium, ac ex libro de Neruorum diſſectione.

**Neruorũ à cerebro prodẽtiũ coniugationes ſeptem.**

- *Prima, duobus conſiſtit neruis, qui græcis ὀπτικοὶ, latinis uerò uiſorij dicuntur. Enaſcuntur enim ad latera, ubi uterq; anterior cerebri uẽtriculus deſinit, caui ob id facti, ut ſpiritus in ſe ipſos reciperent, maximi uerò & molliſsimi propter ipſorum utilitatis dignitatem, cùm oculorum uſus cæterorum ſenſuum ſit certiſsimus. Horum figura X græcè literæ imaginem refert, quo fit ut ſi aliquis negligenter eos reſecuerit ipſos mutuo ſuper ſe aſcendere putauerit. Verùm res multo aliter ſe habet: nam eos non permutauit natura, ut eum, qui à ſiniſtris naſcitur, ad dextrum perducere oculum, & econuerſo. Concurrunt enim ſibi inuicem intra craneum, & meatus ſuos uniunt, deinde confeſtim ſeparantur & ad oculum eiuſdem partis reuertuntur, uitreum humorem, in orbem ſphæræ modò ambientes, oſtendentesq; manifeſtè nullius ſe alterius gratia, quàm ut ſuos copularent meatus propinquaſſe & coiuiſſe ſimul: cuius compactionis duplex eſt uſus, uidelicet ut*
  - *Ne quod extra intuemur duplex nobis appareat.*
  - *Clauſo uel deſtructo altero oculo, totus ſpiritus per communem neruum ad alterum oculum feratur.*
- *Secunda, duos pariter habet neruos ſuperioribus duriores tenuioresq;, qui è calua foras emergentes, haud aliter, atque illi in muſculos, qui oculos mouent, deſcribuntur.*
  - *¶ Veſ lib. 4. cap. 6. Studioſos admonendos decreui, Galenum libro de Neruorum diſſectione, parum rectè tertium neruorum par eſſe ſecundo mollius, tradidiſſe.*
- *Tertia, etſi duos uideatur habere neruos, ij tamen circa radicem multi diligẽtius perſcrutanti, apparẽt. Oriuntur enim ubi anterior cerebri pars cum poſteriore coniungitur, cæteris uiſorijs exceptis molliores. Et ſicut ex frequentibus primis radicibus conſtant, ita etiam uariè ſcinduntur. Verùm in duas diuaricantur ramos, quorum*
  - *Alter qui cum ſecunda cõiugatione conmiſcetur, multifariam ſcinditur, ſed primò in duas diuiditur partes, quarũ*
    - *Altera quæ parua eſt, ante aures erumpit, ſtatimq; cum neruis quibuſdam quintæ coniugationis commiſcetur.*
    - *Altera magna, quæ tanquam truncus eſt omniũ indicium prodeuntium particularium, quæ & ipſæ ramorum, ac uirgultorum uicem rationemq; ſubeunt, in duas partes ſcinditur, nam*
      - *Altera eſt earũ propaginum quæ permeant, ad*
        - *Muſculos*
          - *Temporum.*
          - *Molitores.*
          - *Superiore mandibula.*
          - *Orientes.*
        - *Palpebras.*
        - *Gingiuas, Dentes* — *Superiores.*
        - *Cutem quæ faciei protenditur & fronti.*
      - *Altera eſt earũ propaginum quæ permeant ad*
        - *Dentes, Gingiuas* — *Inferiores.*
        - *Labia inferiora.*
        - *Linguæ tunicam. ideoq; hanc aliqui coniugationem guſtatoriam uocant.*
  - *Alter per collum & thoracem deſcendens, ſextæ & ſeptimæ coniugationis neruis cohærens ad uiſcera, & ſubiecta inteſtina permeat.*
  - *¶ Veſ. tertiam neruorum ſobolem ſimul cum ſextæ, ac ſeptimæ coniugationis nerui, ut (Galenus atteſtatur) ad uiſcera & inteſtina deſcendere, haud meminiſſe uidetur.*
- *Quarta, duos item habet neruos, qui in baſi ipſius cerebri ſub præcedentibus explantantur, eiſq; paulò duriores inhærentesq;, prædiximus, adeò ut ſimul compacti caluam pertranſeant, ſtatimq; ab ipſis diuiſi, rurſus ad palatum retrocedunt ut totam ipſius tunicam conficiant, & ei ſenſum præbeant.*
  - *¶ Veſ. cap. 7. Exoritur quarta coniugatio à dorſalis medullæ principio poſterius paulò quàm tertia.*
- *Quinta duos adhuc habet neruos, non ex una radice tantùm emergentes, ſed uicini inter ſe nerui ipſi ſunt, qui in ipſo per oſſa tranſitu in duas diuiditur partes, quarum*
  - *Altera in auditorium meatum pergens, unà cum dura membrana ſimul exorta excedit, cum qua in latitudinem ſeſe diffundens meatui leniter obducitur.*
  - *Altera ex aduerſa parte in alterum Lithoidis oſsis excidens foramen neruo, propè aures erumpente cohæret, ac ex his poſtmodum commixtis pars plurima in latum muſculum ſcinditur, qui cuti ſubiectus buccam ſine maxilla mouet.*
  - *¶ Ibidem cap. 8. Quinta ex media propemodum ſpinalis medullæ ſede principium ducit, eius partis, quæ à medullæ exortu, uſq; ad eam regionem pertinet, qua hæc è caluaria in uertebras labitur. Cuius aliquæ propagines in temporalem muſculum, ac in illum, qui in ore deliteſcens, inferioris maxillæ motus ad ſuperiora eſt author, digeruntur.*
- *Sexta, ultra has eſt neruorum coniugatio, qui nondum etiã ſunt duri, ſi tantũ prædictis ſint duriores. Nam quãto iam ſpinalis medullæ appropinquantur, tanto duriores euadunt. Hi enim caluariã egreſsi in ſex, uidelicet utrinque tres, diuiduntur neruos, quorum*
  - *Duo cum arterijs, carotidibus inferius ducuntur, collumq; prælerlapſi, dum per thoracẽ deferũtur, in duas diuiduntur partes, quarum*
    - *Altera dextrorſum quàm ſiniſtrorſum ad inferiora deſcendens, in plures diuaricatur particulas, quarum uadunt*
      - *Aliæ ad*
        - *Thoracem.*
        - *Coſtarum radices.*
      - *Aliæ ad*
        - *Pulmonem.*
        - *Cor.*
        - *Vẽtriculũ, inteſtina.*
        - *Epar.*
        - *Lienem.*
        - *Renes.*
        - *Fellis ueſicam.*
    - *Altera utrinq; enata, neruum efficit, qui per eandẽ reuertitur uiam, qua prius deſcenderat. Recurrit enim continuè aſperæ arteriæ adhærens ad ſex laryngis muſcuſculos uocis efficiendæ gratia. Nam*
      - *Dexter ad claues permeãs circum ramum arteriæ magnæ, quæ in dextram maxillam fertur obuolutus reflectitur ſurſumq; recurrit, & in tres laryngis muſculos diſpergitur.*
      - *Siniſter longiſsimè producitur, ac deinde circa maximam arteriam obuoluitur, ea potiſsimum parte qua primum à corde emergentes, ſeſe ad ſpinam inflectit, inde ad laryngem recurrit, & in reliquos tres ſuæ partis muſculos diſpergitur.*
      - *Hi recurrentes ſiue reuerſiui dicuntur, qui ſi ſecentur, uel lædantur, ſtatim obmuteſcit animans.*
  - *Quatuor, utrinq; ſcilicet duo in duas diuaricãtur partes, quarum*
    - *Altera utroſque faucium muſculos, & longæ radicem occupat.*
    - *Altera ad ſcapulæ muſculos ad eum, qui latus eſt, alioſq; eius loci proreptat.*
  - *¶ Ibidem cap. 9. Nerui qui à ſexta coniugatione in ſtomachum inſeruntur, dextri in ſiniſtram, ſiniſtri uerò in dextram, diſcurrunt partem. Præterea huius coniugationis propagines in omenti tunicam in meſenterium, in ueſicam, in uterum, & in teſtes aliquando permeant.*
- *Septima, duobus conſtat neruis, qui ubi cerebrum deſinit explantantur. Hi enim aliquo uſq; cum ſexto pari procedunt, deinde ab ipſis ſeiunguntur, & in duas diuiduntur partes, quarum*
  - *Quæ minima eſt muſculos rectos laryngis, & latera inferiora muſculorum hyoidis oſsis comprehendit.*
  - *Quæ maior eſt in linguæ muſculos diſpenſatur.*

*Reliquum proximæ præcedentis Tabulæ.*

### ANNOTATIONES HVIC OPPOSITÆ FIGVRÆ CORreſpondentes, ex Veſalio, cap. 4. lib. 4. Hæc uiſorijs pertinent neruis.

¶ Inter reliquos corporis neruos, hi duntaxat meatu, qui ſenſu diiudicari poßit, perforati dicuntur: quapropter græcis (præcipuè autem Herophilo & Eudemo) πόροι ὀπτικοί nuncupabantur. Cæterùm ego eiuſmodi meatum mihi aliquando occurriſſe neutiquam queo aſſerere, quantumuis etiam canum adhuc uiuentium & aliorum grandium animalium uiſorios neruos, uel hac ſolùm occaſione aggreſſus ſim: & hominis, cuius caput adhuc à decollatione calebat, uixq; quarta horæ parte, cùm neruos intuerer, abtruncatum fuerat, ipſos non oſcitanter ſpectauerim, ac calente aqua ſedulò fouerim. Atq; ut eiuſmodi meatus toto neruorum progreſſu me penitus latuit, ita ſanè in mutuo neruorum coitu is neutiquam ſe obtulit, utcunque tamen hunc inibi oportebat eſſe inſignem, ſi modò nerui ob hoc ex Galeni ſententia congrederentur, quo minus ſimplicia nobis gemina perperàm uiderentur. Porrò ijs qui de congreſſu hoc meatuq; acriter citra partium inſpectionem indies altercantur, non grauabor duo, quæ in congreſſu animaduerti, hic adijcere, quò & hinc ſuarum nugarum argumenta petant. Patauij itaque adoleſcens ſuſpendio necatus publicæ ſectioni adhibitus fuit, cui ante annum dexter oculus à carnifice erutus fuerat. deinde mulier, eodem ſupplicio affecta, cui dexter quoque oculus ab ineunte ætate emarcuerat, ſiniſtro integerrimo. Mulieri dexter uiſorius neruus toto progreſſu longè tenuior ſiniſtro uiſebatur, non ſolùm in ea ſede, qua iam oculo inſerebatur, uerùm in exortu quoque, & in dextra ſede congreſſus neruorum, ac præterquàm quod dexter tenuis erat, durior quoque ac rubicundior cernebatur, uti ſanè & in adoleſcente. Sed dexter non admodum neque craßitie, neque mollitie adhuc ſiniſtro cedebat. His ille acceßit, cuius neruos uiſorios in illo congreſſu mutuò non connaſci, neque ſeſe contingere uidimus, ſed dexter nonnihil ea ſede, qua caluariam egreſſurus fuerat ſiniſtrorſum reflectebatur, quaſi non coalitus occaſione nerui congrederentur, uerùm ut commodè per ſuum foramen è caluaria procederent, potißimùm quum etiam hoc ductu ingredientes in oculi poſterioris ſedis medium non inſerantur. Hunc ductum ſiniſter neruus etiam referebat, non tamen ita quin notatu digno interuallo dexter à ſiniſtro dehiſceret. Quum ſedulò autem ac ſolicitè eius uiri familiares interrogauerimus, num illi omnia gemina perpetuò oculis obuerſarentur, neminem naturæ operum cognitione flagrantem ambigere ſat ſcio. at nihil aliud reſciſcere licuit, quàm ipſum de uiſu nunquam conqueſtum fuiſſe, uiſuq; præſtanti ſemper ualuiſſe, familiaresq; de uiſorum duplicatione nihil unquam intellexiſſe.

*Ad ſequentem proximam Tabulam.*

### Hæc uniuerſis humani corporis aſcribuntur neruis.

Quod uerò craßius, & alij nõnulli, cùm cauſam rimantur, Quamobrem dextra cerebri ſede uulnerata, aut alioquin læſa, corporis ſiniſtra pars neruorum reſolutione infeſtetur, integra parte dextra, neruos omnes in ortu decuſſatim ferri, ſeu neruos à dextra cerebri, & dorſalis medullæ ſede pronatos, in ſiniſtram corporis regionem diſtribui, & econtra aſſerant. Apud me elegãtißimum, & inter ſomniandum ab illis problematum interrogatoribus excogitatum figmentum habetur, quum ſecundi partis neruorum, ac deinde tertij ac quarti parium, dextri exortus à ſiniſtris aliquot digitorũ amplitudine inuicem diſtent, ut modò de alijs neruis nihil dicam, idq; pariter ſileam, quì uiſorios porcorum neruos ſubinde non continuos, ſed perinde ac crurum neruos, quaſi è multis funiculis conflatos ſpectarim, ne in aliam quempiam prolixiorem diſceptationem ſermo deflectat, præcipuè cum illis diſſectionum profeſſoribus, qui dextrum cerebrum penitus à ſiniſtro diremptum, poſteris tradiderunt.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0049-7

## De ſeptem neruorum paribus, è ceruicis uertebris proſilientibus, ex Veſalio, libro quarto, capite duodecimo.

- Neruorum, ex ceruicis uertebris proſilientiū, paria ſeptē, quorum
  - Primū par in primæ uertebræ eminētiori ſede, ad radicē poſterioremq́; regionē ipſius cū capite articulatiōis exoritur, diſtribuiturq́; in muſculos, qui
    - A prima ceruicis uertebra in occipitis os, inſeritur.
    - Ab occipitij oſſe in trāſuerſos eius uertebræ proceſſus implātātur.
    - Ab horum originis ſede duæ egrediūtur propagines, quorum
      - Altera, in principium ducitur muſculi in tranſuerſo primæ ceruicis uertebræ, & aliquot ſubſequentiū principium ſumentis, ac ſcapulam ſurſum attrahentis.
      - Altera, non ſemper conſpicua, inter primā ceruicis uertebram, & occipitis os emergens, in muſculos abſumitur, qui dorſalium primi recenſentur.
  - Secundū par, binis exortibus, ſeu propaginibus enaſcitur, cuius
    - Poſterior, propago longè anteriori craſſior per latera poſterioris proceſſus ſecundæ uertebræ educitur, & in plures diuiditur ramos. Verùm quàm primùm prodit, in duas ſcinditur propagines, quarum quæ
      - Maior, à prioribus, quodammodo ad poſteriora ſurſum tranſuerſim tendens, tertij paris ſobole exporrecta ſurſum ad caput contendit, ibiq́; uniuerſam capitis cutem, tam circa aures, quàm poſt, ad uerticis uſque ſummum ſurculos ſpargit.
      - Minor, in proximorum muſculorum principia diuaricatur, qui tertij & ſexti paris exiſtunt, & eorum qui capitis motibus præſunt.
    - Anterior, admodum gracilis, ab anteriori dorſalis medullæ ſede originem mutuatur, atque inter ſecundam & primam elabit uertebram, digeriturq́; deinde in muſculos anteriori ceruicis uertebrarum ſedi adnatos, qui primum par muſculorum dorſi motus authorum conſtituunt.
  - Tertium par, ex cōmuni foramine ſecundæ ceruicis uertebræ & tertiæ procidit, mox ab egreſſu in duos ſcinditur ramos, quorum
    - Poſterior, retrorſum flectitur, ac inter muſculos ceruicem extendentes, ac deinde inter caput mouentium ſecundum par occultatus ad ſecundæ uertebræ ſpinam contendit, atq́; hinc ex mutuo, muſculorum poſteriorem ceruicis ſedem occupantium concurſu ad ceruicis properat latera, muſculo ſuffultus, qui ex carnea conſtitutus membrana bucarum motus opifex cenſetur.
    - Anterior, in quatuor ſpargitur propagines quarum
      - Prima, muſculos dorſum mouentes, primum & ſecundum implicat.
      - Secunda, decliuis ducta, quartum adu neruorum par, cuidam ipſius ſurculo commiſcenda, in dictos nu per muſculos abſumpto.
      - Tertia, ſurſum contendens, ac poſterioris ſecundi paris propaginis, ramo in uerticis cutem excurrenti congreditur, unà cum illo diſpergenda.
      - Quarta digeritur in
        - Muſculos, qui tranſuerſis uertebrarum proceſsibus connati, ceruicem in latera mouent.
        - Muſculū, qui à tranſuerſis uertebrarū ceruicis proceſsibus enatus, ſcapulā ſurſum uellit.
  - Quartum par, à foramine inter tertiam & quartam uertebram conſtituto excidens, in duos diuiditur ramos, quorum
    - Poſterior, uerſus tertiæ ceruicis uertebræ ſpinam contendit, in progreſſu illis, quibus intertexitur, & in muſculis, ſurculos diffundens. Quando autem ſpinam contingit, per mutuum elabitur congreſſum muſculorum poſteriorem ceruicis regionem occupantium, atque hinc in latum membraneumq́; digeritur muſculum, buccarum motus authorem præcipuum.
    - Anterior, ternas educit propagines, quarū
      - Prima, tertij paris cuidam propagini commiſcetur, & in muſculos deperditur ſtomacho ſubſtratos, ac ceruicem flectentes.
      - Secunda, in muſculos diſtribuit, quorum beneficio ceruix in latera ducitur, ac is qui à tranſuerſis colli uertebrarum proceſsibus ortus, ſcapulam ſurſum adducit.
      - Tertia, decliuis fertur, cum quinti paris ſobole congreſſura, ac ſimul cum illa & ſexti paris propagine ſepti tranſuerſi neruum conſtitutura.
  - Quintum par, ex foramine inter quartam & quintam uertebrā exiſtente, in duos ſcinditur ramos, quorum
    - Poſterior, ad ſpinarum apices retorquetur, digeriturq́;, ut quarti paris ramum digeri diximus.
    - Anterior, in plures ſcinditur ramos: nā bipartitus
      - Minorem, primum ſobolem muſculis ceruicem flectentibus ſpargit.
      - Grandiorem iterum dirimi, cuius
        - Altera pars deorſum repens, ramulosq́; quinti & ſexti paris ſecum excipiens, ſepti tranſuerſi neruum efformat.
        - Reliqua, in muſculum, qui brachium attollit, inſeritur, à cuius portione muſculis ſcapulam attollentibus ramuli porriguntur. Verùm ab externo huius portionis latere neruum deriuat, cutem implicans, qua muſculus brachium attollens integitur, deinde reliqua portio propè ſcapulæ ceruicē in duos partitur ramos, quorum
          - Anterior, qui gracilior eſt,
            - Sub ſummi humeri cum clauiculæ connexu porrigitur.
            - Muſculo, brachium attollenti ſobolem ſpargit, qui à ſummo humero & clauicula inibi principium ducit.
          - Poſterior qui propagines ſuas mittit
            - A ſcapula ſurſum ad os referrēs.
            - Muſculo occupanti ſinum inter ſcapulæ ſpinam & elatiorem ipſius coſtam.
            - In muſculum qui brachium attollit.
            - In brachij cutem extremæ ſedi obductam.
  - Sextum par, ex foramine ſub quinta uertebra excidens, in duos diuiditur ramos, quarū
    - Poſterior, diſpenſatur ad
      - Muſculos
        - Ceruicis proprios.
        - Ceruicis & capiti communes.
      - Capita muſculorum, qui reſpirationis opifices ex ceruice in thoracem accedunt.
    - Anterior, poſtquàm neruum exprompſit, qui quinti paris portioni ad neruum ſepti tranſuerſi conſtituendum permiſcētur, cum contiguis paribus, ſeptimo nimirum & octauo coit. Sciuduurq́; deinde, cuius portio
      - Quædam neruos unà cum cum proximis paribus efformat, qui in manum contendunt.
      - Quædam deorſum ad ſcapulæ cauum perreptat, & rami, tum ab hoc pari, tum à cæteris coniugijs ad muſculos digeruntur, qui ſcapulam ſurſum ducunt.
  - Septimum par, ex communi ſextæ & ſeptimæ ceruicis uertebrarum foramine prolabens, magnum cum duabus proximus cogitationibus, ſexta, & ſeptima, perficit congreſſum, cuius
    - Potiſsima portio in manum fertur.
    - Ramulus, interdum ſepti tranſuerſi neruo commiſcetur.
    - Ramulus, perpetuò in poſteriora ad ſpinam ducitur, à quo uariè diducuntur propagines, quarum
      - Aliæ, in muſculos poſteriori ceruicis ſedi inſtratos digeruntur.
      - Aliæ in latum, membraneumq́; muſculum qui buccas mouet, feruntur.

## De duodecim neruorum paribus à thoracis uertebris ortis, ex Veſalio, libro quarto, capite decimotertio.

**Neruorum à thoracis uertebris orti paria 12. Quorum**

- Par thoracis neruorum primum, inter ſeptimam ceruicis uertebram & thoracis primam, quinq; humiliorum ceruicis parium modò exiliens, ſuperioribus dorſalis medullæ neruorum paribus comparatum oportunè octauũ nuncupatur. Hoc itaq; quamprimum excidit, in duos diuiditur ramos, quorum
  - Poſterior, qui gracilior eſt, retrorſum inter muſculos uertebris hic adnatos, detorquetur. Deinde in progreſſu plures edit ſurculos, quorum
    - Aliqui in radicem muſculi feruntur, qui à prima thoracis coſta in tranſuerſis ceruicis uertebrarum proceſſus inſertus, ceruicem in latus uerſus anteriora inclinat.
    - Aliqui in muſculos, qui in poſteriora ceruicis capitisq; motibus præſunt, permeant.
    - Id quod ſeptimæ ceruicis uertebræ ſpinam cõtingit, & rurſus trãſuerſim ad ſpina abſcedens propagines offert
      - Humiliori ſedi eius muſculi, qui ſcapulam mouentium ſecundus ac maior enumeratur.
      - Muſculo ſcapulæ baſi inſerto, ſcapulamq; ad dorſum trahenti.
      - Muſculo hominis thoracem mouentium tertio.
  - Anterior poſteriori inſignior, ſeptimi & interdum noni paris magnam portionem ſuſcipit, ac uariè uicinis paribus permixtus in duos ſcinditur ramos, quorum
    - Alter, ſecundum primæ thoracis coſtæ, ductum ad pectoris oſſis uſque ſummum per latus, in progreſſu ſurculos diſpenſat thoracis muſculo, ac clauicula in primam coſtam inſerto. Præterea propaginis huius terminus, digeritur in
      - Muſculos, qui à pectoris oſſis ſummo principiũ ducẽtes ſurſum exporrigũtur.
      - Mamillarem capitis proceſſum.
      - Os, Υ imagini comparatum.
      - Scutiformem laryngis cartilaginem.
    - Alter in manum fertur, de quo latius in ſequentibus dicetur. Verùm antequàm eo contendat, dum alam excidit, ex poſteriori ipſius regione ramuli pullullant, in cauam ſcapulæ partem digeſti.
- Nonum, par inter primam & ſecundam thoracis uertebram exoriens, in duos diuiditur ramos, quorum
  - Poſterior qui gracilior eſt, ſimili quodãmodo ratione, atq; poſterior octaui paris ramulus digeritur.
  - Anterior in duos ſcinditur ramos, quorum
    - Alter, octaui ramo, qui in manum fertur, commiſcetur.
    - Alter, primo coſtarum interuallo offertur, qui ſecundum primæ coſtæ ductum, ad pectus uſque contendit. In progreſſu autem, ut & reliqui coſtarum interuallis exporrecti nerui, ſoboles diffundit in muſculos thoraci exporrectos, incumbentesq;.
- Decimum, undecimum, duodecimum, & reliqua, ad primum uſq; lumborũ ſeu uigeſimum par, ſubſequentia, quodãmodo ſeriè digeruntur, quippe omnia mox, atque è uertebrarum lateribus, exiliere, bipartitò ſcinduntur, ac
  - Poſterior qui minor eſt, retrorſum ad uertebrarum ſpinas retorquetur, ac ramos ſpargit in
    - Muſculos uertebris adnatos.
    - Mutuum dextri ſiniſtriq; lateris muſculorum congreſſum.
    - Muſculos, qui ab illarum, quas contingunt ſpinarum apicibus, principium mutuantur.
    - Cutem dorſo inſtratam.
  - Anterior, ſurculos ſpargit in
    - Sexti paris neruorum cerebri ramum coſtarũ radicib⁹ exporrectum, deinde præſentes rami coſtarũ exporrigũtur interuallis. Verũ hi qui coſtis inſerũtur
      - Rectis ad pectoris os cõtingunt.
      - Spurijs in abdominis uſque interiora repunt.
      - Ab his rami ſparſim in progreſſu diffundũtur in
        - Muſculos thoracis adſtratos. Thoracis cutem, non quidem certa ſerie, ſed ſparſim ut errantes uaſorum rami digerũtur. Verùm etſi eiuſmodi neruorum cutem petentiũ ſeries ſibi cõſtans non uideatur, natura tamen ueritane tenero adhuc infanti, lac familiare illius alimentum à matre exigẽti, papilla denegaretur, exactum papillis ſenſum impartiri uoluit, quo tenerorum infantuli labrorũ, mollisq; linguæ contactus, papillam uoluptate afficeret, qua homines electi hãc promptius ſugendam contrectandamq; offerant.
    - In muſculum, cuius beneficio brachium pectori adducimus. Verùm ſurculos hos à neruis, qui in quartum coſtarum perceptant interuallum, originem ducere ne ambigas, atq; ab illis propaginibus ſurculi in papillam pertingunt.

### ANNOTATIO, EX VESALIO.

¶ Cæterùm ut præſentes ſurculi duodecimo neruorum pari quodammodo peculiares cenſendi ſunt, ita ſanè decimo octauo & decimo nono id priuatim aſcribendum uenit, quod principio ſexti femur mouentium muſculi ſurculos offerant.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0051-3 DFG

## De neruis à lumborum uertebris ortis, ex Veſalio, libro quarto, capite decimoquinto.

- *Nerui à lumborum uertebris orti, thoracis uertebrarum neruis magna ex parte conueniunt, & ſunt paria quinque neruorum, quorum*
  - *Poſteriores eorum rami retrorſum ducuntur, inſerunturq́; in*
    - *Muſculi humani thoracis quartum.*
    - *Muſculum dorſum mouentium undecimum.*
    - *Muſculum dorſum mouentium decimum tertium.*
  - *Anteriores pergunt in*
    - *Muſculum abdominis.*
    - *Muſculum, brachium uerſus dorſi humiliora, detrahentem.*
    - *Muſculum, dorſum mouẽtium nonum.*
    - *Muſculum femur mouentium ſextum.*

### ANNOTATIO.

¶ *À uigeſimo primo, ſpinalis medullæ neruorum pari, ſeu lumborum ſecundo, unà cum ſeminaria ſuæ lateris arteria, per quàm exiguus ſurculus ad teſtem ducitur, ſi modò à ſexti paris neruorum cerebri ramis nullæ ſoboles eò pertingant. Quinetiam ab anterioribus ramis trium primorum parium ex lumborum uertebris proſilientium, ſurculi etiam diffunduntur, qui nuper dictos ſexti paris ramos coſtarum radicibus exporrectos accedunt, illosq́; adaugent. À tribus uerò humilioribus, & lumborum uertebris elabentium paribus, non minimi crus accedunt, quorum ſeries in ſequentibus exequetur.*

## De neruis in brachium cubitum, radium, extremam manum & digitos adeuntibus, ex Veſalio, libro quarto, capite decimoquarto.

**Nerui brachium, cubitũ & manum permeãtes ſex, quorũ**

- *Primus, eius quinti paris neruorum ceruicis rami ſoboles eſt, qui in muſculi brachium attollentis, ſedem à ſcapulæ ſpina pronatam digeritur, atque in extremæ brachij regionis cutem paulò ſub eius longitudinis medio diffunditur, inibiq; ceſſat.*
- *Secundus, ab implexu, quem nerui brachium ſubituri ad uertebrarũ latera efformant, exoritur, ac inde brachiũ petens, in plures diuiditur ramos, quorum*
  - *Duo, utriſque prioris muſculi cubitum flectentium capitibus inſeruntur.*
  - *Vnus, quàm primùm ad anteriorem cubiti flexum pertingit ſecundum latus tendinis muſculi cubitum flectentium anterioris, ad carneam ducitur membranam in cutem diſsipandus.*
  - *Quartus ueluti omnium truncus maximus, quamprimum ab alto emergit, in duos impares diuaricatur ramos, quorũ*
    - *Superior, qui gracilior eſt, cum humeralis uenæ ramo ad mediam cubiti longitudinem exporrecto, ac deinde uerſus ulnæ appendicem tendenti, deducitur, uniuerſam cutem radio incumbentem, prætenuibus ſurculis intertexens: Quorum præcipuus inferiorem radij appendicem ſuperans ad ſecundum uſque pollicis pertingit internodium hic uti & toto progreſſu, inter carneam membranam & cutem repens, ſobolesq; tenuiſsimas diffundens.*
    - *Humilior, qui craſsior eſt, ſtatim in duas diuaricatur propagines, ſub media prorepẽtes uena ab humerali ad communis uenæ conſtitutionem proficiſcente, quàrum*
      - *Altera, quæ elatior eſt, relicta tandem uena, & in deſcenſu elatius ad radij ſedem conſcendens, ad brachialis uſque radicem profertur.*
      - *Altera, quæ humilior eſt, magis obliquè quam medium cubiti flexus conſiſtat, deorſum fertur, & cuti potiſsimùm oblatæ attẽſa, ad brachiale uſq; prorepit, in multos exiles ſurculos in progreſſu abſumpta.*
- *Tertius, ex illo quoq; prodit complexu, qđ iã prius à neruorũ radicibus brachiũ adeũtibus confici diximus. Is enim cùm aliam prorepit, in duos diuaricatur ramos, quorum*
  - *Alter, inter muſculum brachium pectori adducentem, & illum quo brachium attollitur, cuti exporrigitur, quæ illorum muſculorum obducitur lateribus, qua illi mutuo ſe contingunt.*
  - *Alter, quamprimũ humero appropinquat cũ ſecundo neruo deorſum properãs in duos ſcinditur, quorum*
    - *Alter, in caput poſterioris cubitum flectentium muſculi inſeritur.*
    - *Alter, uti ab initio ex alto repoſitus cubiti flexum accedit, ac inde in multas dirimitur propagines, quarum*
      - *Aliæ, ſparguntur in*
        - *Muſculos internam cubiti ſedem occupantes.*
        - *Muſculũ ſecundos quatuor digitorum articulos flectentem.*
        - *Muſculum, qui tertios digitorum flectit articulos.*
        - *Muſculum, qui tertium pollicis os inflectit.*
        - *Muſculum, qui ab interno humeri prodiens tuberculo brachialis motus opifex eſt.*
      - *Quod reliquum eſt radio exporrigitur, unà cũ uena, ac arteria hic deductus, ac inde ad brachiale properans, in plures diuiditur ſurculos, quorum*
        - *Aliqui perquàm obſcuri in muſculos ire dicuntur, qui in extrema manu repoſiti digitorum motibus præſunt.*
        - *Tres in uolã feruntur, quorũ*
          - *Primus in duos diſſectus ſurculos in pollicis internã accedit ſedẽ.*
          - *Secundus, binis ſurculis internæ indicis ſedi implantatur.*
          - *Tertius ſimplici ſurculo interno tantùm lateri interioris medij digiti ſedis exporrigitur.*
- *Quartus, à reticulari illo neruorũ implexu exoriens, ſimiliter atq; tertius occultatus cum ipſo in brachiũ properat, axillari uenæ & magnæ manus arteriæ attẽſus, inſignes utcũq; ſoboles muſculis diſtribuit, quorũ miniſterio cubitus extẽditur. Deinde prius quàm ad mediũ longitudinis brachij pertingat, in duos diuiditur ramos, quorum*
  - *Internus, muſculos cubitum extendẽtes, & poſteriorem cubitum flectentium in internam brachij ſedem procidit, uniuerſam eiuſmodi ſedis cutem abſumendus.*
  - *Externus, ſecundum humeri poſteriora reflexus, ſenſim ad externam brachij ſedẽ properat, & in duos diuaricatur ramos, quorum*
    - *Exterior in cutem externæ brachij & cubiti articuli ſedi obductam, diſpenſatur.*
    - *Interior quamprimùm exterius humeri cõtingit tuberculum, poſteriori ipſius ſedi immittitur, ac inde in cubitum ducitur, in duos ſcinditur ramos, quorum*
      - *Alter, ex alto emergens, errabundo ductu ſub cute ad brachiale uſq; prorepit, frequentes ſurculos in progreſſu educens, ex quibus cutis externam cubiti ſedem obtegens intertexitur.*
      - *Alter, in duos ſcinditur trũcos in profundo, ut et ipſorũ radix recõditos, quorum*
        - *Elatior radio exporrigitur, ac inde ad brachiale contendit, in progreſſu graciles ramulos, tum muſculo brachiale extendenti, tum in pronum ducenti inſerens, cùm uerò externam brachialis ſedem contigit, in duas dirimitur propagines, quarum —*
          - *Altera, duplici ſurculo, externæ pollicis regioni offertur.*
          - *Altera, in duos diuiditur ramos, quorũ*
            - *Alter, indici exporrigitur duplici ſurculo, in ipſius externã ſedem ingrediens.*
            - *Alter, uerò ſimpliciter medio porrigitur digito, in ipſius exterioris ſedis internum latus.*
        - ⊞
- #

## *Reliquum proximæ præcedentis Tabulæ.*

- ⊞ Demiſſior frequentes educit ſoboles, quarum
  - Prima, capiti muſculi indicem medium & annularem extendentis offertur.
  - Secunda, capiti muſculi minimum extendentis digitum inſeritur.
  - Tertia, muſculo brachiale ſimplici tendine extendenti, commiſcetur.
  - In ipſo antem ſecundum ulnam proceſſu tribus muſculis, ab ulna originẽ ducentibus propagines ab eo exhibentur, quod uerò reliquũ eſt brachiale non cõſcendit in eius articulum deſinens.

- # Quintus, à commemorato iam plexu inferius quàm quatuor hactenus deſcripti, principium nanciſcitur, ac quarto attenſus per axillam in brachiũ fertur, nullas omnino ſoboles, cuiquam brachij parti diſtribuens, tandem in cubitum indiuiſus delatus, in plures ſcinditur propagines, quarum
  - Aliæ inſeruntur, uel in
    - Muſculos, internam cubiti ſedem occupantes.
    - Muſculum, qui ab interno humeri prodiens tuberculo brachialis flexus opifex habetur.
    - Muſculum, qui tendine lato ſummæ manus internæ cuti ſubnaſcitur.
    - Muſculum, qui quarto brachialis oſſi inſertus brachiale flectit.
    - Muſculum, qui radium in ſupinum ducentium ſuperior deſcribitur.
  - Quod reliquum eſt ulnæ attenſus inter muſculum ſecũdos quatuor digitorum articulos flectẽtem, & illum qui eorundem digitorum tertios articulos flectit, ad brachiale fertur, uena & arteria con comitatus, quæ ulnæ exporriguntur. Cùm uerò tranſuerſum brachiale ligamentum ſuperauit, in quatuor diuaricatur propagines, quarum
    - Prima, in duos diuiſa ſurculos, minimi digiti internæ ſedi inſeritur.
    - Secunda, pariter biſida, in internam annularis digitẽ ſedem fertur.
    - Quarta, omnium ſuperiorum maxima, paulò inferius quàm mediũ ulnæ longitudinis con ſiſtit, è profundo elabens ſecundum ulnã in externam ſedem cubiti porrigitur, et cum externam brachialis ſedem contingit, in tres diuiditur ramos, quorum
      - Primus, duplici ſurculo externam minimi digiti ſedem adit.
      - Secundus, eodem modo, externæ annularis ſedi exporrigitur.
      - Tertius indiuiſus externo implicatur lateri exterioris medij digiti regionis.
  - Sextus, ab infima retis iam ſæpius dicti ſede procedens, ac inconiugatus per axillam in brachium properans, nullibi in alto reconditur, ſed cuti internæ brachij ſedis ſubſtratus, ad internum humeri accedit tuberculum, in progreſſu conterminis cutis partibus frequentes depromens ſoboles. Ad interius uerò humeri tuberculum in plures partitur ramos uenæ axillaris propaginibus partim incumbentes, partim uerò ſubſtratos, qui dorſum numeroſa propaginum ſerie ſecundum ulnam digeruntur, inter cutem, & carneam mebranam deducti, & priuſquàm brachiale contingant ceſſantes, perpetuoq; ſecundum inferiorem cubiti regionem ſeu ulnam exporrecti.

## De neruis in femur, tibiam, pedem, & eius digitos excurrentibus, ex Veſalio, libro quarto, capite decimoſeptimo.

**Nerui in femur, tibiā, et pedem excurrentes quatuor, quorū**

- Primus, à ſuprema parte implexus neruorū in crus ptinentiū originē ducit, et lumborū incumbens carnibus, ac peritonæo ſubſtrat⁹, in femur fertur. Simulatq; femur cōtingit, in duos ſcinditur ramos, quarum
  - Minor, cuti depromitur, quæ anteriori femoris ſedi uerſus externum ipſius latus obducitur.
  - Maior, in alto latitās in plures diuiditur propagines, quorū
    - Aliæ feruntur in muſculū
      - Primū tibiā mouentē, & ab antica ſede appēdicis illum exortū,
      - Septimum tibiam mouentem, qui à maioris femoris proceſſus radice enaſcitur.
      - Manum tibiæ motuum authorem.
    - Quod reliquum eſt cum illis muſculis, decliue deductum ſupra genu articulum terminatur.
- Secundus, inferius, quàm primus principium adipiſcitur, è regione articulationis tertiæ lumborū uertebræ cum quarta. Hic enim peritonæi poſteriori regioni ſubtēſus, ſimul cum uena & arteria per inguina femur petentibus, in crus porrigitur, et in duos diuiditur ramos, quorum
  - Alter uenæ ad pedis uſq; pollicem attenſus, cum ipſa in pedem deriuat, atq; (ut illa uena) uarias ſoboles paſsim in cutem ſpargit, inter quas illa præcipua habetur, quæ anteriori genu regioni offertur, in eius ſedis cutem frequenti ramorum ſerie diſſeminatur.
  - Alter, qui grandior eſt, ſimul cum uena, ac arteria reconditur, & in muſculos anteriorem femoris ſedem occupātes, digeritur, præcipue in quintum ipſius femoris & octauum tibiæ. Deinde deorſum pergens, ſupra genu articulum cuti primus ceſſat, & in progreſſu membranulis uaſa colligantibus, exiguas porrigit ſoboles.
- Tertius, ſecundo ſuccedit, illic enatus, ubi quarta lumborum uertebra quintæ articulatur. Hic peritonæo quoq; ſuccumbens & muſculo femoris ſeptimo uectus, ad pubis oſsis foramen contendit, ac in femur prorepit. Verùm priuſquàm foramen ſuperet, in plures diuiditur ramos, quorum
  - Aliqui feruntur in
    - Muſculos nonum, & decimum femur mouentes.
    - Muſculos illos, qui à pubis oſſe pronati, penis peculiares cenſentur.
  - Quod reliqum eſt, ubi paulò demiſsius prorepſit, in duos diuiditur ramos, quorum
    - Alter, cuti inſeritur, quæ internam femoris ſedem iuxta inguina occupat.
    - Alter, ſuas emittit propagines in
      - Muſculum ſecundum tibiam mouentium.
      - Portionem quinti femur mouentis muſculi à pubis oſſe pronatam.
      - Medium longitudinis femoris ibiq; ceſſat.
- Quartus, tertiò ſubſequitur conſtituiturq; ex 25. ac trium ſuccedentiū pariū anteriorib. ramis omnium neruorū craſsiſſimus, duriſsimus, ac ualidiſsimus. Hic peritanæo ſubdit⁹, inter ſacri oſsis latus, et iliū os ducitur, ac inde in duos diuiditur ramos, quorum
  - Alter, ex poſteriori ipſius ſede emergens aliquo uſq; ſub primo femoris muſculo latitans, tandem ad cutem procidit ſoboles multas ſpargens in cutem,
    - Inferiori clunium ſedi obtenſam.
    - Poſteriorem femoris ſedem ultra medium longitudinis femoris contegentem.
  - Alter, ulterius pgrediens in grandes diſtribuitur ſoboles, quarū
    - Aliæ in muſculorum capita feruntur, quæ à coxendicis oſsis appendice principium ducunt.
    - Quod reliquū eſt, deorſum fertur ſub mediaq; ipſius femoris longitudine, in duos ſcinditur ramos, quorum
      - Alter, in duas parritur propagines, quarum
        - Altera, in quarti tibiam mouentis muſculi partem femoris oſſe enatam inſeritur.
        - Altera in plures diuiſa propagines, in cutem humiliori ſedi poſterioris femoris regionis iuxta genu obductam excurrit.
      - Alter, quamprimum inferiorum femoris capitū radicē ſpectat, utrinq; unā pducit propaginē in capita muſculorū diſſeminādum, qui tres primi pedis motores enumerātur, deinde in poplite in duos impares diducitur ramos, quorum
        - Exterior, qui gracilior eſt, ad fibulæ cum tibiæ oſſe iuxta genu prorepit. Verùm priuſquàm inter muſculos recondatur, in duas diuiditur propagines, quarum
          - Gracilior, cuti tibiæ propria, inde ad pedis externū latus properans, in progreſſu frequentes ſpargit ſoboles.
          - Craſsior, inter ſeptimum & octauum pedem mouentium muſculos occultata & ſexto pedem mouentiū attenſa in progreſſu in duos diuaricatur ramos, quorum
            - Alter, errabundo ductu in cutem diſpenſatur anteriori tibiæ regioni obtenſam.
            - Alter, inter muſculos anteriorem tibiæ ſedē ſibi uendicātes prorepēs, illiſq; ramulos offerens ligamento incumbit, fibulā tibiæ oſsi colligāti, ac unà tandem cum tendinibus, digitos extendentibus, ſub tranſuerſo illius regionis ligamento: cuius cuti propagines intertexit in pedis ſuperiora ducitur, ac digitorū ſuperiori ſedi ramos exporrigit.
        - Interior, exteriori grandia intercapita primi, ac ſecundi pedē mouentiū muſculorū in tibiā ſubit, & in plures diuiditur ramos, quorū
          - Alter multiplici ſobole digeritur in
            - Cutem, quæ poſteriori tibiæ ſedi ad calcem uſq; ducitur.
            - Cutem obducentem, primum ſecundum & quartum muſculum pedem mouentium.
          - Alter, in poſteriorem tibiæ ſedē properās, inter quartum & quintū pedem mouentiū muſculos, duoſq; qui à tibia procedētes digitorū flexu præſunt, fertur. Hac itaq; deorſum tendens exterioris trūci propaginē aſſumit. Cùm uerò ad tibiæ uſque humiliora contendit, unà cum huius ſedis tendinibus per tranſuerſum ligamentum, inter calcem & interiorem malleolum pedis inferiora petit, &
            - Muſculis ibi repoſitis diſtribuitur.
            - Singulorum digitorū inferiori ſedi ſurculos mittit.

## De neruis à ſacro oſſe emergentibus, ex Veſalio, libro quarto, capite decimoſexto.

- Neruorum paria à ſacro oſſe exilientia, quarum
  - Primum par inter os ſacri oßis primum, & infimum lumborum uertebram, eo modo quo paria è lumborum uertebris egredientia procidit, ac mox ab egreſſu ramum in poſteriora, non ſecus atq; ſuperiora paria diffundit, qui etiam ſimiliter atque poſteriores illorum parium rami, digeritur. Priuatim uerò
    - A poſteriori regione, propago utcunque inſignis in muſculos ſpargitur, ab ilium oſſe principium ducentes, ac præſertim in
      - Primum femur mouentium.
      - Cutem clunibus obductam.
    - Ab interiori regione propago emergit cum neruis in crus deducẽdis permiſcetur. Verùm non tota in crus abſumitur, nam cùm ramus ab illa ſecundùm internam ilium oßis ſedem exporrigitur, ſurculos ſpargit in
      - Muſculos abdominis.
      - Muſculum femur mouentium ſeptimum ab interna ilium oßis ſede pronatum.
  - Quinque humiliora paria peculiari procidunt ratione. Nam priusquàm ex ipſo oſſe elabantur, gemina ab utroque latere ſunt, & unus neruus utrobique à ſingulis paribus procidit, in
    - Anteriora & ibi in plures diuiduntur, quorum
      - Tres qui ſuperiores habentur, primi paris modo in crus properant.
      - Duo q humiliores dicũtur, ſexti ſeptimiq; paris propagines ſunt, digeruntur q; in
        - Muſculos ani.
        - Vteri ceruicem.
        - Veſicæ ceruicem.
        - Penem in uiris.
    - Poſteriora, & ibi in plures ſcinditur propagines, quarum aliquæ inſeruntur in
      - Muſculos, dorſum mouentium undecimum & decimumtertium.
      - Membraneum initium muſculi brachium ad dorſi humiliora agentis.
      - Muſculum humani thoracis quartum.
      - Quatuor primos muſculos femur mouentes.
      - Cutem, clunibus obductam.

### ANNOTATIO, EX VESALIO, IBIDEM.

¶ Ab hominis oſſe coccyge nullus exilit neruus. Ideo minimè mirandum eſt, ſi ego à Galeni ſententia procul declinem. In canibus uerò, & caudatis ſimijs ab eiuſmodi oſſe numeroſa neruorum paria eo proſiliunt modo, quo ex thoracis & lumborum uertebris proſilire dictum eſt. Præterea dorſalis medullæ terminus, ex ſexto ſacri oßis oſſe procidens, nerui ritu mihi haudquaquam digeri uiſus eſt, etiamſi à quibuſdã hunc neruum coniuge carentem uocari non ignorem. In homine tamen, cuius ſacrum os, quinque tantùm efformatur oßibus terminus, is ab oſſe procidens, unum utrinq; diffundit ſurculum, hac ratione ſexti paris ſacri oßis uices ſupplens.

## De uena porta, ex Galeno, libro de uenarum diſſectione, capite primo.

**Vena porta**

- Vna breuis, quæ in nonnullis ſola apparet: plurimum autem alijs comitata capillorum modò prætenuibus, in tres ſecernitur, quarum
  - Vna, ad ἔκφυσιν tendit.
  - Altera, ad id, quod à carne pancreon, uel calicreon (id autem caro glanduloſa eſt, ſubſtrata arterijs uenisq́;) perreptat.
  - Tertia, ad pyloron aſſurgens, toti, quæ & circa ipſum, & antè eſt, uentriculi parti diſtribuitur.
- Sex inſigni amplitudine uariè ſcinduntur, nam
  - Prima, ad concauum uentris pergit, & propius pyloron naſcitur (is autem pars ima uentriculi eſt) uerùm ad ipſum uentriculi concauum, non æqualiter ramos mittit. Quandoquidem id omne uentriculi, quod ad ſiniſtram eſt, uſque ad gulæ exortum, aliæ amplectuntur uenæ ex alia ductæ, quæ ad lienem porrigitur.
  - Secũda parua ſatis exiſtens, lienem uerſus uadens, in plures diuiditur uenas, quarum
    - Multæ, quæ obiter pilorum modò graciles in pancreon uadunt.
    - Vna, quæ cùm propè lienem peruenerit, in duas ſcinditur uenas, quarũ
      - Altera, notabili magnitudine ad concauum uentris pergit, ac deinde ad omenti membranam.
      - Altera, ad lienem perreptans, & circa eius medium ſedem habẽs, in multis diuiſa ramis toto uiſcere, qua eſt concauũ, elatior expanditur, multis in ipſum ueluti radicibus inſita. Nec uerò hic tota in ramos exhauritur, ſed mediocri magnitudine ipſius extrema exiſtentes, in duas ſcinditur partes, quarum
        - Altera, à capite eius ad gibba uentriculi ſubit.
        - Altera, ex imo ad omenti ſiniſteriorẽ partẽ percurrit.

### ANNOTATIO.

¶ Accidit enim nonnunquam priuſquàm ad ſplenis caput pertingat, magna uena, ad uentris gibba attollitur, ramos ex ſe tum ad reliquum ſplenem, tum uerò ad concaua uentris uſque ad ipſius os, remittens.

  - Tertia, ad partem ſiniſtram tendens, extremum magnorum inteſtinorum meſenterium ad pedem uſq; complectitur.
  - Quarta, à dextris partibus, poſt tertiam emergens, propter pyloren nata, ad gibba uentriculi effertur, à qua ſubeunte propagines, ad omenti ipſius dexteriorem partem exiſtunt, poſitum, quàm maximè fieri poteſt, ei contrarium habentes, quam modò ad omentum ipſum de lienis infima parte ferri diximus.
  - Quinta, poſt ſuperiorem enaſcens, in dextro latere ad coli inteſtini menſenterium inibi poſitum, numeroſiori uenarum propagine adit.
  - Sexta, inferius orta, ad ſpacium peruenit, quod inter duo iam dicta meſenteria iacet. Hæc enim plurimas uenas habet, quarum pars
    - Prima in ieiunum inteſtinum meat.
    - Secunda, in omne tenue inteſtinum fiſſura multiplici incedit.
    - Tertia — In cæcum inteſtinum, In quandã coli partẽ, qua ipſum cæco adnectitur, — Vadit.

### GALENVS LIBRO QVARTO, DE VSV PARTIVM, cap. 13. & 6. de Anat. adminiſt.

¶ Has uenas omnes, quæ à uentriculo, & inteſtinis omnibus chylum ſurſum ad hepar ferunt, cùm uniuiſſet natura ad portas, rurſus in quamplurimas diuiſit. Primùm, in ſingulos iecinoris lobos inſignes rami inſeruntur. Hi rurſus in multos exiles diffinduntur, tanquam caudex in ramos. Deinde illi rurſus in ſurculos quoſdam, poſtea ueluti in germina quædam tenuia deſinunt, ob eam nimirum cauſam, ut chylus diutius in hepate inmoratus, ob tantum uaſorum plexum, & tranſitus anguſtiam perfectè in ſanguinem tranſmutetur.

### GALENVS IBIDEM.

¶ Venæ uentriculi gibbum complectentes, quæ duæ ſunt, ut præmiſimus, ſuis extremitatibus ſeſe mutuò contingunt, & illarum utraque quibuſdam ſubnixa, ceu fulcris elatior per uentriculi gibbum circumuadit. At uerò cauæ uenæ partes, ab iis diſſimili planè modo ſe habent, eæ ſiquidem contra uentriculum exortæ corpori ipſius adnectuntur, atque inſident.

## Venæ cauæ deſcendentis declinatio, ex Galeno, libro de Venarum diſſectione, cap. VIII.

Vena caua deſcendēs, in iecoris gibbo exorta uarias à ſe propagatur uenas, quarum

- Quædam filorum araneæ modò, prætenues, modò craßiuſculos paulò & aſpectabiliores, priuſquàm ipſa caua in lumbos conſidat, dextra quidem parte, in dextri renis tunicam, ac circumiecta corpora ſpargit ramulos.
- Quædam inſignis magnitudinis, ſiniſtra quidem parte oritur, quæ pluribus diuiſa ramulis, hiſq; filorum araneis ſimilibus nonnunquam craßioribus, ad partes inibi exiſtentes perambulat, ac ſæpenumero à caua ipſa ad renem proficiſcente, propagines mittuntur, quæ in renis tunicam intexuntur, ac uicinis in ambitum locis.
- Duæ, utrinque una, emulgentes dictæ, omniumq; uenarum, quæ à caua propagantur, facile amplißimæ, unaquæque in ſui lateris renem inſeritur.
- Duæ poſt hos emergunt, quarum
  - Altera ad teſticulum dextrum permeat à caua exorta, cui aliquando ab emulgenti dextra ramulus mittitur, quod ſemel tantùm obſeruaui.
  - Altera, ad teſticulum ſiniſtrum uadit: cuius origo ab emulgenti ſiniſtra prouenit, cui ſæpenumero ramulus à caua exortus inſeritur.
  - Hæ igitur uenæ ad teſtes deferūtur, ſiue mas ſiue fœmina fuerit animans.
- Aliæ inde exortæ, tot utrinque eſſe comperiuntur, quot ſunt uertebræ inibi exiſtentes: nam de ſingulis uertebris ad ilia incedunt, ac inde earum poſtrema ad muſculos, qui abdomini prætenti ſunt, attolluntur, qui quidem muſculi ab iis aluntur uenis, ac etiam aliis, quæ tum inter minorum coſtarum ſpacia uerſantur, tum quæ per pectus ad mammas ſupernè deferuntur.
- Duæ in ultimis lumborum uertebris, totum in ſe uas recipientes, ad ſibi ſubiectum crus deſcendunt, & in decem diuaricantur partes, quarū
  - Prima, ad carnes in lumborum longitudinem porrectas (ψόας græci uocant) retrorſum diſtribuitur.
  - Secunda, in partes pilorum ſimiles diuiſa, obſcurè quandoq; ad eam peritonæi partem, quæ ad lumbos eſt, fertur.
  - Tertia, duabus partitur partibus, quarum
    - Prima ad lati oßis muſculos uadit.
    - Secunda, ipſorum miſcetur muſculorum exortui, & ad ſedis muſculos tendit.
  - Quarta, ad uteri partes inferiores permeat, paulò ſupra quā eſt eius ceruicis primus exortus, & in duas diuiditur partes, quarū
    - Altera, teſticulos amplexatur.
    - Altera, ad uteri fundum uſque progreditur, à qua uenæ propagantur, ueſicam ſubeuntes.
  - Quinta, gemino initio exorta, & in unum uas poſtmodum congeſta, per pubis oſſa ad exteriora cum eius neruo porrigitur, atque ita ad inferiores oßis, quod ad pubem eſt, muſculos, ut neruus quoque diſtribuitur.
  - Sexta, per rectos muſculos aſcendens, uenarum extremis coniungitur, quæ per thoracem aſcendunt ad ſubchartilaginea. Ab eadem enim radice uenulæ utrinque ſingulæ in ueterum perferuntur, per quas mammis cum utero maxima eſt communicatio.
  - Septima, ad pudenda pertinet, ſiue mas, ſiue fœmina fuerit animans, & deſcendit per commiſſuram duorum pubis oßium utrinque.
  - Octaua, ad crura procedit ad interiores femoris muſculos.
  - Nona, in macilentis hominibus apparens, de inguinibus primùm oritur, & per ileum regionem aſcendit.
  - Decima, obſcuris ramulis deorſum fertur, & finibus ſuperiorem contingit.
- Duæ, utrinque una, in quas ipſa caua ſecatur, & in crus ipſum deſcendunt, quarum duæ ſunt partes
  - Vena in femur ſpargitur, & in plures diuiditur uenas, quarum
    - Prima, iuxta inguina ſe diffundit, & cum parua arteria in anteriores muſculos ſpargitur.
    - Secunda, utrinque una, ex internis partibus ad genu uſque ſubter cutem diſſipatur.
    - Reliquæ, quæ plures ſunt, ad profundiores femorum partes ſparguntur.
  - Altera, paulò altius quàm femur articulo cum tibia iungitur, & in tres diuiditur partes, quarum
    - Vna, quæ in ſuperficie eminet, per exteriorem partem alterius tibiæ oßis (quod peronam græci appellant) porrecta ad pedis pertingit articulum, & in eius ſuperiorem partem diſſeminatur.
    - Altera, quæ media & maxima eſt deorſum ad poplitem fertur, atq; inde per profundū poſterioris tibiæ partis, quam ſuram dicunt, procedens, non modicam ramorum ſobolem in eius muſculos ſpargit. Ab hac enim duo cum arteria extrema fiunt, quorum
      - Alterum maius, à tibia fertur ad interiora.
      - Alterum, per mediam duorum tibiæ oßium regionem ad interiora pedis perducitur, ac propagini alterius uenæ miſcetur, quæ ab exterioribus tibiæ partibus per poſteriorem tibiam deſcendit. Hæc enim infima quæque pedis commiſtis tibiæ primæ particulis complexa eſt.
    - Vltima, quæ interior eſt, ad anteriorem tibiæ partem (ocream latini appellant) procedit, ac inde ad malleolum peruenit, ad ipſum tibiæ extremum. Hæc enim ad ſanguinem mittendum commodißima eſt, & ipſa quoque per ſuperiores pedis partes diſcurrit.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0058-4 DFG

## Aſcendentis uenæ cauæ deſcriptio, ex Galeno, libro de Venarum diſſectione, cap. II. III. IIII. V. VI. & VII.

**Vena caua aſcendẽs ex cõuexo hepatis orta, in innumeras diuaricatur uenas, quarũ**

- Duæ ſtatim poſt ſepti tranſuerſi tranſitum in ipſa præcordia ſparguntur.
- Plures capillorum modò tenues, quarum pars
  - Vna, ad membranas thoracem interſepientes, quas mediaſtinum uocant, tendit.
  - Altera, ad tunicam illam, quæ cordis exiſtit inuolucrum, græci περικάρδιον, tendit.
- Vna, poſt has mediocri magnitudine in dextram cordis aurem fertur: ab aure mox in ſinum eius dextrum magnũ, & in duas partitur uenas, quarum
  - Altera, arterijs ſimilem nacta tunicam, in pulmones currit.
  - Altera, perquàm exigua, per exteriorem cordis ſuperficiem, in totũ eius uiſceris corpus ſpargitur.
- Vna, coniugij expers, græcis ἄζυγος, priuſquàm ramus ad cor pertingat, ad inferiorem thoracis partem, quæ octo coſtis conſtat, defertur, quæ in pluribus animantibus ad ſiniſtram thoracis partem, quintam dorſi uertebram aſcendit. At in ſimijs, paulò ſupra aurem cordis in dextra parte ſita eſt. In cæteris uerò, ut in hominibus, ex ea emergitur parte, qua iam cordis aurem uena caua tangit: hinc per ſpinam delata, utrinque coſtis octo inferioribus ad diaphragma uſq; & membranam interſepientem diſtribuitur.
- Aliquæ prope iugulum oriuntur, filorum araneæ modò prætenues, quæ permeant ad membranas thoracem interſepientes.
- Duæ prope id gladium, quem thymum nominant, prouenint, & utroque in latus inclinant, & à media regione paululum diuertunt. Ex his enim ambabus, dum ad ſibi uicinam clauiculam aſcendunt, ac etiam de alijs uenis per anteriores thoracis partes procedentibus radices multæ meant.
- Duæ poſt has magnæ, in ramos ſe ſcindentes, prodeũt, et in tres diuidũtur partes, quarum
  - Prima, alit
    - Intercoſtalia ſpacia ſuperioris thoracis.
    - Loca circa ſcapulas exiſtentia.
    - Nonnullos ex interioribus colli muſculos.
  - Secunda, pluribus diuiſa partibus in foramenta ſextæ colli uertebræ ſe diffundens, ad caput uſque defertur.
  - Tertia, quæ reliqua pars eſt, quantumcunq; illa ſit, ad axillas porrigitur, à qua multæ proueniunt propagines, quarum
    - Quatuor ſic diſpenſantur, uidelicet
      - Prima, eaq; prætenuis muſculis, qui à medio pectore ad humerum feruntur, diſtribuitur.
      - Secunda, in ipſa axillarum glandulоſa membranoſaq; corpora ſpargitur, perexigua ea quoque.
      - Tertia, craßitudine prædita mediocri, deorſum iter habens per eaſdem expãditur partes: utraque autem per ſuum thoracis latus, deorſum uerſus cum tenui neruo porrecta, ad ſubchartilaginea uſque delabitur.
      - Quarta, deniq; poſt has, iuxta eã, quæ per axillam in manũ fertur, prominens, in duas diuiditur uenas, quarum
        - Altera, diſpenſatur in
          - Muſculos, qui cauam ſcapularum partem ſubſternunt.
          - Muſculum, qui in ipſa axilla eſt maximus.
        - Altera, quæ reliqua pars eſt multiplici ſobole per manũ excurrit totam, ad hunc modum, per brachia quidẽ intimis magni muſculi partibus, ac cæteris ferè huius loci muſculis porrigitur, ex cuius ramis
          - Vnus, per interna percurrens, circa brachium in orbẽ complicatur, poſterioremq; ipſius regionem ita perreptans, mox in exteriorem partem, eandemq; anteriorem, ſubit ad cutem, atq; illinc deorſum tẽdit, donec ad brachij commiſſuram perueniat.
          - Poſtremus, uerò aliquando paululum brachij nodum excedit, nonnunquam multò ulterius progreditur ſub cute, ſecundum os cubiti deorſum tendens.
    - Reliquũ uerò ad mediũ peruenit cubiti articuli flexũ & ad intimas eius loci muſculorum partes propagines expãdi, et p .p fundum ad poſteriores, pariterq; et ad anteriores muſculos. Verũ priuſquã in cubiti articuli flexũ ingrediatur, diuiditur in
      - Venas cõplures ſuperficiales, q̃ neq; numero neq; magnitudine æquales ſunt. Nã obſcurè enim ſi laqueo brachiũ interceperis, etiã citra diſſectionẽ uidere eas licebit in alijs aliter poſitas eſſe, idq; in primis cõuenit aſpicere in hominib⁹ latiores uenas habentibus, quanq̃ in ſimijs quoq; cũ diſſecantur, eadẽ, quæ in homine omnia uiſuntur, atq; magna ex parte una qdẽ uena à magna propagatur, ad inferiora magis obliquè declinans, ac ſubinde altera ex inferiorib. cubiti partib. multiplici ſparſa ſobole ad eũ peruenit modum, quo cubitus extremæ manui committitur καρπὸς græci, latini brachiale uocant, ac tertia circa medium maximè cubitum. Ab his rami aliqui oriuntur, q uadũt partim ad
        - Medij digiti partem.
        - Indicẽ.
        - Pollicem.
      - Elatißimũ ramũ ſimul et maximũ, q in medium flexũ quo cubitus cũ brachio coit, peruenit. Quo etiam humerariæ portio aliũde exortæ cõfluit, quo fit, ut utraq; ex ſe ramum dimittẽs, eã conficiãt magnã uenã q̃ cõmunis, nigra, media, & funis dicitur, q̃ qdem tres uenæ brachiũ excurrentes ſic ſe habẽt
        - Prima, q̃ humeraria eſt, à cubiti flexione profecta, et per radiũ porrecta, ad cubiti tuberculũ qđ brachiali adhæret, peruenit, ac inde mox infimæ eidẽq; extimæ brachialis parti diſtribuitur. Secunda, quæ axillaris ſiue iecoraria dicitur, inferius ad externam manũ perreptat. Ab his, qua parte communis uena oritur, duo, ab utraque ſinguli in profundum procurrunt rami, ibiq; ſimiliter mutuo complexu coniunguntur, ex quibus rurſum aliæ duæ uenæ fiunt, quarum una ———
          - Elatior eſt, per mediã craßitudinẽ progreſſa, ad exteriorem par ui muſculi partẽ permeans, per profundũ porrecta exterioris manus, quæcũq; nacta fuerit oßi cõplectitur.
          - Demißior, ad interiorem manum diſcurrens, ad paruos uſque digitos, & ad medij partem fertur.
        - Tertia, quæ ex confluxu coituq; ramorum, duarum ſuperiorum uenarum conficitur, cõmuniſq; appellata, ab anterioribus cubiti partibus exiens, primum conſcendit radium, ac deinde in extimã euadit partem, ubi in duos ſcinditur ramos, quorũ
          - Alter, ad radij extremum, quod brachiali adnectitur, procedit.
          - Alter, ad ſummum permeat cubitum, qua & ipſe brachiali adhæret, ibiq; uenam contingit, quæ ab humeraria propagari retulimus.

*

- * Duæ è medio duarum uenarum cauam ſcindentium, utrinq; ſcilicet unà oriuntur, & per totum ſeruntur thoracem, oſsi quidem pectoris ſubditæ, uſq; ad radicem eius cartilaginis, quæ græcis ξιφοειδὴς dicitur, à quibus quàm plures oriuntur ramuli, quorum pars
  - Vna, in duas diuiditur partes, quarum
    - Altera tam dextrorſum, quàm ſiniſtrorſum obiter ad ſingula coſtarum interualla ramulum mittit, quo coniunguntur extremis eius uenæ, quæ ſpacia intercoſtalia perreptat.
    - Altera, extra thoracem emergens, ad ſubſtratos illic muſculos incedit.
    - Ex his proueniunt aliquæ uenæ eminẽtes, quæ ſub cute extant, quæ ſub cartilagineis protenditur, cum quibus aliæ rurſum committuntur, de inguinibus ad ſuperiora tendentes.
  - Altera, tum in mammas, tum in reliquum pectus prolabitur, rectis ſubnixa muſculis. In quos partem tranſmittit, unde non modica earum portio cum uenarum aliarum poſtremis, quæ de imo ſurſum attolluntur, conuenit.
- Aliquæ paruæ, ac tenues, ad membranaceum cordis inuolucrum (περικάρδιον græci nominant) proficiſcuntur, & cum arteria quæ à corde ſurſum effertur, ſe porrigunt.
- Vna utrinque, quæ porrò clauiculæ adiacẽt cauæ uenæ membris oritur, quæ quidem conſeſtim aſſurgẽs, bipartitò ſcinditur, duas ædens magnas uenas, quarum
  - Altera, per anteriorem auerſamq; colli partem ad interiora magis recedens, effertur.
  - Altera, in partem anteriorẽ deorſum ſubſidens, mox ſurſum ſublata clauiculam amplectitur, ad ſuperiorem alteram extrinſecus cõtendens, à qua plures oriuntur uenæ, quarum
    - Aliquæ araneæ telæ filorum prætenues ſunt obliquæ, in extimam colli partem declinant.
    - Vna quæ humeraria dicitur, de qua dictum eſt, ſatis notabilis uiſitur cum uena ad collum ſubeunte. Hanc enim humerariam appellant, quod ad humerum feratur, ac inde ad brachij curuaturam, ut præuiſimus.
    - Duæ utrinque humerariæ minores, quarum
      - Altera, elatiorem nacta radicem uſque ad ſummum humerum conſcendit, ac in proxima quæquè corpora tranſiens occultatur.
      - Altera humilior, ac depreſsior, per profunda magis ſubreptans, ſecundum magnum muſculum ab oſſe pectoris enatum, ad caput brachij peruenit.
- Quatuor quæ iugulares dicuntur, eo quòd propè iugulum oriantur. In has enim reliquum quod de caua ſupereſt bipartitur in dextram, & pariter in ſiniſtram ceruicis partem, quarum aliæ ſunt
  - Superficiales duæ, utrinq; una, quæ protinus aliquando finditur, & pars ipſius utraque uel æqualis apparet, uel inæqualis. Nunquam ulterius multò procedit, & aliquando ita longè, ut per maxillam ſcindatur, quarum
    - Altera in plures diuiditur ramos, quorũ
      - Qui magni ſunt, in totam inferiorem maxillam ſparguntur.
      - Qui parui ſunt, in inferiorem maxillam diuaricantur.
    - Altera, circa aures, caputq; excurrit.
  - Intimæ duæ utrinque uidelicet una, in duas diuiduntur partes, quarum
    - Altera emiſsis à ſe pluribus propaginibus, cum una cõmiſcetur, quæ ab ea quæ circa clauiculam cõtorquetur, oritur, à quibus eæ oriuntur uenæ, quæ permeant in
      - Guttur.
      - Gulam.
      - Profundos iuguli muſculos.
      - Adiacentia linguæ membra.
      - Linguam.
    - Altera, quæ reliqua pars eſt, ad cerebrum aſſurgens, in caluam excidit, per extimam λαμβδοειδὴς ſuturæ partem, ibiq; in menynges & cerebrum ipſum, diuerſimodè, in innumeras ſpargitur propagines. Verùm priuſquàm ad commiſſuram prædictam perueniat, duos ipſe permittit ramos, quorum
      - Maior, primæ & ſecundæ uertebræ commiſſuram inſeritur.
      - Minor, pili modo inter caput & primã uertebram permeat.

## Venæ portæ adamuſsim delineatio, ex Veſalio, libro tertio, capite quinto.

In iecoris ſubſtantia ab omnibus demiſsioribus et quæ orbiculatim conſiſtunt extremis ipſius partibus, exiguæ admodũ innumeroſæq; uenarũ propagines incipiũt, quæ uerſus iecoris medium porrectæ, ſenſim in maiores ſoboles, & inde in grandiores adhuc tãtiſper coeũt, donec omnes in quinque, interdũ etiam in pauciores ramos colligantur, qui in caua iecoris regione uerſus eius medium, ad interiora tamen & poſteriora, iuxta dorſum magis uniti, unam grandem & impenſe amplam conſtituunt uenam, quæ uena portæ nuncupatur. Hæc ad eum modum ex iecoris cauo enata, obliquè deorſum uerſus ſiniſtrũ procedit, & in quamplures digeritur ramos, quorum

- Duo ualde exigui, ex anteriori ſui parte bilis ueſiculæ ceruici diſtribuuntur, ac inde in uniuerſum ueſiculæ corpus excurrunt, eo quidem modo quo in alba oculi tunica uenulas porrigi cernimus.
- Vnus, nuper commemoratis inſignior inferiorq;, ab elatiori anteriorìq; uenæ corporis ſede, uerſus dextrum latus habetur, qui humilius uentriculi orificium, & huius portionem huic iuxta dorſum proximam aliquot ramulis adit.
- Vnus, totius uenæ caudex deorſum protenſus, ſuperioribus prius diffuſis ramis, in duos maximos bipartitur trũcos, quorum
  - Dexter qui humilior & gracilior exiſtit totus, penè in meſenterium & inteſtina exhauritur, uerùm in primis in tres diuaricatur ramos, quorum
    - Primus, qui inſignis eſt magnitudinis dextro in latere enatus, in duas diuiditur uenas, quarum
      - Altera, omenti ſuperiori membrana ſuffulta, ac ſub dextra uentriculi fundi ſede tranſuerſi producta, in anteriorem & poſteriorem fundi uentriculi regionem multa quidem ſobole intertexitur.
      - Altera, eodem ferè modo, innumeras uenularum ſoboles, per totam dextram ſuperioris membranæ omenti regionem, diffunditur.

### ANNOTATIONES.

¶ Quòd tres iſti rami ſoboles ex ſe propagauerint, cùm prorſus ſint innumeræ, dictu quidem eſt arduum. Deinde non omnibus eandem diſtributionis exhibent ſeriem, quamuis (ut diximus) ad inteſtina illæ excurrant propagines.

¶ Ramum portæ, quem ſub recto inteſtino decliuem porrigi ſcripſimus, nõnunquam ad fœculenti ſanguinis per ani uenulas, ſanguine interdum manantes, expurgationem plurimùm conducere arbitror. Rarius enim ex uniuerſo corpore hæmorrhoidum uitio laborantibus, ad uenæ cauæ ramulos in ſedem pertinentes, lutoſum eiuſmodi ſanguinem regurgitare, ueriſimile nobis uidetur.

    - Secũdus, primo ſubſequitur, uerùm non ſemper eodem loco originis ſuæ principium nãciſcitur, inde tum diffunditur in
      - Duodenum inteſtinum.
      - Principium ieiunij inteſtini.
      - Omenti regionem, quam perreptat.
      - Glanduloſum corpus, quo ſuſtinetur.
    - Tertius, qui truncus maximus eſt deorſum perreptat, quamprimũ meſenterio à dorſo naſcẽti cõmittitur, in tres præcipuos diuaricatur ramos, quorum
      - Duo dextrorſum exorti & in innumeras uenarũ ſoboles diuaricati, inter duas meſenterij mẽbranas producũtur, atq; inferiorẽ poſterioremq; inteſtinorũ partem, meſenterio alligatam, complectentes, finiũtur in
        - Ieiunum.
        - Ileum.
        - Cæcum.
        - Dextrã coli ſedem.
      - Tertius ſiniſtrorſum exortus, etſi etiam ipſe, cum ſuperioribus in omnes inteſtinorum diſtribuatur partes, ex ſe tamen inſignem uenam in ſiniſtrum meſenterium mittit, quod colum à liene ad rectum uſque inteſtinum dorſo alligat, in plures diuaricatã ramos, porrigit, quorum unus inſigni magnitudine inter duas ſui meſenterij membranas, intertextus ſecundum coli finem deorſum ſub recto inteſtino prorepit, multas uenulas, ad eam inteſtini partem, qua porrigitur, depromens. Verùm cùm ad recti inteſtini extremum uſque contendit, in plures utcunq; exiles diffunditur ramos, qui finem ipſius inteſtini orbiculatim amplectuntur.
  - *

## *Reliquum proximæ præcedentis Tabulæ.*

* Siniſter, qui elatior & minor exiſtit, tranſuerſim ad inferiorẽ omenti membranam, quà hæc poſteriori uentriculi ſubijcitur regioni, properat, hacq́; omẽti ſede, deinde & glãduloſo corpori huic membranæ innato ſuſtinetur, apteq́; ſuffulcitus, in plures notatu dignas diuaricatur uenas, quarum

- Vna, non procul ab ea ſede, qua à portæ caudice ſiniſter ſcinditur truncus, inferiorisq́; omenti membranæ implicatur, ab elatiori ipſius regione exoritur, quæ non admodum frequenti ramorum ſerie in uentriculi gibbum, quà dextram dorſi ſedem id ſpectat, diffunditur.
- Vna, in altera eius ſiniſtri trunci humiliori ſede, prædictæ quodammodo in ortu reſpondens, enaſcitur, quæ deorſum tendens, dextrorſum prorepat, & propagines multas inſerit in
  - Dextram inferioris omenti membranæ regionem.
  - Colum inteſtinum, ea parte, qua hæc omenti membrana id continetur.
- Aliquæ, poſt emergentes, in glanduloſum corpus, inferiori omenti membranæ innatum ſparguntur.
- Vna, poſt illas exoritur quæ omnium uentriculum adeuntium capacißima habetur. Hæc inferiori omenti membrana continetur, & obliquè ſurſum uerſus ſiniſtrum latus ſub uentriculo, qua dorſo id immititur, prorepit, & in plures tandem diuiditur ramos, quorum
  - Duo utrinque, ſcilicet unus, mox in aſcenſu huic uentriculi ſedi exporrecti, multis ſurculis adhærens.
  - Vnus, totius uenæ reſiduum ſurſum ad elatius uentriculi orificium, per uentriculi poſteriora exporrectus, ad dextrum orificij latus emergit, & totam anteriorem ſedem ambiens, ſecundum ſiniſtrum eius latus denuò in poſteriora retorquetur, ac coronæ modo uentriculi ſuperius orificium concinnè perreptat, in progreſſu rectà deorſum in uentriculi corpus ramos geniculatim offerens. A ſuperiori autem ſede, ramulos diffundit in ſtomachi terminum, qua is uentriculo continuatur. Præterea ab ipſa coronaria uena inſignis propago pronaſcitur, & in inferius uentriculi orificiũ diſcurrit, frequentibus utcunque uenis amplexans, ramosq́; in progreſſu in priorem poſterioremq́; uentriculi ſedem ſpargens.
  - Vna, altera parte exoriens, non ita longè ab initio in duos ramos plurimum ab inuicem diſcedentes bipartitur, ex quibus denuò quamplures emergunt ſurculi, qui deorſum prorepunt, & in
    - Colum inteſtinum
    - Omenti membranam
    - Excurrunt.
  - Duæ, quæ totius trunci reliquum in ſe complectuntur, ad lienem tranſuerſim accedentes, in multos partiuntur ramos, atq; hi denuò in alios tantiſper dirimuntur, quouſque numeroſa ramorum ſerie in cauam ſimam'ue lienis ſedem inferiori membrana omenti perpetuò ſuffulti, implantãtur, quorũ ramorũ
    - Vnus, ſatis tenuis, ab infimo ramo, inferiora lienis petente, priuſquàm ſiniſter portæ truncus in frequentißimas ſoboles diſpergatur, aliquãdo prodit & in ſiniſtram inferioris membranæ omenti ſedem, uno atque altero ſurculo diſpenſatur.
    - Alter, à ramo quopiam, ex illis qui ad ſuperiorem lienis regionẽ repunt, iuxta lienem exoritur, qui dextrorſum delatus, atque omenti ſuperiori membranæ intertextus, in eam pertingit uentriculi ſedem, quæ elatiori lienis ſedi propinquior uiſitur.
    - Alter, à muſculo ramo imam lienis ſedem antecedente, exurgit utcũq;, inſigni amplitudine donatus, in duas diuaricatur uenas, quarũ
      - Altera, perinde atque nuper dicta dextrorſum retorquetur, & ſiniſtram uentriculi fundi regionem prorepat.
      - Altera, ſiniſtra, perinde ac dextra ſpargit ſurculos in
        - Siniſtram fundi uentriculi ſedem.
        - Superiorem omenti membranam, in ſiniſtram ipſius partem.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0062-5

## Quot ſint uniuerſaliter totius corporis uenæ, ex Veſalio.

*Quot in uniuerſum corpus uenæ deriuentur, ſi uniuerſæ earum ſoboles enumerandæ ſint, indicare arduum prorſus eſt, atq; propemodũ impoßibile. At ſi uenæ propriam exigentes circumſcriptionem, ac ueluti proprijs terminis finitæ, duntaxat numero quodam ſint complectendæ, in procinctu eſt numerus. Ideoq; rectè dici poteſt, quod in natis, abſolutisq; hominibus, omnes uenæ ut plurimæ quaternario numero comprehenduntur, quæ cæterarum omnium radices cenſentur, atque*

- *Prima, ex caua iecoris ſede prodiens, in* — Bilis ueſiculam, Lienem, Ventriculum, Omentum, Inteſtina, Meſenterium. — *Excurrit.*
- *Secunda, ex gibbis iecoris, aut (ut quibuſdam uiſum eſt) ex dextro cordis ſinu originem ſumens, in reliquum corpus ſolis exceptis duntaxat pulmonibus, innumera ramorum ſerie diſpenſatur.*
- *Tertia, è dextro cordis ſinu nata frequenti admodum propagine, in pulmones digeritur. Verùm hanc uenam hoc ſibi peculiariter uendicare ſcias, quod arteriarum conſtet corpore, unde etiam arterialis uena nuncupabitur.*
- *Quarta, ab umbilico in iecur (ut ſic dicam) producitur, ac ad fœtus nutritionem duntaxat animali ſamulatur. Verùm in uenarũ numero haud rectè hic cenſeri poteſt, uixq; propria circumſcriptione donatur.* — *Ab his itaq; uenis reliquæ omnes, quæ in toto corpore occurrunt, originem mutuantur, eisq; continuò ſunt.*

## Venæ cauæ eius uidelicet partis, quæ ſupra iecur per thoracem ad iugulum uſq; prorepit, deſcriptio, ex Veſalio, libro tertio, cap. VII.

*Vena caua aſcendens ex gibbo iecoris, aut (ut quibuſdam uiſum eſt) ex dextro cordis ſinu originem ducens, ac per ſuperiora proreptans, in ipſo ſepti trãſuerſi trãſitu, duas non uulgares in ipſum ſeptum uniuerſum, multiplice ſobole à ſe dimittit uenas, à quibus ramuli nonnulli in cordis inuolucrũ, quod ſepto cõmittitur diffunduntur. Cùm primũ uerò caua ipſa ſeptũ tranſuerſum ſuperauit, modicè uerſus ſiniſtrũ cordisq; baſis dextrũ latus procedẽs, ſiniſtro ipſius latere adaperitur, atq; in dextrũ cordis ſinũ pertinet. Non quidẽ ut Anatomicorum uulgaris opinio tenet, aliqua propagine aut ramo quopiam, uerùm duntaxat foramine quodã ſeu ſciſsione adeò ampla, ut cauæ uenæ amplitudo ipſi neutiquam conferenda ſit. Deinde ad ſuperiora tendens, ex ſe quamplures emittit uenas, quarum*

- *Vna, à ſuperiori ipſius cauæ ad cor connexus ſede, in lucem promitur (non ut Galenus docet, exigua) quæ ſecundum cordis poſteriora & ſiniſtrum latus ita porrigitur, ut cordis baſim coronæ modo ſuccingat, ac ab inferiori ipſius ſede ramos deorſum ad cordis uſque mucronem diſpergat, quorum præcipui ſunt, qui cordis ſubſtantiam illic petunt, ubi hæc eſt craßiſsima. Vnde frequentiores uenas ſiniſtra cordis lateri, & ubi ſinuum ipſius ſeptum conſiſtit, occurrunt.*

  ANNOTATIO.

  ¶ *Prima hæc uena interdum gemina uiſitur, grandiori quidem à poſteriori ſede orificij cauæ uenæ initium ducente, minori uerò ab eius anteriori ſede. Verùm longè ſæpius unica tantùm obſeruatur, etiam ſi Galenus hanc perpetuò geminam eſſe ſcripſerit.*

- *Vna magna (quam Græci ἄζυγον, nos uenam abſq; cõiuge uocamus) poſtquã hæc cordis inuolucrũ tranſcendit, atq; in pulmonis dextræ partis cum ſiniſtra connexum ſuperauit, à dextro latere proficiſcitur, ac inde deorſum ad quartæ propemodũ thoracis uertebræ corpus cõtorquetur & decliuis ſecundum dextrum uertebrarum latus porrecta, ſuo fine unà cum magna arteria, ſub ſepto tranſuerſo ad aliquot lumborum uertebras pertingit. Ab hac enim utrinque geniculatim uariæ pullulant propagines, quarum*
  - *Aliquæ ad unum nouem coſtarum inferiorum interuallũ proreptantes, cõtendunt in*
    - *Venarum coſtarum interualla, ad eam uſque ſedem, ubi hæ in cartilaginem degenerant.*
    - *Spuriarum coſtarum interualla, etiam in anteriora magis abdominis quàm interualla pertinent, ipſis abdominis muſculis, etiam implicitæ,* — *In ipſo autem per coſtarum interualla trãſitu, ramulos diffundũt, qui in muſculos illi thoracis ſedi incumbentes, diſperguntur.*
  - *Aliquæ ſurculos mittuntur in*
    - *Membranas thoracem interſepientes.*
    - *Singulas uertebras ſecundum quas deducuntur.*
    - *Dorſalem medullam.*
    - *Muſculos his ſedibus accubantes.*
  - *Vna, quam primum eius originis truncus ab ortu uertebras cõtingit, exoritur, & in tenues diuiſa propagines, ſui lateris coſtas nutrit. Nam in membranã coſtas ſuccingentem diſtribuuntur, & ubi primũ tranſuerſim uertebræ illius cui exporrigitur corpus trãſcẽdit, in duos diffunditur ramos, quorũ*
    - *Alter, ſurſum.*
    - *Alter, deorſum.*
    - — *Iuxta coſtarum radices fertur, ac ſuarum coſtarũ interuallis ramos deriuat.*
- Δ

## *Reliquum proximæ præcedentis Tabulæ.*

- △ Duæ magnæ in unoquoq; latere, dextro uidelicet & ſiniſtro, à quibus omnes uenæ cauæ partis ad elatiora corporis porrectæ ſoboles pendent, propè iugulum ubi glanduloſum corpus hic paßim ad ſtratum habetur, exoriuntur, quæ primis thoracis coſtis innixæ poſtquàm aliquos à ſe diſparſerunt ramos, ſub clauicula in axillam properantes, multas ex ſe propagines mittentes, quarum
  - Vna, ſui tenaci radice exilis enata, deorſum per coſtarum radices ad tertiam uſque coſtam exporrigitur, exiguas ſoboles tribus ſuperioribus coſtarum interuallis, & aliquando duntaxat duobus deriuans. Verùm non ſemper ab eius, quæ axillam petit radice pronaſcitur, cùm nonnunquā à caua priuſquàm in duos illos grandes truncos bipartiatur, principium ducat. Interdum uerò aut omnino abeſt, aut araneæ filorum modo prætenuis eſt, quum breuiora earum coſtarum interualla ab ipſis incumbente uena, quæ axillam petit, aliquando autem à uenæ pari carentis propaginibus in dextro potißimùm latere ſatis nutrimenti aſſumant.
  - Duæ utrinque, uidelicet una ab anteriori ſede illius magnæ in iugulo bipartitionis prodeunt, ac inde introrſum parumper ductæ, ſub pectoris oſſe deorſum perreptantes, ſecundum pectoris oßis latera, ubi coſtarum cartilagines ipſi coarctantur, decliuis ad abdominis ſuperiora tendunt, in toto ſuo progreſſu propagines mittentes in
    - Sex ſuperiorum coſtarum interualla.
    - Muſculos pectori incumbentes.
    - Mamillas, ſi modò ad has à uenis pectoris oßis exporrectis ſurculi deriuentur.
  - Vna ampla, priuſquàm truncus è thorace in axillam tranſeat, non ita procul ab ipſius initio, ex elatiori ſede depromit, quæ ſurſum obliquè in poſteriora tendens, ad tranſuerſos uertebrarum ceruicis proceſſus deducitur, & per foramina illis priuatim exculpta ſurſum aſcendens, diuerſas ex ſe producit propagines, quarum
    - Aliqua permeant in
      - Muſculos uertebris proximè adnatos.
      - Dorſalem medullam.
      - Ipſas uertebras.
      - Vnumquodq; foramen neruorum exortibus, in ceruicis uertebris inciſum.
    - Quod reliquum eſt in caluariam contendit, peculiare ſibi cum ſua coniuge arteriæ foramen obtinens. Vbi uerò uena ei caluariæ amplitudinem pertingit, in quandam duræ cerebri membranæ ſinum (ut poſtea dicemus) exhauritur.
  - Vna, priuſquàm truncus axillam contingat, ex ipſius poſteriori regione principium ducit, ac in muſculos diſpenſatur, humilioribus ceruicis & thoracis elatioribus uertebris adnatos, ac capitis dorſiq; & thoracis motibus famulantes.
  - Vna, ubi truncus axillam petens inter primam thoracis coſtam & clauiculam ex thoracis cauitate progreditur, emergit, quam in ſequenti figura humeralem uocabimus.
  - Duæ, utrinque ſingula, ubi earum truncus decliuis ductus, glandulas in axilla ad firmam uaſorum diſtributionem, contingit exoriuntur, quarum
    - Altera, ad thoracis anteriora deducitur, & in
      - Muſculos à pectoris oſſe & coſtis, ad brachij os & ſcapulam pertingentes.
      - Pectoris cutem } In mulieribus.
      - Mammillas. } In mulieribus.
    - Altera, ad thoracis poſteriora perreptans, in muſculos cauam ſcapulæ ſedem occupantes, ac in uicinas partes multiplici ſobole digeritur.
  - Vna, poſt has, exiguis ſurculis diuaricata, prodit, in glandulas & membranas ſe inſerēs, quæ inibi uaſorum diſtributionibus eorundemq; colligationibus præſunt.
  - Vna gracilis, quæ nonnunquam à priori, & quæ pectus, accedit, uena: interdum uerò ab ipſo, qui in axilla conſiſtit trunco, utcunque exoritur, quæ deorſum ſecūdum thoracis latus exporrecta potißimùm in muſculum, cuius beneficio brachium decliuem, dorſo admouemus.

## De uenis, quæ in brachia, ulnas, & extremas manus excurrunt, ex Veſalio, libro tertio, capite octauo.

- Venas duas à caua in manum propagari prius relatū eſt, quarum altera dicitur
  - Humeraria, ab externo latere exterioris iugularis longè minori quā uulgus arbitratur, interuallo, & interdum à cōmuni cum axillari trūco, quà is primam thoracis coſtā ſuperat, principiū ducens ad poſteriorem claniculæ ſedem contorquetur, ac ſub ſummo humero prorepens, inter internū latus muſculi brachium ad pectus ducentis, in brachiū procedit, quàm plures à ſe dimittens ramos, quorum
    - Vnus, ab ipſius elatiori ſede, non procul ab exortu, emergit, ac numeroſa uenularum ſerie diffunditur in
      - Muſculos poſteriores, ceruicem occupantes.
      - Cutem illius regionis.
    - Vnus, qui grandior eſt, poſt primum exortus, in gibbam ſcapulæ ſedem frequenti etiam ſobole diſpergitur.
    - Aliqui, ubi humeraria iam ad ſummū pertendit humerū, atq; ſub illo in brachiū prorepit, in ſummi humeri cutem, exoriuntur, quorū præcipui digeruntur in
      - Cutem muſculum contegentem, qui brachium attollit.
      - Mamillarum interdum uſque cutem, in mulieribus tantum.
    - Aliqui graciles, in toto humerariæ ipſius proceſſu, uſq; ad cubiti articulum, ſeriatim utrinq; emergunt, qui in cutem ſibi proximam, anterioremq; muſculi cubiti flectentium prioris ſedem diſpenſantur, ac partim rectà, partim oliquè & tranſuerſim in cutem ita prorepunt, ut interdum uerſus internā brachij ſedem ad axillaris uenæ ſoboles in cutem digeſtas pertinere, cum illisq; coire uideantur.
    - Tres totius humerariæ trūcum in ſe complectentes. Nam ubi humeraria ipſa cubiti attingit articulum, iuxta exterius humeri tuberculum, in tres diuiditur uenas, amplitudine interdum æquales, nonnunquā uerò unà cum cæteris ampliori, quarū
      - Prima, quæ frequētiſſimè in hominibus deficit, penitus obliqua deorſum ad medium flexus cubiti articuli defertur, atque ſub muſculorum ſecundos tertioſq; digitorum articulos flectentiū, hinc q; ab humero & ulna originem ſumentium capitibus in aliquot ramos digeſta, ceſſat, neque (ut Galenus ſcribit) alicui axillaris uenæ ramo commiſcetur. Vt enim Galenus axillaris uenæ portionem ſub muſculis reconditam minus rectè deſcripſit, ita etiam primæ huius humerariæ propaginis (ſi quando hæc unquam cernitur) ſeriem non eſt aſſecutus.
      - Seunda, paulò ſupra cubiti articulum deriuans, cæteris plerunque craſſior habetur, & obliqua ſub cute ad cubiti cum humero articuli flexus medium deſcendit, ac cum axillaris uenæ ramo, inferius deſcribendo, coit. Quo fit ut ex utriſq; uena illa exoriatur, quæ paſſim communis appellari ſolet.
      - Tertia, deorſum obliqua prorepens, per radiū iuxta mediū ipſius longitudinis in externā cubiti regionē perfertur, quā ubi attigit, ſurculos quoſdā in proximā ſibi cutē depromit, ac inde uerſus brachialis radicē obliquè prorepēs, alteri inibi cōmiſcetur uenæ, ab axillari deriuāti, à qua non parū adaucta, externā brachialis ſedē cōſcendit, ibiq; in aliquos diducta ſurculos errabundo ductu ſparſos, currit in
        - Regionem quæ ante paruū digitum & annularem habetur.
        - Externā minimi et annularis digiti regionē.
  - Axillaris, quum primùm axillam ſuperat, brachiumq; ſubingreditur, inter muſculos brachij os amplectentes delitefcit, præcipuè uerò inter anteriorem ſedem primi ſeu interioris cubitum extendētis, & poſteriorē ſedem tendinis muſculi, quo brachium pectori admouetur, & deinde iuxta cubitū flectentium muſculorū poſteriorem: & in plures diuaricatur propagines, quarum
    - Vna, illis uenulis è regione educta, quæ ab axillari in glandulas hic repoſitas digeruntur, capitibus muſculorum, quorum ope cubitus extenditur, inſeritur.
    - Vna poſt hanc, ſed demiſſiùs, ex poſteriori ſede enata, diſpenſatur in
      - Eoſdem muſculos.
      - Externæ brachij ſedis cutem.
    - Vna, notatu dignæ amplitudinis, ab externo latere diffunditur & obliquè deorſum ſub humero ad externum uſque ipſius tuberculum deſcendit, ac ſub muſculis cubitum extendentibus occulta, in duas ſcinditur partes, quarum
      - Altera, capitibus muſculorum ab externo humeri tubere pronaſcentibus, ramulos quoſdam exhibet.
      - Altera, aliquo uſque in externam cubiti ſedem prorepēs, ſimul cum neruo brachium petentium quarto inferius, permeat.
    - #

## *Reliquum proximæ præcedentis Tabulæ.*

- ⌗ Duæ, totum in ſe axillarem cõplectentes truncum, quarum
  - Altera, interiùs in profundo toto ductu ſubmergitur, ac arteriæ in manu exporrectæ attẽſa, ſimul cum ea diſtribuitur muſculis cubitum flectentibus, membranisq; neruos contegentibus propagines offerens. Deinde cubiti articulũ ſuperat, in duos diuiditur ramos, modicè ab inuicem recedentes, ac muſculis quos proreptant ſurculos implicantes, inde unà cum tẽdinibus internã ſummæ manus ſedẽ petũt, quorũ
    - Alter, qui ſecundum radium per cubitum porrigitur, ſoboles ſpargit in
      - Muſculos externam uolæ ſedem occupantes.
      - Digitos, ut
        - Medium.
        - Pollicem.
        - Indicem.
    - Alter, qui ulnæ exporrigitur, ſoboles aliquas dimittit in
      - Muſculos, qui primo pollicis oſſi connaſcuntur.
      - Digitos, ut
        - Annularem.
        - Minimum.
        - Medium.
  - Altera, ſenſim ex alto ad internæ brachij ſedis cutẽ emergit, uerſus humeri interius tuberculũ properans. Vbi autem anteriori tuberculo humeri incumbit, ad elatiorẽ eius tuberculi ſedẽ paulò elatius quàm cubiti cum humero articulus conſiſtit, in duas magnitudine propemodũ æquales partitur uenas, quarum
    - Anterior cuti ſubſtrata obliquè deorſum ad cubiti articuli flexũ repit, & in duas diuiditur propagines, quarum
      - Vna, quæ interdum recta ad brachiale contendit, interdum errabundo ductu perfertur, alijsq; huius ſedis propaginibus commiſcetur.
      - Altera, cum ſecundo humerariæ ramo coit, unaq; inibi ex ambabus conſurgit uena, quam cõmunem meritò appellamus. Hæc enim obliquè deorſum ducitur ad elatiorem cubiti ſedem contendens, quouſq; radium paulò ultra ipſius longitudinis medium hinc inde tranſcendat, tandem in externam cubiti ſedem proreptãs in duos diuiditur ramos, quorum
        - Alter, qui elatior eſt, poſtquam in duas diuiditur portiones,
          - Alteram, in internam brachialis ſedem, uerſus pollicis radicem diſpenſat.
          - Alteram regioni, quæ inter pollicem & indicem habetur contribuit.
        - Alter, qui inferior eſt, indicis, medij, & aliquouſque annularis ſedem petens, in uarias exhauritur ſoboles. Quippe hæc uenarum in ſummæ manus cutem ſeries adeò uaria eſt, ut ipſam explicare prorſus arduum ſit, præſertim cùm inter quàm plurimos homines uix duos æquali correſpondentiq; uenarum in ramos propagine inuenias, ac etiam rarò euenire conſpicias, dextram manum cum ſiniſtra congruere.
    - Poſterior iuxta interius humeri tuberculum, in tres diuiditur ramos, quorum
      - Poſterior, cutem adit qua poſterior cubiti articuli ſedes induitur, atque in externam cubiti ſedem non admodum procul proreptat.
      - Anterior, pluribus conſtans ſurculis, in internæ cubiti ſedis cutem digeritur.
      - Medius, inter poſteriorem & anteriorem ſecundum ulnæ inferiorem ſedem, ad exteriora tamen magis declinans, uerſus brachiale porrigitur. Huius rami ſoboles cum humerariæ ramo huc contendenti coiens ſimul cum illo (ut prius diximus) digeritur. Interdum autem illo humerariæ ramo deficiente, ea axillaris uenæ propago abundè eius rami uices in extrema manu gerit.

### VESALIVS.

¶ Operæ precium æquidem eſt, uenarum in manum propagines non hinc, ſed ex ſectione & ante confectionem in brachijs uinculo interceptis, cùm uenam diuidimus condiſcere atq; adamuſſim expendere, quàm in uenarũ ſectionibus noſtri Aeſculapij hallucinentur, qui grauiter num humeraria, aut communis aut axillaris in eadem manu diuidenda ſit, ridiculè contendentes, humerariam ſeſe aperire exiſtimant, quoties uenam inter pollicem & indicem aperiunt: & axillarem, ſi uenã inter annularem & minimum, uel inter medium & annularem incidunt. Cæterùm ut in extremæ cutæ manus etiam in eodem homine uenarum diſtributio uariat, pari quoq; ratione in cubito id euenire ſolet. Interdum enim duarum mediarum ad cõmunis uenæ generationẽ concurſus non in cubiti ſit flexu, ſed multo humilius, non procul à medio longitudinis cubiti. Aliquando humerariæ ramus communem accedens occulitur, axillaris ramo uiſum non fugiente. Nonnunquã rurſus contraria eſt ratio. Contingit etiam non ſemel, axillaris ramũ, qui ad cõmunem fertur, humerariæ ramo longè cuti graciliorem aut ampliorem eſſe, & interdum hunc aut illum geminum uideri. Quandoq; (& id non infrequenter) tertius humerariæ ramus externam cubiti ſedem accedens, omnino deeſt, ipſius uicem tunc ſupplentibus ramulis, qui à communi uena in cutem excurrunt, ac ſubinde etiam ab axillaris ramo, qui toti ulnæ longitudini exporrigitur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0066-8
DFG

## Venarum iugularum extra caluariam deſcriptio, ex Veſalio, libro tertio, cap. VII.

Vena caua ad eum quẽ diximus modũ, priuſquã pectoris oßis ſummũ tranſcẽdat, in duos diuiditur trũcos, ac ſtatim à diuiſione nuper cõmemorata uena, quæ axillã petit, principiũ in utroque latere obtinet: qđ autẽ alterius diuiſionis illius trunci adhuc ſupereſt à media primæ thoracis uertebræ corporis ſede, cui prius innitebatur, modicè recedens, ſurſum extra thoracem protẽditur, & ſimulatq; clauiculã pectoriſq; oßis ſummũ ſuperauit, in duos ſcinditur ramos, quorum

- Interior, qui exteriori magis quàm plerique arbitrantur gracilior eſt, ſecundum aſperæ arteriæ latus aſcendens, nonnullas capillorum modò prætenues uenulas aſperæ arteriæ conterminiſq; membranis cõmunicat. Hic enim cum ſui lateri ſoporali arteria uerſus cerebrum fertur, ac in aſcenſu graciles ramulos membranulis ſexti neruorum cerebri paris neruos colligantibus digerit, uniuerſo ductu ſoporariæ arteriæ ad caluariam uſq; baſim commiſſus. quò cùm peruenit, in duos æquales ſcinditur ramos, quorum
  - Amplior, in duos diuiditur ramos, quorum
    - Maior, obliquè retrorſum, ſecũdum caluariæ baſim ductus, caluariam ſimul cum quodam arteriæ ſoporalis ramo ingreditur, foramine utens, ſexti neruorum cerebri paris gratia exculpto. Qua uerò ſerie in caluariæ cauitatem digeratur, in cerebri uaſorum deſcriptione ſequenti tabula proſequar.
    - Minor, in elationem muſculorum, ſedem pertinet, qui anteriorem ceruicis uertebrarum regionem occupant, ſtomachoq; ſubiacent.
  - Gracilior, in duas partitur propagines, quarum
    - Maior, ſoporali arteria penitus relicta, priuato foramine caluariam ſubit, in duram cerebri membranam digerenda.
    - Minor, priuſquàm maior in duram cerebri membranam digeratur, ad auditus organum permeat, foramineq; utitur ſibi & neruulo cuidam quinti paris neruorum cerebri communi.
- Exterior, ſub cute ac lato buccas mouẽte muſculo, ſecundum colli latus ad fauces porrigitur, exteriorem efformans iugularem, quæ non pari ſemper modo (ut in uociferantibus, aut uiſpiritũ retinentibus, & uetulis obſeruamus) per colli cutem fertur, ſed ferè quadruplicem diſpoſitionis ſpeciem proponit, quarum
  - Prima (quam frequentius eſt cernere) ea eſt, quæ unus tantùm ramus ſub cute ad fauces uſq; procedit, in ipſo progreſſu nullibi inſigniter diſciſſus, ſed duntaxat graciles ramulos in muſculos cutemq; inſerens.
  - Secunda, ea eſt, quæ in medio ductu iuxta colli longitudinis medium iugularis in duos diuiſa ramos, unus in priora, alter in poſteriora properat.
  - Tertia, quæ rarius accidit, nimirum quæ propter clauiculam adhuc, ubi humeraria originem ducit, in duas diffunditur propagines, quæ ſurſum ſub cute inuicem diſtantes feruntur. Accidit tamen aliquando, quod altera neq; illa ſanè minor propago, muſculo reconditur, qui à pectoris oßis ſummo & clauicula pronatus, mamillari temporis oßis proceſſui inſeritur: atq; in eum modum ſubmerſa, frequenter adeò inſignis occurrit, ut etiã nonnulli diſſectionum profeſſores, internam iugularem hanc appellaſſe uideantur.
  - Quarta, ex tertia paratur, aliquoties enim illæ propagines inuicem perpetuò diſtant, ac nuſquam ſe mutò contingunt. Interdum uerò ad humiliorem faucium ſedem mutuò rurſus coëunt, ac ex ambabus una cõſtituitur uena, quæ mox bipartita, in ramos ceſſat. Vtcunq; igitur exterior iugularis aut unica utriq;, aut in medio per collum ductu, aut ſtatim à clauiculis gemma aſcendit, ſemper cuti ſub qua prorepit, ſurculos offert. Cum uerò ad fauces iuxta inferioris maxillæ inferiorẽ ſedem ſub aurium regione contendit, in duos partitur ramos, quorum
    - Interior, oris interiora ſubiens, in plures diuiditur propagines, quarum aliquæ uadũt in
      - Laryngem.
      - Glandulas laringi adnatas.
      - Muſculos
        - Hyoidis oßis.
        - Linguæ.
      - Omnes facium ſedes.
      - Linguam ſecundum ipſius longitudinem.
      - Palatũ
      - Tunicam nariũ amplitudini obductam
        - Ab his non negligendæ ſoboles caluariã petunt, quarũ
          - Vna, per foramen, quod ſecundo cerebri neruorũ pari exculpitur, ingreſſa in duram excurrit membranam.
          - Altera, per grãdius foramen illorũ quæ in octauo capitis oſſe odorũ gratia facti ſunt, prorepiãs, in duram pariter membranam diſpenſatur.
            - Ab his deinde, cũm caluariã ingrediũtur, ſurculos quoſdam oculo elargiũtur, in frõtis cutem interdũ diſſeminatos.
    - Exterior, per capitis exteriora paßim repẽs, perinde atq; interior, ubi inferior maxilla ſuperiori coarticulatur, in duos partitur ramos, quorum
      - Vnus, uariè permeat in
        - Buccas.
        - Narium alas.
        - Frontem.
      - Alter, uadit in
        - Tempora.
        - Aurium ſedem.
        - Occipitis cutem.

## Venarum intra clauariam in cerebrum & eius membranas ſeries, ex Veſalio, libro tertio, capite decimoquarto.

*Venæ caluariam ingedientes ſuperiores, ſex obſeruãtur, quarum*

- *Prima, ea cenſebatur, quæ per tranſuerſos ceruicis uertebrarum proceſſus cõſcendens, caluariam petebat.*
- *Secunda internæ iugularis propago erat, quæ per grãde foramen, ſexto neruorũ cerebri pari paratum, caluariam ingreditur.*
  - *Harum prima cum prima arteria, & ſecunda cum ſecunda per eundem foramẽ caluariam ſimul ingreſſæ, in duræ cerebri membranæ ſinum ſubintrant, qui ad latus habetur maxime in occipitis oſſe foraminis, quo dorſali medullæ uia præbetur, ac inde ſecũdum, tertium & quartũ duræ cerebri membranæ ſinum cum arterijs, quorum ſinuum*
    - *Primus & ſecũdus, uarias in uniuerſum eius membranæ partem, qua cerebellum operitur, mittunt propagines. Deinde ab eiuſmodi propaginibus, ductus uenularum plurimi extra duram cerebri membranam excurrentes, in tenuem membranam confluunt, quæ*
      - *Cerebellum ambit.*
      - *Cerebrum operit, qua id cerebello immittitur.*
    - *Tertius, permultos eosq; amplos uenarum ductus, utrinq; ex lateribus dimittit, quorum pars*
      - *Vna, numeroſa ſerie in eam duræ membranæ ſedem propagatur, quæ dextram cerebri partem à ſiniſtra diuidit.*
      - *Altera, tenuibus portiunculis illis committitur uenis, quæ ex uerticis cute in caluariam procidunt.*
      - *Tertia, quæ maior eſt, non quidem in duram cerebri membranam, uerùm in tenuem, uniuerſa admodum ſerie confluit.*
    - *Quartus etiam educit propagines, pari quodãmodo ſerie perpetuò pullulãtes. Quũ primum enim hic ſinus ad eas cerebri particulas, quas clunibus & teſtibus comparamus, pertingit: atq; iam ramulos quoſdam exiles, ex elatiſsima ipſius ſede, in eam quoq; duræ membranæ partẽ, quæ dextrã cerebri ſedem à ſiniſtra diſterminat, ac deinde ex lateribus, in eam duræ membranæ ſedem, quæ cerebellum integit, in progreſſu offerens, ex ſe nonnullas emittit propagines, quarum*
      - *Vna, in humillimam duræ cerebri membranæ partis ſedem ſecundũ capitis longitudinẽ uſq; ad ſeptum ſinuum olfactus organorum perfertur, & in itinere ſurculos ex elatiori ſua ſede, ſurſum in eandem duræ membranæ partem diffundit.*
      - *Altera utrinq;, ſecundum capitis longitudinem propagata, tenui membranæ ramulos aliquot in progreſſu communicat: ac dextrum quidem ramum, dextræ cerebri parti, ſiniſtram uerò ſiniſtræ exporrigit.*
      - *Altera, ab infima ipſius ſede emergit, & in tenuem membranã, quæ cerebellum cõtegit, quàm plures diſtribuit ſoboles, quarũ nonnullæ*
        - *Retrorſum tenſæ, ſuperiorem cerebelli ſedem perambulant.*
        - *Per humiliores cerebri anfractus, qui iuxta cerebri teſtes conſiſtunt, & ad anteriores cerebri uentriculos repunt, plexui, qui illic habetur, commiſcendæ.*
      - *Altera inſignis, quæ ex ipſius ad cerebri teſtes extremo antrorſum uerſus cerebri uẽtriculos excurrit, plexum efformatura, quem græci χοροειδῆ nuncupãt. Hæc enim abſq; cõtuge, teſtium mediũ ſupertenſa, in multos ſcinditur ſurculos, retis inſtar inuicem coeũntes, tãdem glandulã quæ græcis κωνάριον uocatur, trãſcendens, ad teſtudinem ſiue camerã, quæ græcis ψαλιδοειδὴς dicitur, prorepit. Quum uerò propago, ſub illa cerebri prorepẽs particula ad anteriorem uſque cõmunis dextri & ſiniſtri uentriculorũ cerebri cauitatis, anteriorem'ue tertij cerebri uentriculi ſedem pertingit, bipartito ſcinditur: cuius pars*
        - *Vna, dextro offertur uentriculo.*
        - *Altera, in ſiniſtrum uentriculum permeat.*
- *Tertia, ut ipſa internæ iugularis erat propago, quæ peculiari foramine iuxta tertij quartiq; parium cerebri neruorũ inciſo utens, caluariã citra arteriæ conſortiũ ſubit, ac duram contingens cerebri membranã in ſinum uenæ prorſus modo cauatum ceſſat, qui in ſui ipſius cauitatẽ nullam admittit arteriã, ſed paſsim alium ſinum ſibi comitem adſciſcit, in quem arteriæ ramum exhauritur. Ab eiuſmodi enim ſinu uariæ uenarum ſoboles in totam duræ membranæ ſedem cerebri baſi ſubſtratam, diffundunt, & hinc in tenuem membranam deducuntur. Inter cæteras autem propagines per duram membranam excurrentes, una ſecundum cerebri latus ſurſum ad uerticem uſque contendit, uenæ modo in multam ſobolem deriuata.*
- *Quarta, externæ iugularis portio eſt, quæ priuato foramine caluariam petit, ubi ſutura Λ imitans, poſtremæ parti temporis commiſſuræ iungitur, & in eoſdem confluit ſinus, in quo primam & ſecundam confluere diximus.*
- *Quinta, illa habetur, quæ per foramen ſecundi cerebri neruorum paris in caluariam ingreditur.*
- *Sexta, caluariam ſubintrat, per foramẽ in octauo capitis oſſe exculptũ, quod eorum foraminũ, quæ odoris gratia cœlari putamus maximè anticũ & grandius cernitur.*
  - *Hæ caluariam petentes, in proximam ſibi duræ membranæ ſedem exhauriuntur.*

## Venæ cauæ deſcendentis ſeries, ex Veſalio, libro tertio, capite nono.

**Vena caua ab hepatis gibbo ad ima deſcendens, in innumeras diuaricatur uenas, quarum**

- Vna, non admodum grandis, ex ſiniſtro latere promitur, quæ potiſſimùm numeroſa uenularum ſerie in pinguem membraneamq; ſiniſtri renis tunicam digeritur. Hæc uena infrequenter ex dextro cauæ caudicis latere, uenam coniugem adipiſcitur. Nam quæ in pinguem dextri renis membranam pergit, non ex cauæ caudice, ſed ex dextra emulgante uena (ut ſtatim dicetur) exoritur. Quanquam nonnunquam accidere compertum ſit, ſiniſtram uenam in pinguem renum membranam exporrectam, ab emulgente ſiniſtra propagari, ea quæ dextri renis tunicæ offertur, à cauæ dextro latere pronata.
- Duæ, quæ paſſim emulgentes appellantur, ubi iam caua mediæ uertebrarum ſedi immittitur, exortæ, in renum ſubſtantiam mirabili quodam artificio partiuntur, harum
  - Siniſtra, ex ſe propaginem mittit humiliorem ſui ſede, quæ in uiris ad ſiniſtrum teſtem decurrit, exiguos ſurculos in progreſſu, in peritonæum, ac in membranas ſiniſtrum teſtem & ſeminaria ipſius uaſa ambientes contribuens. Deinde oſſe pubis ſuperato, in uarios anfractus gyroſq; conuoluitur, quoram baſis ſuperiori teſtis ſedi connata, in plures diuaricatur propagines, quarum uadunt aliquæ in ſubſtantiam
    - Tunicam teſtis proximè continentem.
    - Ipſius teſtis.
  - Dextra, quemadmodum & ſiniſtra in renem ſui lateris diſcurrit. Verùm nullam, ex ſe promit propaginem, quæ ad dextrũ perreptet teſtem, etſi priuatim (id enim non prouenit à ſiniſtra) ramum in multiplices diuaricatum propagines, in pinguem membranãq; ſui renis tunicã offerat.
    - Verùm ut renum ſitus uarius eſt, ita quoque harum uenarum exortus è directo ſibi neutiquã correſpõdet. Nam ferè ſemper dexter ren ſiniſtro elatior habetur. Accidit præterea interdum, ut ſeminalis uena à ſiniſtra emulgente exorta, propaginem in itinere aſſumat, qua à cauæ caudice ſiniſtrorſum deducitur, ex quibus una tantùm ſeminalis conficitur uena.
- Vna, quæ ſeminalis dextra uocatur, non ex dextra in dextrum renem protenſa, originem ducit, ſed ab ipſius cauæ caudice, non quidem à latere (ut reliquarum mos eſt) exoritur, uerùm ex ipſius anteriori ſede emergit, ac inde eo penitus modo, in teſtem excurrit, quo de ſiniſtra relatum eſt, etſi huiuſmodi uenæ ramulum ex ea, quæ in dextrum renem fertur acceſsiſſe, ac ſimul cum ea coiuiſſe, Galenus ſibi ſemel obſeruatum teſtatur: ac ego quoque totam dextri teſtis uenam, à uena, quæ reni offertur, pronatam ſemel uidi.
  - In mulieribus alia diſtributio habetur. Nam quãuis illis par cum uirorum uenis ſit exortus, ipſæ tamen ex magna peritonæi amplitudine non elabuntur, neq; ad pubis oſſa pertingũt, uerùm ad teſtes pinguibus membranis ſuffultæ porrigũtur, nõ in ſeminaria uaſa uniuerſæ degenerãtes, aut in teſtes exhauſtæ, priuſquàm enim ad teſtes deueniũt utriuſque lateris uenæ bipartitur, quarum
    - Vna, uirorum teſteis implicata, modò ſeminarium uas in fœmellis conficit.
    - Altera, in pingues membranas intertexta in uteri latera digeritur, elatiorem ipſius ſedem potiſsimùm implicans.
- Aliquæ, ubi caua ipſa lumborum uertebris, ipſiq; magnæ arteriæ colligatur, ab ipſius inferiori ſede, quæ uertebras ſpectat, geniculatim oriuntur & per foramina neruis in uertebrarum lateribus exculpta perreptant.
  - Dorſalem medullam.
  - Muſculos.
    - Vertebris.
    - Abdominis.
  - Partes quas excurrunt.
- Vna magna utrinque, ubi caua ipſa apud ſacri oſsis ſummum, in duos magnos diuaricatur truncos, in femora, tibias & pedes digerendos, enaſcitur, ac tranſuerſim lumborum carnibus inſternitur, ramulos mittens in
  - Ipſas lumborum carnes.
  - Peritonæum.
  - Abdominis muſculos.
- ❧

## *Reliquum proximæ præcedentis Tabulæ.*

- Duæ, utrinque uidelicet una apud ſacri oßis ſummum, totum cauæ trũcum æqualem in ſe continentes, originem ducunt, ut unaquæque uerſus ſui lateris femur perreptat, notam hanc ^ imitantes, & aliquot ſurculos ſuperioribus ſacri oßis foraminibus offerentes. Deinde uerò in progreſſu utraque in duos impares funditur ramos, quorum
  - Interior, qui gracilior eſt, inferius ad femur perreptans, plurimas in progreſſu propagines promit, quarum
    - Duæ primæ, uariè quidem digerũtur. Nam
      - Exterior, tota quodam modo inter ſacrum & coxendicis os, quà maximus neruorum crus petentium ducitur, in exteriora tranſuerſim fertur, & in plures diuaricatur propagines, quarum uadunt aliquæ in
        - Muſculos omnes ab ilium oßis externa ſede pronatos, femoriſq; famulantes motibus.
        - Muſculos, ab inferiori coxendicis oßis ſede principiũ ducẽtes.
        - Clunium cutem.
      - Interior, in plures ſcinditur propagines, quarum
        - Aliquæ diſpenſantur, in
          - Sacri oßis foramina.
          - Recti inteſtini muſculos.
          - Cutem orbiculari ſedis muſculo adnatam.
        - Vna, notatu digna, quæ in plurimas diuiditur uenulas, quarum aliquæ
          - In uiris, permeãt in
            - Dextrum ueſicæ latus.
            - Vteri
              - Ceruicem.
              - Fundum.
            - Renem.
          - In mulieribus excurrunt in
            - Veſicam.
            - Inferiorum fundi uteri ſedem.
            - Vteri ceruicem, per quas uirginibus, & nonnullis mulieribus, quæ primis menſibus utero gerunt, mẽſtruæ purgationes collari diſſectionum profeſſoribus uiſum eſt.
    - Quod reliquum eſt, ad pubis os contendens, ab uno externo ramo trunci uenæ ſobolem abſumit, quæ cum eo interioris rami reliquo congreſſa, unam cum ipſo uenam efformat, quæ primũ peritonæum, ac deinde decimũ femur mouentium perforat muſculũ, & oßis pubis foramen permeans in crus emergitur, illis quos perreptat muſculis propagines offerens. Præterea in crus protenſa, plures à ſe educit propagines, quarum aliquæ uadunt in
      - Muſculos à pubis oſſe principium ducentes.
      - Partem quinti femur mouentis muſculi, à pubis oſſe pronata.
      - Octauum femur mouentem muſculum.
      - Penis muſculos.
      - Cutem internæ femoris ſedis.
      - Coxendicis articulum.
      - (Hæc uena rarius mediũ longitudinis femoris ſuperat. Interdum uerò præcipuus ipſius ramus propagini commiſcetur, quæ huc pertinet à maiori uena in crus deducta.)
  - Exterior, cũ obliquè crus accedit, has à ſe dimittit uenas, quarũ
    - Vna, mediocri magnitudine, priuſquàm eius peritonæum perforat, ab elatiori ipſius ſede exoritur, deinde ſurſum ad abdominis anteriora per peritonæũ ducta, in plures diuaricatur propagines, quarum permeant aliquæ in
      - Peritonæum ipſum.
      - Abdominis rectum, ac tranſuerſum muſculum.
      - Regionem quæ ſupra umbilicum habetur, ibiq; ramulos ſ[illegible]ectans, quos uena ſub pectoris oſſe ab elatiori thoracis ſede delata, diffunditur. Ab eiuſmodi enim propagine medicis cõceſſum eſt omnibus, ex utero ad mãmillas, lactis generãdi cauſa menſtruum tranſmittere ſanguinem. Præterea uena hæc nullã partem adipiſcitur, quæ in uterum ( ut medicorum uulgus arbitratur ) deſcendat, etſi ipſa ab ijs, quæ in uterum digeruntur, non ita multum diſtet.
    - Altera, quaſi in ortu coniugem ſortitur, ad pudendum excurrit.
    - Altera, ubi eius truncus in femur procidens, peritonæum tranſit, ab interiori ipſius regione aliam promit uenam, quæ ad pubis oßium medium accedens in
      - Viris, uadit in
        - Penis inuolucrum.
        - Scrotum.
      - Mulieribus uadit in
        - Pudendi colliculos.
        - Coreaceas carunculas ( quas græci νυμφὰς uocant.)
        - Sedes ibi proximas.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0070-9
DFG

## Venarum in femur, crus & pedem excurrentium ſeries, ex Veſalio, libro tertio, capite decimo.

Præter cauæ propaginem, ſecundum poſteriorem coxēdicis oßis ſedem in femur aliquouſq; propagatam, ad crus duæ deſcendunt uenæ, una quidē anguſtior, quam per pubis oßis foramen ad quoſdam interiorem femoris ſedem amplexātes muſculos prorepentem ſupra femoris medium ceſſare, ſuperiori ſchemate narrauimus. Altera uerò maior, ſimulatq; è peritonæo elabitur elatiorem coxendicis oßis ſedem ad internum latus ſedis, qua ſextus & ſeptimus femur mouentium muſculi deſcendunt, in inguina labitur, ac anteriorem (uerſus interiora tamen magis) femoris regionem ſubit, & nullo occultata muſculo ſinui inſidet, qui in inguine efficitur, à longo graciliq; muſculo tibiam mouentiū primo, unà cum octauo femoris motuum autore, & in plures diuaricatur propagines,

- Vna, quæ inſignis eſt, ab anteriori uenæ latere principium ducens, ad interiorem femoris cutem properat, atque in internam femoris ſedē deorſum per genu quoq; interiora, & hinc rurſus per internam tibiæ regionē uerſus malleolum interiorem ſub cute exporrigitur, ac deinde in pedis ſuperiora deſcendens, uariè inibi digeritur. Verùm à ſui origine uſq; ad finem, in plures diuaricatur ramos, quorū
  - Duo, ut plurimum in ſuperiorem internæ femoris regionis cutem, non procul ab ipſius propaginis ortu, originem ducunt, quorum
    - Interior, uadit in
      - Femoris interiora & inguina.
      - Ipſum quaſi perinæum ſiue interfœmineum.
    - Exterior, qui & craßior eſt, femoris anteriora & exteriora ſub cute perreptans, ſimiliter ac interior in ſurculos digeritur.

    **ANNOTATIO.**

    ¶ Propago hæc quà interiori exporrigitur malleolo, non eundem uniuerſim ſeruant ductum. Interdū enim ab interna tibiæ ſede ſecundū anteriorem malleoli regionem, ad pedis ſuperiora excurrit, aliquando uerò ſub malleolo contorquentur, illic pedis ſuperiora conſcendens. Deinde in ramorum ſerie, quæ ad pedis digitos, mittit, plurimum uariat. Aliquando enim alijs quibuſdam ramis, hic commixta, ad minimum digitum, ac ipſi proximum deducitur. Interdum uerò uerſus pollicem & indicem excurrit. Breuiter in eodem homine, uix parem unquam reperias huius propaginis ramorum in utriſque pedibus ſeriem. Rami quoque quos in deſcenſu profert, rariſſimè inuicem aut numero, aut amplitudine correſpondent.
  - Duo ad genu articulum ducuntur, quorum
    - Alter, in anteriores genu ſedis cutem, ſecundum patellam diſpergitur.
    - Alter, interioris genu ſedis cutem accedit, etſi aliquando penitus deeſſe reperiatur.
  - Aliqui ſecundum tibiæ longitudinem exorti, ad interioris ſedis tibiæ cutem antrorſum & retrorſum diffunduntur, qui impari numero ſparſi, rurſus cum proximis uenis uariè coëunt, inuicemq; rurſus dirimuntur.
  - Aliqui ſuper elatiorem pedis regionem, diuerſimodè ſparguntur.
- Vna è regione interdictæ propaginis exoritur, quæ extrorſum ducta, in anteriorem articuli coxendicis cutem, & eius ſedis muſculos, diſtribuitur.
- Duæ, & eæ quidem inſignes, ubi truncus inter muſculos, os ipſum femoris amplexantes immergitur, oriuntur, quarum
  - Exterior, ſeptimo & nono tibiam mouentibus muſculis inſeritur, tenuibus ſurculis in cutem porrectis.
  - Interior, quæ amplior & profundior eſt, in quintum femur mouentem muſculum digeritur, ramulos nonnullos in octauum tibiæ muſculum diſpenſans, ac etiam in proceſſum plures uenarum ſoboles in uniuerſos, femoris os ambientes, muſculos mittit.
- Duæ poſt has, una humilior altera, enaſcuntur, quæ in progreſſu inuicem unitæ, eam conſtituunt uenam, quæ hic in cutem promitur, ac ubi ramulos ſurſum in poſteriorem femoris cutem germinauit, recto tramite deorſum mediam genu flexus ſedem ad ſuræ cutem, numeroſa ramulorum ſerie deſcendit, quorum alij rectà, alij obliquè, alij tranſuerſim in cutem excurrunt, & cum uenæ ramulis coeunt, quæ per cruris interiora decliuis fertur. Ideoq; non mirum eſſe debet, ſi eiuſmodi partes crebrius uariò affectu laborent. Præterea ſciendum eſt, uenam hanc non ſemper eodem ordine ad inferiora deſcendere, neque in ſui ortu, in iſto ſicut in illo homine inueniri.
- ✿

## *Reliquum proximæ præcedentis Tabulæ.*

- ✤ *Duæ totum in ſe truncum abſumentes, iuxta genu articulum ad mediā ſedem inter duo humiliora fęmoris capita impares emergunt, quarum*
  - *Interior, ad ſuræ muſculos, & præcipuè ad pedem mouentium primum & ſecundum, deorſum prorepit, & in plures ſcinditur propagines, quarum*
    - *Aliquæ in progreſſu uadunt in*
      - *Prædictos muſculos.*
      - *Internam tibiæ ſedis cutem.*
    - *Quod reliquum eſt, ad tibiæ humiliorem uſque appendicem prorepit, & ſub interiori malleolo reflexus, internum pedis latus ad pollicem uſque accedit, ibiq; in cutem ut plurimùm diſpergitur. Rarius enim inter calcem & tibiæ os unà cum tendinibus hac pedis inferiora ſubeuntibus, ad pedis digitos proficiſcitur.*
  - *Exterior, ſtatim ab exortu, in binas rurſus diducitur propagines, quarum*
    - *Interior, quæ maior eſt, ad ima deſcendens, omnibus quos perreptat muſculis ramulos offert, à quibus pauciſsimi, aut penitus nulli in cutem ſubeunt. Cùm uerò iuxta medium ferè longitudinis tibiæ peruenit, in duos partitur ramos, quorum*
      - *Interior, plures ex ſe promit, quorum*
        - *Vnus, tali cum tibiæ articulo offertur.*
        - *Duo pollici* / *Duo indici* — *Inſeruntur.*
        - *Vnus medio exporrigitur.*
      - ¶ *Quanquàm frequentiſsimè ramus hic in omnes digitos digeritur, nullo tum inter fibulā & calcem huc pedem accedente.*
      - *Exterior, fibulæ exporrigitur: & cùm ad eius infimam ſedem pertingit, in duas diuaricatur propagines, quarum*
        - *Vna ligamentum perforans, unà cum tendinibus per tibiæ anteriora pedis ſuperiora adeūtibus in pedem fertur, digeriturq; in*
          - *Pedis muſculos digitos exterius ducentes.*
          - *Cutē ibi proximam.*
        - *Quod reliquum eſt cum ſeptimi & octaui pedem mouentium muſculorum tendinibus in pedis humiliora proficiſcitur, & in minimos diſpenſatur: niſi fortè interior ramus omnibus digitis ſurculos exhibeat.*
    - *Exterior, ad ſuperiorem fibulæ appendicem fertur, & cum à propagine, quæ tibiæ poſteriorem ſedem occupat, in anteriores tibiæ muſculos, nulla ſoboles per membraneum ligamentum ducitur, ab hac ramus inter ſeptimum & ſextum pedem mouentium muſculos prorepit, frequenti ſobole digeſtus, in muſculos anteriorem tibiæ oſsis ſedem occupantes. Aliquādo uerò propago hæc, in exterioris tibiæ ſedis cutem frequentibus ſurculis diſpergitur, & præcipuo ipſius ſurculo nunc antrorſum, nunc retrorſum ad interiorem malleolum reflexo, pedis ſuperiora accedit, & potiſsimùm externū pedis latus perreptat, aliiſq; huc pertinentibus uenis commiſcetur, nuſquam in alium emergens.*

### ANNOTATIONES.

¶ *Cùm itaque differens uariaq; adeò uenarum tibiæ & pedis cutem implicantium ſit ſeries, ſuaſerim eam non ſecus, quàm in ma-*
*num faciendum præcepi, in uariorum hominum cruribus uinculis interceptis, aut calenti aquæ immerſis cōtemplari, modò eam*
*ſobolem in ſuperficie excurrentem, uenarum ſecundarum gratia expendendam duxeris. Ego enim parum ſuperficiarias pedis*
*uenas morari ſoleo, cùm iuxta genu ipſe eas exercitij nomine non ſemel aperuerim: quodq; omnes pedis uenæ, ab eodem trun-*
*co, qui ſcilicet per inguina crus ſubit, principium ducant, & arbitror Græcos uix alias ſecauiſſe, quàm quæ internam genu re-*
*gionem prorepṫat. Adeò ut etiā noſtræ ætatis medicos mirer, qui cùm alicubi legerint, quatuor uenas ad pedis ſuperiora per-*
*tingere, magno ſupercilio in ſanguinis miſsione illas diſtinguunt, interim ipſarum progreſſum & exortum ignorantes, ac longè*
*grauiori periculo in pedis ſuperiori ſede cùm neruorum, tum tendinum occaſione, uenæ ſecantur, quàm eam, quæ ſub genu, &*
*ad malleolos conſiſtit.*

¶ *Varia uenarum ſeries occurrit, nam crebrò aſpicies in earum contextu naturam uariare.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0072-1 DFG

## Arteriarum aſcendentium deſcendentiumq́ꝫ ſeries, ex Galeno, libro de diſſectione arteriarum, cap. IX. & de Vſu partium, lib. VI. & XVI.

*Arteriæ, in ſiniſtro cordis uentriculo exortæ, ui talem ſpiritum toti corpori ſubminiſtrantes, in uarias diſſecãtur propagines, quarū*

- *Vna, tenuis ſimplicíq́ꝫ tunica conſtans, in pulmones diuaricatur, quam cum ea uena, quæ à portis iecinoris, ad uentrem numeroſa rã morum ſerie deſcendere, ſuíq́ꝫ extremis ceu radicibus quibuſdam cibum exugere diximus, conferre poſsis. Nam & arteria hæc per uſum commoditatemq́ꝫ ſpiritus attrahendi, in pulmones deriuatur.*
- *Altera, multò craſsior, quæ ueluti truncus eſt omniũ, à qua deriuantur arteriæ*
  - *Duæ, ſtatim in ipſius cordis ambitum circumfuſæ ſparguntur, & earum altera uidelicet*
    - *Maior, maximam ipſius cordis amplectitur partem.*
    - *Minor, ea maximé regione diſtribuitur, ubi tertium cordis uentriculum eſſe exiſtimauit Ariſtoteles.*
  - *Duæ parũ ſupra cor, ex toto oriuntur trunco, quanquam impares, quarũ*
    - *Minor, ſurſum fertur, ac ſtatim in duas inæquales ſinditur partes, quarũ*
      - *Minor, oppoſitum ſitum habens obliquior attollitur ad ſiniſtram ſcapulam & axillam: cuius propagines labuntur ſiniſtrorſum in*
        - *Pectus.*
        - *Primas thoracis coſtas.*
        - *Sex colli uertebras.*
        - *Claniculæ uicina loca ſummo humero tenus.*
        - *Scapulam.*
        - *Brachium.*
        - *Extimam manum.*
      - *Maior, ad iugulũ tendens obliqua de ſiniſtra ad dextram thoracis partẽ porrigitur, et ubi prope glandium, cui thymo nomẽ eſt peruenit, in tres diuaricatur propagines, quarum*
        - *Duæ, quæ græcis καρωτίδες dicuntur, ſurſum attolluntur, & earum*
          - *Altera, ad iugularem permeat dextram.*
          - *Altera, ad iugularem currit ſiniſtram.*
          - *Ex his omne quod reliquũ eſt ſurſum rectà procedens in caluariam penetrat, ubi reticulare plexum constructo, in duas ſurſum coiens arterias in cerebrum ſubit.*
        - *Vna, quæ reliqua pars eſt, ad dextrã ſcapulam & axillam incedit, à qua plures oriuntur propagines, quarum uadũt aliquæ in*
          - *Pectus & mamillam.*
          - *Primas thoracis coſtas, quæ tandem extra thoracem uadunt per foramina ſex primarum colli uertebrarum ad*
            - *Spinales muſculos.*
            - *Spinalis medullæ membranam.*
          - *Summum humerum.*
          - *Scapulam.*
          - *Axillam.*
          - *Proximas ibi particulas.*
    - #

ANNOTATIO.

¶ *Enimuero ex his duabus inconiugatis arterijs aliquoties uidimus altiorẽ quidem in uentriculum & lienem, humiliorem uerò in iecur, meſenteriumq́ꝫ diſtribui.*

## *Reliquum proximæ præcedentis Tabulæ.*

- ⌗ Maior, ad ſpinam deflecti tur, quintamq; thoracis uertebram aſcendit, & inde per totam ſpinam uſque ad latum os deſcendit, emittens propagines, quarum
  - Vna, in eas diuiditur thoracis partes, quibus pulmones adiacent, quarum extrema ad tracheam arteriam uſque aſcendunt, deinde per ſingulas uertebras rami tum in ſpacia intercoſtalia, tum ad ſpinalem medullam exoriuntur. Hi enim citra primas quatuor coſtas non ſemper uno ordine diſtribuuntur. Nam aliquando ab una coſta longiuſculè recedunt arteriæ, nonnunquam pari ab utraque ſpacio intra ipſas inſeruntur.
  - Duæ ſub thorace exortæ in anterioribus partibus in ſeptum tranſuerſum ingrediuntur.
  - Vna in iniuge, q̃ interdum ab ipſa radicæ biſariam diducta conſpicitur: cuius pars
    - Altera uentri, lieni & iecinori diſtribuitur.
    - Altera, per duo meſenteria ad inteſtina porrigitur, tum per id, quod primas coli partes complectitur, tum per id etiam quod omnium inteſtinorum eſt medium. Nam tertium meſenterium, quod prope ſedem pertingit in ſiniſtra ſitum, nullam inde ſumit arteriam, ſed de imis partibus in ipſum quædam inſeritur arteria, quæ propter renes à magna arteria iniugis & ipſa naſcitur.
  - Duæ poſt has magnitudine præcipua ad renes feruntur.
  - Vna ſupernè atq; à ſiniſtra per uenam porrigitur, quæ ab inferioribus partibus ſurſum tendit.
  - Duæ ſeminariæ dictæ, cum ſeminarijs uenis ad teſtes permeant.
  - Quædam per ſingulas uertebras in dorſi ſpinam cum uenis deſcendunt.
  - Quædam cum ijs uenis, quæ ad ilia feruntur contendunt.
  - Duæ utrinq; una in quas totus bipartitur trũcus, poſtquã ipſe ad lumborum latera peruenit, & ſupra poſitam uenam tranſcendit, emergũt, ad crura contendentes, à quibus plures emanant propagines, quarum
    - Aliquæ propè trunci ſectionem oriuntur, & in ſacri oßis foramina ingrediuntur.
    - Quædam poſt has emergunt, quæ in mulieribus per umbilicum conceptibus inſeruntur.
    - Duæ in ueſicam & penem diſcurrunt.
    - Duæ exterius exortæ, per rectos abdominis muſculos incedunt, cum ijs coeuntes, quibus uterus mamillis aſſociatur.
    - Duæ ad coxendicis articulum & femoris exteriora uadunt.
    - Duæ, omne quod arteriarum deſcendentium reliquum eſt in ſe continentes, ad intimas diſcurrunt crurium partes, & cum magna uena, & eius propaginibus profundius deliteſcẽtibus deorſum feruntur, & in ramos propagantur, ad extimum uſq; pedẽ diſcurrentes, ubi ea quæ
      - Interior eſt, in interiore pedis parte latitat.
      - Exterior eſt, per exteriorem pedis partem profundè diſcurrit, ex cuius propaginibus progrediuntur aliquæ ad
        - Pedis ſuperiorem partem.
        - Pollicis exteriora, manifeſtè.

## Arteriarum aſcendentium ſeries, ex Veſalio, lib. tertio, cap. XII.

- Arteria magna aſcendẽs, poſtpoſita omni controuerſia ex elatiori ſede ſiniſtri ſinus cordis, propter ipſius baſis centrũ, originem ducit, ubi tertium uẽtriculum (poſt dextram, uidelicet membranã arteriæ uenalis orificio præſectam) Ariſtoteles enumerauit, etſi alia Galeni ſit ſentẽtia. Magna igitur arteria in hoc ortu orbicularis eſt, ac hic ipſius ampliſsima ſedes & durior & cartilaginoſior exiſtit, ac inde ſurſum attenſa in plures diuaricatur ramos, quorum
  - Duo graciles in ipſo arteriæ exortu prodeunt, qui coronæ modò cordis baſim unà cum coronali uena amplectentes cordi ſecundum ipſius longitudinem ramulos transfundunt.
  - Vnus magnus ubi truncus uenæ cauæ inter mẽbranas thoracem interſepientes ſubſtratus reperitur, ſiniſtro latere exoriens, obliquè ſurſum ad primam ſiniſtri lateris coſtã exporrigitur, qui quidem quà pulmoni accumbit, atque ſiniſtræ thoracẽ interſepienti mẽbranæ alligatur, nullas deriuant propagines. Verùm deinde in plures diuaricatur ramos, quorum
    - Vnus ad primam thoracis coſtam in humiliori ſede exortus deorſum diffunditur, & coſtarũ radicibus inſeritur attẽſus, in
      - Tria, quatuor ſuperiorum coſtarum ſiniſtri lateris interualla.
      - Dorſalem medullam.
      - Muſculos thoracis uertebriſq; hic inſtratos.
    - Vnus ſuperiori amplior ab elatiori ſede ad primam coſtam emergit, qui ad ſeptimæ ceruicis uertebræ latus obliquè repens, in huius lateris tranſuerſi proceſſus foramen ſe inſerit, ac deinde per tranſuerſorum reliquarum uertebrarum proceſſuum foramina conſcendens, perinde atque hàc excurrens uenam, digeritur in plures propagines, quarum
      - Aliquæ uadunt in
        - Dorſalem medullam.
        - Muſculos ceruicem hic occupantes.
      - Quod reliquum eſt, ſimul cum comite uena per foramen in poſteriori ſede ſiniſtri capituli occipitis oſsis inſculptũ, caluariã ſubit, atque in ſiniſtrum duræ cerebri membranæ ſinum exhauritur.
    - Vnus ab interiori ipſius ſede pullulat, qui obliquiori ductu pariter ſuperiora anterioraq; petit. Hic enim pectoris oſsis ſummum accedit, decliuis fertur ſecundum ipſius oſsis ſiniſtrum latus, & in eoſdem digeritur ramos, in quos uenam hàc repentem diſpenſari retulimus, etſi nullæ eius propagines cutem accedãt, niſi forſitan obſcuriſsimæ in mamillas tranſeãt, in progreſſu enim plures ex ſe pmit ſurculos, quorũ
      - Aliqui quà truncus pectoris oſsi exporrigitur, enati, uadunt, in
        - Venarum coſtarum cartilaginis interualla.
        - Muſculos cartilaginibus incumbentes.
      - Aliqui uadunt in
        - Sui lateris membranam, quæ thoracis amplitudinem interſepit.
        - Glandinum in iugulo repoſitum.
      - Quod reliquum eſt, thoracis cauitatem ingreditur, & recto hic abdominis muſculo ſubnatum, ad umbilici ferè regionem procedit, in progreſſu utrinq; ad abdominis partes ramulos offerens, ac inde in plures diſſectum ſoboles, alterius arteriæ terminos reſpicit, quam huc ab imò ſurſum contendere docebimus.
    - Vnus notatu dignæ magnitudinis, prope axillam elatiori parte exortus, in poſteriores ceruicis muſculos diſcinditur.
    - Vnus inſignis, ubi truncus thoracis cauitatem & primam coſtam euicit, ex poſteriori ipſius ſede emergit, in ſcapulæ cauitatis muſculos digerendus.
    - Vnus ſuperiori ipſius regione depromitur, qui ad humeri cum ſcapula articulum, iuxta ſummum humerũ & ſcapulæ gibbum in ramos digeritur, quorum unus cum humerali uena, ubi adhuc in alto recõditur aliquouſque prorepit.
    - Vnus ſuperiori ſuccedens in muſculos anteriori thoracis ſedi inſtratos, numeroſa propaginũ ſobole digeritur.
    - Aliqui poſt hos in glandes axillæ cauitatem opplentes immerguntur.
    - Vnus priuſquàm truncus in manum abſumendus feratur, thoracis lateri exporrigitur in muſculum excurrens, cuius ope brachium decliuè dorſo adigitur.
    - Quod reliquum eſt axillari uena cõcomitatum in brachium ad externã uſq; manũ fertur, & in plures diuaricatur ramos, quorũ
      - Duo ipſiq; graciles diſtribuũtur in
        - Internam muſculorum humeralium ſedem.
        - Membranas, ibi neruos continentes.
      - Vnus ſecundum poſteriorem humeri ſedem obliquè prorepit ad externum humeri tuberculum contendens.
      - Duo ad medium cubiti articuli flexus exorti, ipſi articulo ramos exhibent.
      - Duo totius arteriæ reliquum in ſe recipientes, ubi nonnihil per internam cubiti ſedẽ arteria, à qua oriũtur, prorepſit, emergũt, quorũ
        - Exterior, radio exporrigitur, et ubi brachiale cõtendit in plures diuiditur ramos, quorum
          - Aliqui in muſculos permeant, inter primum pollicis os, & poſt brachialis os indicem ſuſtinens collocatos.
          - Tres qui uariè digeruntur, nã
            - Primus, in duas partitur propagines, exterius ad pollicem accedit.
            - Secundus, duplici ramo internam indicis ſedem implicat.
            - Tertius, indiuiſus internũ latus interioris medij digiti ſedis conſcendit.
        - Interior, ulnã proreptans in manus uolam ſubit, in plures diuiditur ramos, quorum
          - Duo minimo digito offeruntur.
          - Duo annulari offeruntur.
          - Vnus in medium digitum fertur.
          - Vnus in muſculos uadit, qui externum latus poſt brachialis oſsis occupant.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0075-8
DFG

## *Reliquum proximæ præcedentis Tabulæ.*

- * Vnus, ſuperiori amplior, qui aſperæ arteriæ innitens, rectà ſurſum aſcendit. Verùm priuſquàm elatiorē pectoris oſsis ſedem ſuperat, adhuc in thoracis amplitudine in duos impares finditur ramos, quorum
  - Siniſter, qui gracilior eſt, nonnihil obliquè in læuum deflexus, ſurſum cū interiori iugulari ſecundū aſperæ arteriæ ſiniſtrū latus per ceruicē exporrigitur, & ipſa eius lateris ſoporalis arteria quæ & καρώτις dicitur, cēſetur, cùm uerò ad fauces uſque pertingit, in duos ſcinditur ramos, quorum
    - Interior, qui & gracilior eſt, fauces ſubit, ac mox laryngi, & linguæ propagines deriuās ad caluariæ baſim properat, priuſquā uerò in caluariam mergitur, in duos impares diducitur ramos, quorum
      - Maior, per peculiare foramen nulla concomitatus uena, caluariam ingreditur, ibiq́; ſtatim in plures ſcinditur ꝓpagines, quarum
        - Vna, per proprium foramen, ad narium amplitudinem diſcurrit.
        - Altera, in latus ſiniſtrum duræ cerebri membranæ multipliciter ſcinditur.
        - Quod reliquum eſt, in plures ſcinditur ramos, quorū
          - Aliqui uadunt in
            - Oculum.
            - Interiorem temporalis muſculi ſedem.
          - Quod reliquū eſt uadit in
            - Siniſtrum cerebri uentriculum, plexum fictens, extimo fœtus inuolucro comparatur.
      - Minor, cum coniuge uena in poſteriora, ſecundum caluariæ baſim fertur, & ramulum muſculis ceruicis uertebrarum anteriorem ſedem occupantibus, iuxta primæ ſecundæq́; uertebrarum interuallū offert, ac deinde per foramen cum ſexto cerebri neruorum pari caluariam ingreditur, & ſimul cum uena in ſiniſtrum ſecundum duræ cerebri membranæ ſinum exhauritur.
    - Exterior gracilior, in tres diuaricatur propagines, quarum
      - Prima, genis ſeu buccis latitans offertur.
      - Secunda, in ſiniſtrum permeat tempus.
      - Tertia, ſecundum ſiniſtræ auris poſteriorem ſedem digeritur.
  - Dexter, qui ſiniſtro craßior habetur, ſimiliter ſurſum tendit, & quàm primùm primam thoracis coſtam attingit, ex dextro ipſius latere arteriam promit in brachium & extremam manum excurrentem, in eaſdem prorſus ſoboles diſciſſam, quas à ramo, qui ſiniſtræ manui offertur, pullulare diximus. Quod uerò iſtius dextri rami adhuc ſupereſt, ſurſum aſcendit, ac ut ſiniſter, ſoporalem dextri lateris arteriam conſtituit, ac inde caluariam petens, eadem digeritur ſerie, qua ſiniſtram diſtribui retulimus.

### ANNOTATIO.

¶ Quæ ſit arteriarum intra caluariam perreptantium, ſimul cum uenis eò petentium ſeries, ſuperius, ubi de uenis in cerebri membranas perreptantibus tractauimus, abundè dictum fuit.

## Arteriæ deſcendentis ſeries, ex Veſalio, libro tertio, capite decimotertio.

**Magnæ arteriæ truncus** deorſum ad thoracis uertebras explicatur, ab infima ipſius ſede qua uertebris incumbit, non autem lateribus, utrinque propagines in octo inferiora thoracis interualla deriuat, quæ ſimiliter ac uenæ coniuge carentis rami, ſecūdum interualli ductum, ad coſtarum uſq; cartilagines in ueris coſtis prorepunt, à quibus ramuli exoriuntur, qui in dorſalem medullam, ac muſculos inibi uertebris, thoraciq; adnatos, ſparguntur. Sic igitur magnæ arteriæ truncus, uertebrarum corporum ſiniſtræ ſedi, quodammodo innitens, dum ad inferiora deſcendit, in plures diuaricatur propagines, quorum

- Duæ utrinque uidelicet una, ubi truncus ad ſeptum tranſuerſum peruenit, in ſeptum ipſum ſparguntur, ac in cordis inuolucrum, ea uidelicet parte, qua ſepto aduaſcitur.
- Vna magna ſub ſepto tranſuerſo, ex elatiori arteriæ magnæ ſede originem ducit, ac inde in duos diuaricatur ramos,
  - Dexter, qui gracilior eſt ſuperiori omenti membranæ cōnectitur, ac inde uenæ portæ adnexus, ſurſum ad iecoris cauū contendit, & quamplures ex ſe mittit propagines, quarum uadūt aliquæ in
    - Omenti
      - Superiorem,
      - Inferiorem
      - Membranam.
    - Colum inteſtinum.
    - Ventriculi
      - Poſteriorem ſedem.
      - Dextram fundi partem.
    - Duodenum inteſtinum.
    - Bilis ueſicam.
    - Iecoris cauum.
  - Siniſter qui dextro craßior habetur, inferiori omenti membranæ committitur, ac deinde uenæ portæ ramo iungitur in tot, quot illæ ſoboles digerendus, quarū uadunt aliquæ in
    - Ventriculi
      - Partem, qua dorſo innititur.
      - Mediam eius regionis ſedem, quæ dorſo incūbit.
      - Superius orificium, & illud uenæ portæ inſtar cingunt, ac uentriculi corpori & ſtomachi termino, quo is uentriculo continuatur, propagines offerentes.
      - Superiora dextrorſum, ac inde in humilius orificium, & anteriorem poſterioremq; ſedem.
      - Fundum, ſiniſtrorſum inde perreptantes.
    - Omenti membranam ſuperiorem.
    - Colum inteſtinum.
    - Lienis cauum, ſecundum rectam lineam, à quibus ramuli oriuntur, qui ſiniſtrorſum uentriculi latus occupant.
- Vna, paulò inferiùs, ab elatiori magnæ arteriæ parte principium ſumit, & in plures diuiſa propagines, uadit, uenæ portæ modo in
  - Superiorem meſenterij ſedem.
  - Ieiunum
  - Ilium
  - Inteſtinum.
  - Colli inteſtini partem, quæ à iecoris cauo ad dextrum renem uſque pertinet.
- Duæ magnæ, utrinq; uidelicet una, quarum ſiniſtra dextra humilior enaſcitur, in renes digeruntur.
- Duæ poſt has, quas ſeminales appellant, ſeminalibus uenis cōtextæ, ad teſtes permeant. Verùm neque harum ſiniſtra (ut de ſiniſtra ſeminali uena ſæpius retulimus) ex ſiniſtra uenali arteria principium ſumit, ſed ſuo ortu, cum dextra ſeminali arteria contermina habetur. In mulieribus uerò (ut de uenis dictum eſt) partim in teſtes, partim in uteri fundum digeruntur.
- Aliquæ à poſteriori, ſeu inferiori magnæ arteriæ ſede, quà hæc uertebris committitur, geniculatim utrinq; ad ſingulas lumborum unrtebras promuntur, & in dorſalem medullam, & muſculos uertebris hîc adnatos excurrūt. Quarum maiores inferioresq; non ſolùm ad muſculos uertebris attenſos accedunt, uerùm tranſuerſim per peritonæum, abdominisq; muſculos ad latera uſque abdominis exporriguntur.
- Aliquæ ſupra ſacri oßis initium prodeunt, & uenarum ramis exactißimè correſpondent. Si exiguos fortè ſurculos ſecluſeris, qui ab humiliori arteriæ ſede, deorſum ducti, ac ſacro oſſe ſuffulti, ipſius foramina ſubeunt, hâc dorſalem medullam, poſterioremq; ſacri oßis ſedem petentes.
- ☐

## *Reliquum proximæ præcedentis Tabulæ.*

- ☐ Quod reliquum eſt, in lumborum regione uenæ cauæ, ſiniſtro lateri ſuccumbens, ad ſacri oſsis principiū in duos grandes truncos ad hanc △ imaginē bipartitur, ut unuſquiſq; ramus ad ſuum perrepiet femur, quorum ſimiliter uſq; ad extremos pedis digitos, in duos grandes diuaricatur trūcos, quorum
  - Interior, exteriori gracilior, plures à ſe mittit propagines, quarum
    - Duæ parum inferius exortæ, uariè ſcinduntur. Nam
      - Exterior, ſimul cum uena inter ſacrum os & ilium os, quà hæc inuicem debiſcunt, in exteriora tranſuerſim exporrigitur, & frequenti utcunque ſobole muſculos ilium os amplexantes, ipſumq; adeò coxendicis articulum implicat.
      - Interior in
        - Viris, in plures ſcinditur ſoboles, quarum uadunt aliquæ in
          - Veſicæ
            - Fundum.
            - Ceruicem.
          - Penem.
          - Podicem.
        - Mulieribus, plurima ſobole currit in
          - Humiliorem uteri fundi regionem.
          - Veſicam.
          - Vteri ceruicem.
    - Quod reliquum eſt, deorſum repit, ſui lateris arteriam, quæ in umbilicum fertur, admittens, ac deinde propaginem aſſumit ab externo trunci ramo propagatam, ubi is iam in crus eſt prolapſurus. Præſens itaque ramus ea propagine adauctus, per pubis oſsis foramen ducitur, & in muſculos foramen id occupātes, & illos, qui à pubis oſſe principium ducunt, diſpenſatur.
  - Exterior, per inguina deſcendēs, ab hac ſede uſque ad extremos pedis digitos, in plures diuaricatur ramos, quorū
    - Vnus antequàm eius truncus peritonæum permeat, in plures diuaricatur propagines, quarum
      - Vna ſurſum peritonæo exporrigitur.
      - Nonnullæ ad rectum abdominis ſui lateris muſculum accedentes, ſurculos in conterminos ſedes, tranſuerſim utrinque digerunt.
      - Vna in plures ſcinditur ramulos, qui ſurſum properantes arteriæ eodem à pectoris regione tendentis ramulos ſpectant, ac mamillarum cum utero communionem (ſi modò arteriarum beneficio aliqua fit) præbent.
    - Vnus poſtquàm truncus peritonæum ſuperauit exortus, ad pubis oſsium commiſſuram pergit, qui neque ut eò tendens uena in multas diſpergitur ſoboles, quarum ne una quidem cutem ſubit, niſi fortè exilis quæpiam in penis inuolucrum diffundatur.
    - Vnus poſt hunc, in anteriori femoris parte promitur, & in muſculos ibi exiſtentes digeritur. Verùm etſi in frequentes ſcindatur ſoboles, nulla tamen cuti exporrigit.
    - Vnus in altero latere propagatus, ad genu uſque prorepit in plures diuiſus ſurculos, quorum
      - Aliqui in progreſſu permeant in
        - Quintum femur mouentium muſculum.
        - Muſculos internam femoris ſedem occupantes.
      - Vnus arteriæ ramo coniungitur, & permiſcetur, quam per pubis oſsis foramen in crus pertingere ſcripſimus.
    - Vnus ubi truncus per femoris poſteriora diſcurrit, enaſcitur, qui in muſculos poſteriorem femoris ſedem occupantes, excurrit & aliquo uſque cum illis uenarum propaginibus, deducitur, quæ à uena per genu flexum tranſeunt, in ſuræ cutem diſpergitur.
    - Duo, utrinque uidelicet unus, in poplite enati, ac in alto reconditi, in genu articuli latera digeritur.
    - Vnus, ubi arteria tibiam ſubire incipit, ab externo ipſius latere emergit, & fibulæ exporrectus inter ſeptimum & octauum pedis motus, autorum muſculos reconduur, atque in reliquos, qui anteriorem tibiæ ſedem ſibi uendicant, ſoboles digerit.
    - ⌗

- ♯ Duo, totam in pedem excurrentem arteriam in ſe complectentes, ſub medio longitudinis tibiæ prodeunt, quorum
  - Interior, inter calcem & tibiæ os pedis inferiora ſubit, & in plures ſcinditur ſurculos, quorum
    - Vnus, in progreſſu tali cum tibia articulo offert.
    - Quod reliquum eſt, in pedis plantam ſubiens, in duas partitur propagines, quarum
      - Altera, duplici ramo inferiorem pollicis adit ſedem.
      - Alter, in progreſſu in duos ſurculos digeritur, & eorum
        - Alter, duplici propagine in indicem inſeritur.
        - Alter, indiuiſus medio aſſociatur digito.
  - Exterior, inter fibulam & calcem pedis inferiora accedit, & in plures partitur propagines, quarum
    - Vna tali cum tibia articulum perreptat.
    - Altera, quæ grandior habetur, ſub interiori malleolo ad principium illorum muſculorum pergit, qui pollicem & tres digitos ipſi proximos in externum latus abducunt.
    - Quod reliquum eſt diſſeminatur in
      - Duos minimos digitos.
      - Externam latus medij digiti.

## De uena arteriali, & arteria uenali, ex Veſalio, libro tertio, capite decimoquinto.

- Reliqua adhuc in uenarum arteriarumq; ſermone ſunt duo uaſa, quæ ſingula duabus uocibus à diſſectionum proceribus explicātur. Nam
  - Alterum, uenam arterialem appellant, eò quòd arteriali non uenali ſit corpore conſtatum, & ſanguinem ut uena deferat. Vena hæc ex elatiori ſede dextri cordis uentriculi in pulmones numeroſiſſima ramorum ſerie digeritur, ſanguinemq; in eo cordis uentriculo elaboratum, pulmonibus ſubminiſtrans.
  - Alterum, arteriam uenalem nuncupant, eò quòd aërem ueluti ſpiritum ex pulmonibus in ſiniſtrum cordis uentriculum deferat, & tamen non arteriali, ſed uenali corpore conſtatum.

### ANNOTATIO.

¶ Sicut uenarum pedem ſubeuntium ſeriem uariari ſuo loco relatum eſt, & in pedibus præcipue, ita ſane & arteriarum diſtributio inibi diſcrepat & uariatur.

## De ſpiritibus, ex Galeno, & Haliabbate

**Spiritus eſt ſubſtantia ſubtilis, aerea, dilucida, ex tenuiſſima quaq; ſanguinis parte producta, & ſecundum**

- **Galenum eſt duplex**
  - *Animalis, in uentriculis cerebri continetur, & per neruos in uniuerſum diffunditur corpus, mouendi ſentiendiq; facultatem præbens. Ex uitali ſurſum per arterias elato generatur, perfectius cocto & elaborato. In quem uſum reticularem plexum, quaſi uarium quendam labyrinthum, iuxta cerebrum natura fabricauit. Vbi enim hæc ipſa accuratè materiam elaborari uult, diutinam ei moram in concoctorijs inſtrumentis machinatur.*
  - *Vitalis, in corde generatur, ex inſpiratione, & ſanguinis uapore, qui per arterias ad cuncta corporis membra contendens, uitæ ac inſiti nobis caloris cauſa exiſtit.*
  - (De placitis Hippocratis & Platonis. De methodo medendi, lib. 12. De facultatibus noſtrũ corpus diſpenſantibus.)

### ANNOTATIO.

¶ Naturalis equidem ſpiritus an ſcilicet ſit, uidetur ſatis dubitare Galenus, cùm 12. Methodi dicat: Si aliquis naturalis Spiritus eſt, utique in iecinore & uenis continebitur. At Ioannes Manardus Ferrarienſis uir quidem & doctus, & Galeni ſectator acerrimus, naturalem ſpiritum non dari, ſuarum epiſtolarum 16. epiſtola prima, pluribus rationibus comprobauit, quod prius præſenſerat Auerroes, dicens ſuâ Coll. primo, ſpiritus in hepate non apparet per uiam ſenſus.

- **Haliabbatem & Arabes eſt triplex.**
  - *Naturalis, in hepate fit, & ab eo per uenas non pulſantes in totum mittitur corpus. Ipſe enim uirtutem naturalem conſtituens, eius actiones benè format, ac perficit. Fit autem ex puriore, qui in hepate fit, ſanguine, cui nullus cæterorum humorum commiſcetur.*
  - *Vitalis, in corde generatur, à quo per arterias ad omnia corporis membra mittitur, uitalem conformans uirtutem, ac cuſtodiens: cuius habitudines, & format, & perficit. Hi enim ex ſubtili uapore ſanguinis clari & mundi, & ex aëre per inſpirationem inducto generatur.*
  - *Animalis, in uentriculis cerebri gignitur, & per neruos ad omne mittitur corpus, animalem conſtituens uirtutem, conſolidans, ac in ſua ſeruans habitudine. Huius generatio ex uitali prouenit ſpiritu, qui à corde per arterias aſcendēs, ad cerebri baſim in reticularem plexũ ſe diffundit, ibiq; tam diu moratur, quouſque fuerit in ultimo maturationis decoctus, clarus, ac lucidus. Deinde per duas, ab ipſo reticulari plexu aſſurgens arterias, ad duos quidem priores cerebri uentriculos, ac demum ad ultimum in puppi exiſtentem defertur.*

## De facultatibus, ſeu uirtutibus humani corporis, ex Galeno, nono methodi medendi, libris de naturalibus facultatibus, de locis affectis quinto, & de ſymptomatum cauſis, ſecundo & tertio.

*Facultates, ſeu uirtutes animal gubernantes, tres diuerſi inter ſe generis habentur, quarũ alia dicitur*

- *Animalis, quæ & ratiocinatrix dicitur, in cerebro domiciliũ habet. Ea enim uoluntarijs actionibus una cum ſenſibus præſidet, utitur & hæc particulis quibuſdam, ceu canalibus, uempe ipſis neruis, ſenſum motumq́; in ipſum animal tranſmittens per eos.*
- *Vitalis, quæ non modò in ſtirpibus aut uita præditis, ſed etiam in animalibus nobis inſita eſt. Hæc ſedem in corde habet, ipſo quoq; inſiti caloris quodam ceu fonte, à quo canales arteriæ ſunt, uocaturq́; facultas hæc multis ſane nominibus. Nam & facultas ſiue uirtus animoſa, & anima animoſa dicitur.*
- *Naturalis, ad nutriendum animal neceſſaria, & ſtirpibus communis quæ iecur ueluti pro fonte habet, canales uerò, ob hoc in totũ corpus ſparſos, ipſas uenas. Hãc uerò appetitricẽ ſeu naturalem appelles, nihil intereſt. Procedũt enim ab ea quatuor facultates, omni particulæ, quæ nutriri debeat, omnino neceſſariæ. Ideoq́; eas nutritionis miniſtras appellari debere compertum eſt, quæ quidem hæ eſſe dicũtur, ut*
  - *Attractrix, quæ prima naturalium potentiarum habetur. Ipſa enim peculiares parti ſuccos alendi ipſam gratia, & appetere, & attrahere poteſt, cui uilli in longum protenſi famulantur & ſeruiunt.*
  - *Alteratrix, qua ſuccus attractus ſimilis euadit parti, quæ alitur, cui aliæ, quæ ſequuntur duæ miniſtrant. Hæc enim per calidum & humidum quàm celerrimè operatur, ideoq́; pueri alijq́;, quorum corpora calidiora humidioraq́; exiſtunt, in his quæ ad cõcoctionem, appoſitionem, adhæſionem atq; nutricationem pertinent, optimè degunt. At quidẽ pueri in facultate hac iuuenes ſuperant: in attractrice uerò ac reliquis facultatibus ab ipſis iuuenibus uincuntur. Neque enim obſtat, quòd pueri, citius quàm iuuenes euomant, & deijciant, cùm hoc non ob expultricis robur, ſed ob retentricis imbecillitatem eueniat.*
  - *Retentrix, ſuo fungitur munere, quando pars attractum ſuccum concoquit, donec ipſum in ſuam ipſius naturam conuerterit, & huic tranſuerſi famulantur uilli.*
  - *Expultrix, ſuo fungitur munere, quando à cõcoctione, quod inutile eſt, ſecernitur, idq́; excrementum uocatur. At hæc aliquando non ſponte, & naturaliter operatur, ſed uiolenter, ut patet in abortu, ut cùm*
    - *Moles nimia uterum adeò occupauerit, ut amplius diſtendi non queat.*
    - *Pondus, ſupra uires eius ſit quod continet.*
    - *Humores, qui prius in membranis continebantur, his ruptis in uterum effunduntur, ac etiam cùm totus corrumpitur fœtus, ac in noxiam ſaniem conuertitur, cuius irritatione uterus tum mordetur, tum irritatur.*

## De facultatibus, ſeu uirtutibus, ex Auicenna, Alsharauio, Haliabbate, & cæteris Arabicæ autoribus.

*Virtus, ſeu facultas corporis triplex:*

- *Animalis à cerebro procedens, quæ eſt triplex:*
  - *Gubernatiua, et hæc triplex,*
    - *Imaginatiua, quæ in anteriori cerebri uentriculo.*
    - *Rationalis, quæ in uentriculo cerebri medio.*
    - *Rememoratiua, quæ in uentriculo cerebri poſteriori* (*Reſidet.*)
  - *Motiua, ex qua mouentur membra, quæ mouentur uoluntariè, ut eſt pedum ambulatio.*
  - *Senſitiua, quæ in quinque ſenſus, uidelicet*
    - *Viſum,*
    - *Tactum,*
    - *Auditum,*
    - *Guſtum,*
    - *Odoratum* (*Diuiditur.*)
- *Vitalis à corde procedens, quæ præparat membra ad recipiendum uirtutem ſenſus & motus, & operationis uitæ. Eſt etiam principium motus ſubſtantiæ ſpiritualis ſubtilis ad membra, & principium conſtrictionis & dilatationis propter attractionem aëris, & eius expulſionem.*
- *Naturalis, ab hepate prouenit, & in plures diuiditur, quarũ aliæ dicũtur*
  - *Miniſtratæ quatuor, quarum*
    - *Duæ ſunt quæ miniſtrant in re nutrimẽti ad hoc, ut indiuiduum remaneat, quarum altera*
      - *Nutritiua, quæ nutriens in nutriti conuertit ſimilitudinẽ, ideò, ut per ipſum reſtaurationẽ recuperet, quod diſſolutũ fuit, et tribus particularibus completur operationibus, quarum*
        - *Prima eſt, aduentus ſubſtantiæ cambij, quæ ſanguis, & humor, qui eſt in potentia propinqua in effectu ſimilis membro: quod quandoq́; fallit, quemadmodum contingit in atrophia, quæ eſt nutrimenti defectus.*
        - *Secunda eſt, adhærentia, quæ eſt, ut hoc receptum, nutrimentum cõpleto effectum efficiat, ſcilicet, ut membri pars fiat, quod plerunque fallit, quemadmodũ in hydropiſi contingit carnoſa.*
        - *Tertia eſt ſimilitudo, quæ eſt, ut hoc receptũ, quod iam factũ eſt pars mẽbri, ponat ei ab omnibus partibus ſimile, uſq́; in eſſẽtia & colore quod nonnunquam fallit, quemadmodum contingit.*
      - *Creſcitiua, quæ in totius corporis diametris ſecundum naturalem proportionalitatem addit, quatenus ipſum ad finem augmenti perducat per illud, quod ipſum ex nutriente ingreditur. Impinguari enim poſt macredinem in ætate cõſiſtentiæ non eſt creſcitiuæ uirtutis, cum non ſit augmentum, niſi quod ſecundum naturalem proportionalitatem in omnibus exiſtit diametris.*
    - *Duæ ſunt, quæ miniſtrãt in nutriẽte, ut remaneat ſpecies, quarum altera*
      - *Generatiua, quæ eſt duplex:*
        - *Altera, in maſculis & fœminis ſperma generat.*
        - *Altera, diuidit uirtutes, quæ ſunt in ſpermate, & permiſcet eas prout unicuiq́; conuenit membro, dans neruo & oßi complexionem propriam, & hanc uocant medici uirtutem immutatiuam primam.*
      - *Informatiua imprimens, ex qua procedit membrorum lineatio, figuratio, concauitas, foramina, lenitas, & aſperitas, & eorum ſitus communitasq́;, & ad ultimum operationes, quæ ex finibus dimenſionum eorum pendent.*
  - *Miniſtrãtes quatuor, quarũ*
    - *Attractiua, quæ fuit creata ad attrahẽdum iuuatiuum. hæc operatur in hoc uillis ſecundum longitudinem protenſis, cui calidum, ſiccumq́; magis ſuffragatur.*
    - *Retentiua, quæ fuit creata, ut iuuantium retineat, dum uirtutes ipſum immutantes in eo operãtur, quæ ab ipſo alimentum ſuſcipiunt, quod equidem tranſuerſis efficitur uillis, auxiliantibus ijs, qui in latitudinem protenduntur: & hæc cum calido ſiccoq́; magis operatur.*
    - *Digeſtiua, quæ eſt duplex*
      - *Altera, agens in iuuatiuo id, quod attraxit attractiua, & retinuit retentiua, in eſſentiam conuertit aptam uirtutum in ea permutionem facientium operationi ad complexionem, quæ conuerſionem nutrimentis in effectu eſt competens.*
      - *Altera, agens in nocitiuo operatur, ut ſuperfluitates in digeſtionẽ permutet, aut ut earum egreßionem à membris facilem efficiat, attenuando, ingroſſando, incidendo: cuius finis eſt expulſio.* (*His humidum calidumq́; opẽ ferunt.*)
    - *Expulſiua, quæ nutrimẽti ſuperfluitates expellit, & ab aptis receptaculis euacuat, ut à ueſica urinam, & ab inteſtinis fæces. Hæc enim expellit etiam aliquando per partes & foramina præparata, & aliquando à nobilibus partibus ad ignobiles, & huic naturaliter ſuffragatur calidum & ſiccum. Quanquam ſiccum minus iſti, quàm attractiuæ & retentiuæ, auxilientur. Accidentaliter uerò frigiditas, à qua generatur uentoſitas ad expellendum neceſſaria.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0082-6 DFG

## De functionibus,ſeu operationibus humani corporis,ex Galeno de ſymptomatum differentijs,de naturalibus facultatibus,& de placitis Hippocratis & Platonis.

- *Functio eſt motus actiuus, qui à facultate ipſa proce dit:cuius duæ ſunt differentiæ,uidelicet*
  - *Animalis,ſeu uoluntaria à neruis & muſculis procedens,ea eſt, quam cùm ſit , ſedare poteris, ubi uelis & cùm non ſit,excitare,& eſt triplex uidelicet*
    - *Senſibilis,quæ quinq; omnino modis explicatur:eſt enim functio*
      - *Videndi.*
      - *Audiendi.*
      - *Odorandi.*
      - *Guſtandi.*
      - *Tangendi.*
    - *Motrix,quæ unum tantùm inſtrumentum,idq; certum ſibi uendicat, ita & motionis modum ipſum habet unum ſcilicet uoluntarium,ſed particulatim in uarijs inſtrumentis adeò uariatur,ut multiformis eſſe uideri poßit.*
    - *Rectrix , ſeu princeps: quæ diuiditur in*
      - *Imaginationem.*
      - *Cognitionem.*
      - *Memoriam.*
  - *Naturalis,ſeu uoluntatis expers, ex uena & arteria procedit,et eſt quæ non pendet ex arbitrio & electione, ſed ſpõte & naturaliter fit,& hæc in plures ſecernitur , quarum alia dicitur*
    - *Genitrix,quæ ſimplex quædam naturæ actio non eſt,ſed ex alteratione formationeq; compoſita. Vt enim os fiat,neruus, uena & reliquarum particula quælibet,alteratam eſſe oportet ſubiectam,unde animal fiat,ſubſtantiam. Vt uerò congruentem figuram & poſituram,& caua quædam enata,uel adnata,aliaq; id genus habeat,effingi eam oportet, quæ alteratur, materiam.*
    - *Formatrix,eſt quæ compaginenes, & formas alteratricis operibus effingit, iuxta figuram formamq;, quæ omnibus membris neceſſaria eſt. Hæc enim perforat,excauat,aſperat,lenitq; ea,quæ eſſe perforata,excauata,aſpera,leniaq; neceſſarium eſt.*
    - *Nutrix, cuius nominis ratio eſt,ad id, quod nutritur, eius quod nutrit, aßimulatio. Porrò ut fiat hæc , agglutinatio, ſiue adhærentia præcedat oportet , ſicuti etiam ut illa fiat appoſitio, poſtquàm enim ſuccus is , qui omnem animalis particulam nutriturus eſt , à uaſis excidit, in totam eam diſpergitur,ut*
      - *Adiungat, in qua functione errat aliquando natura, inopia humoris non affluentis, ut in ægritudine, quæ ἀτροφία & tabes uocatur, manifeſtè cernitur.*
      - *Agglutinet, in qua functione aliquãdo fit error inopia nimia adiuncti nutrimenti, quod cùm aquoſum ſit, nec ad ſiccum ſufficienter redactum, nec lentitiam glutinisq; conſiſtentiam, quæ naturalis caloris ope prouenit, adeptum, adhærentiam conſequi non ualet, ut in genere e illo hydropis quod ἀνασάρκα dicitur.*
      - *Aßimilet, in qua functione etiam aliquando error committitur, permutando aßimilationem, ut uidetur in uitiligine, quæ græcis λεύκη dicitur, in qua adhærentia nutrimenti facta cernitur, non tamen aßimulatio.*
    - *Auctrix, ſolidas animaliũ partes in longum, latum profundumq; ampliat & auget, & ubi perfectam magnitudinem animal eſt adeptum, toto, poſtquàm editum eſt tempore, uſque ad ætatis uigorem facultas hæc dominatur, cui miniſtræ auxiliatricesq; alteratrix & nutrix. Augetur quidem is, cuius perfecta iam forma eſt. Eius autem quod fit, proceſſus ille, qui eſt ad formam, non utiq; auctio , ſed generatio nominatur. Quippe augetur id quod eſt, gignitur uerò id quod non eſt.*

*Finis primæ partis Theoricæ.*

## De aëre, ex Galeno, primo de Tuenda ſanitate, & Paulo, libro primo, capite XLIX. & Auicenna II. primi.

**Aer duplex**

- *Purus, eſt elementum, & corpus ſimplex, ut in elementorum tabula iam dictum eſt. Hic enim & unumquodq; ſimplicium nudorum non puteſcit, uerùm aut in ſui qualitate, aut in ſui ſubſtantia in aliud conuertitur ſimplex.*
- *Impurus eſt, quem inſpiramus & reſpiramus. Is enim corpus eſt commixtum ex partibus aqueis, uaporoſis ac terreis, in nubem et fumum ſurgẽtibus, ac etiam partibus igneis, & ex aëre certificato: & eſt duplex, ſcilicet*
  - *Mundus, lucidus eſt, nec ſtagni, nec paludis halitu infectus, nec ex profundo ſpecu peſtilentem auram ſpirãs: nec etiam eſt hic, qui ex cloacis, quæ urbem aut numeroſum exercitum purgant, uitium contraxit: nec qui ex animalium, olerum, leguminumq; putredine aut fimo coinquinatur: nec qui ob ſtagnum, uel flumen uicinum nebuloſus eſt: nec qui editis undiq; montibus in cauo loco clauſus eſt. Hic enim aliquando lapſu naturali, & naturalẽ curſum egrediente, alteratur, atque permutatur ad*
    - *Calidũ, quod*
      - *Diſſoluit.*
      - *Sitim excitat.*
      - *Laxat.*
      - *Colorem alterat.*
      - *Spiritus reſoluit.*
      - *Sudorem prouocat.*
      - *Vrinam minuit.*
      - *Coctionem impedit.*
      - *Virtutem deijcit.*
      - → *Corrigitur infrigidantibus.*
    - *Frigidum, quod*
      - *Imbecillibus corporibus nocet.*
      - *Mortificat.*
      - *Fluxiones excitat.*
      - *Neruos debilitat.*
      - *Tracheam arteriã exaſperat.*
      - → *Corrigitur calefacientibus.*
    - *Humidum, quod*
      - *Cutim lenit.*
      - *Corpus humectat.*
      - → *Corrigitur exiccantibus.*
    - *Siccum, quod cutim tum denigrat, tum exiccat: corrigitur humectantibus.*
    - *Turbidum, quod*
      - *Triſtem efficit animum.*
      - *Humores commiſcet.*
      - → *Corrigitur clarificantibus.*
  - *Immundus, ſuffocans eſt & putris, eiq; perſimilis qui in domibus quibuſdã eſt incluſus, in quibus ob putredinem, & perflatus defectum plurimus aceruatur ſitus. In eiuſmodi enim genere eſt aër is, qui uicinus eſt aquis, in quibus linum, & canabis macerantur, & qui in qualitatibus omnibus mundo lucidoq; aëri contrarius eſt. Hic enim*
    - *Humores putreſacit.*
    - *Cor inficit.*
    - *Morbos peſtilentes creat.*
    - *Iuncturas laxat.*
    - *Sitim auget.*
    - *Spiritus deijcit.*
    - *Colorem alterat.*
    - *Deſipientiam facit.*
    - *Fruges corrumpit.*
    - *Ardorem in pectore efficit.*
    - *Linguæ ſiccitatem inducit.*
    - *Vomitum prouocat.*
    - *Bilioſa per inferna prouocat.*
    - → *Corrigitur putredini occurrentibus.*

## De uſu, & functionibus inſpirati & reſpirati aëris, ex Auicenna II. primi.

*Aër eſt, tum corporum tum ſpirituum noſtrorum elementũ, ac etiam quid ſucceſsiuè ipſis eueniens, ueluti euentas flabellum. Quod non tantùm elementũ ſpiritibus ipſis prodeſt, uerùm etiam ut cauſa efficiens, & temperans ipſorum calorem. Quod quidem temperamentum, & uſum, duobus efficitur functionibus,*

- *Euentatione, quæ eſt temperamentũ ſpiritus calidi, cùm ſuperfluit propter coarctationem ſecundum plurimum & alteratur. Et hoc temperamentum attribuit nobis aëris attractio à pulmone, & à poris euentatione pulſus, qui ſunt cum arterijs continui.*
- *Mundificatione, quæ fit propter aſſociationem ipſius ſpiritus, cùm aër attrabitur quod ei attribuit uirtus ſeparatiua ex uapore fumoſo, cùm aër expellitur. Nam ſicut accidit temperamentum ſpiritui cùm aër attrahitur, ita & mundificatio cùm expellitur. Qui enim ad temperandum aër attrahitur, neceſſe eſt ut effectu ſit frigidus, uerùm poſtquàm inibi immoratur, ad qualitatem ſpiritus cõuertitur, quo fit ut recentiori aëre indigeat ſpiritus. Et ut prior iam calefactus aër egrediatur, ut ſucceſſori poſtmodum ſit ibi locus. Egrediens enim aër ſpiritus ſuperfluitates ſibi coniunctas ſecũ ducens, ſpiritus mundificat. Ideoq; clarus, purus, ac lucidus aër humores, ac ſpiritus ſibi ſimiles procreat. Nam turbido ac nebuloſo effecto aëre, humores quoque ac ipſi ſpiritus & turbantur, & offuſcantur.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0084-8
DFG

## De temporum anni, quæ ab aëre fiunt alterationibus, & de his, qui inde perueniunt affectibus, ex Hippocrate, & Galeno tertio Aphoriſmorum, & Auicenna, 11. primi.

*Anni tempora ab aëris affectibus frequenter à naturali curſu peruertuntur. Nam ſi*

- *Ver, quod temperatiſſimum exiſtimatur, ſiccum & Aquilonium fuerit, & hyems quæ præceſſerit auſtralis & pluuioſa, mulieres quibus partus ad uer inſt, ex quacunque occaſione abortiunt, quæ uerò pariunt, imbecilles & morbidos infantes, quare uel ſtatim intereunt, uel tenues, & ualetudinarij uiuunt. Alijs uerò quampluribus hac tempeſtate ſæpius hi eueniunt morbi, uidelicet*
  - Inteſtinorum difficultates.
  - Lippitudines ſiccæ.
  - Vrinæ incendia.
  - Interimentes deſtillationes quæ tantùm ſenibus euenire ſolet.
- *Æſtas, calida eſt & ſicca, quæ ſi fuerit*
  - *Aquilonia & ſicca*
    - *Et ſubſequens autumnus pluuioſus & auſtralis, ad hyemem fiūt*
      - Capitis dolores.
      - Tuſſes.
      - Raucedines.
      - Grauedines.
      - Tabes.
    - *Et autumnus fuerit, quomodocunque ipſa erit æſtas ſalubris, quanquam in ea euenire poſſint*
      - Pituitoſæ fluxiones.
      - Lippitudines.
      - Acutæ & longiores febres.
  - *Auſtralis*
    - *Humida, prouenient quidem*
      - Peſtiferæ ægritudines.
      - Morbilli.
      - Vari.
    - *Sicca & autumnus madidus & aquilonius, euenient ad hyemem*
      - Capitis dolores.
      - Fluxiones.
      - Aurium tinnitus.
      - Raucedines.
  - *Calida & ſicca nimis præter regionum locorumq́; conſuetudinem, corporibus euenient*
    - Anginæ.
    - Vari.
    - Morbilli.
    - Vrinæ ſuppreſſio.
    - Sanguinis profluuia.
    - Defectus
      - Menſtruorum.
      - Sputi.
  - *Veri ſimilis, ſudores in febribus copioſiores euenient.*
- *Autumnus frigidus & ſiccus, qui ſi fuerit*
  - *Aquilonius & ſiccus, & æſtas quæ præceſſerit ſimiliter aquilonia et ſicca, his qui naturam humidiorem habent, & mulieribus proficiet. Reliquis uerò quampluribus excitabit*
    - Lippitudines ſiccas.
    - Acutas febres.
    - Grauedines.
    - Atras biles.
  - *Auſtralis & pluuioſus, & æſtas, quæ præceſſerit etiam talis extiterit, ad hyemem fluxiones non deficient.*
- *Hyems quæ frigida eſt et humida, ſi fuerit aquilonia & ſicca, nocebit quidem rectis ſtatibus hominibus, & fient inde*
  - Tuſſes.
  - Alui adſtrictiones.
  - Vrinæ defectus.
  - Laterum dolores.
  - *Quòd ſi uer madidum auſtraleq́; ſubſequatur, æſtate adueniente mulieribus & humidis corporibus, prouenient*
    - Febres acutæ.
    - Lippitudines.
    - Inteſtinorū difficultates.

## De totius anni commutationibus ab aëris affectibus prouenientibus, ex Hippocrate, & Galeno, tertio Aphoriſmorum, & Auicenna, libro primo, doctrina 11.

*Anni tempora, ſi fortè temperamentum permutauerint, fuerint quidem ſalubria, ſi autumnus pluuioſus, hyems pro regionis tractu temperata, uer pluuioſum, & æſtas non ſine aliquibus pluuijs eueniat. Verùm cùm totus annus ad unam tantùm qualitatem ſe conuerterit, inſalubris is quidẽ euadet. Nam ſi fuerit*

- *Calidus, fient*
  - *Acutæ febres.*
  - *Maniæ.*
  - *Acuta apoſtemata.*
  - → *In bilioſis corporibus.*
- *Frigidus, generabit*
  - *Epilepſiam.*
  - *Apoplexiam.*
  - *Paralyſim.*
  - *Stuporem.*
  - *Tremorem.*
  - *Spaſmum.*
  - → *In pituitoſis corporibus.*
- *Humidus, orientur*
  - *Contumaces febres.*
  - *Alui profluuia.*
  - *Putredines.*
  - *Apoplexiæ.*
  - *Anginæ.*
  - *Morbi comitiales.*
- *Siccus, fient*
  - *Tabes.*
  - *Lippitudines.*
  - *Articulorum dolores.*
  - *Vrinæ ſtillicidia.*
  - *Inteſtinorum difficultates.*

## De uentorum naturis, deq́ eorum affectibus, ex Auicenna, libro primo, Fen prima.

*Venti*

- *Septentrionales, frigidi & ſicci*
  - *Vrinam prouocant.*
  - *Corroborant.*
  - *Indurant.*
  - *Prohibent.*
  - *Poros claudunt.*
  - *Concoctionem augent.*
  - *Ventrem ſtringunt.*
  - *Aërem peſtilentem ſanant.*
  - *Præter hæc, ab his ſæpius cauſantur*
    - *Neruorum dolores.*
    - *Horripilationes.*
    - *Tuſsis.*
    - *Coſtarum ægritudines.*
    - *Pleuritis.*
    - *Peripneumonia.*
  - *Quòd ſi præceſſerit auſter, fient*
    - *Sanguinis profluuia.*
    - *Pectoris ægritudines.*
    - *Tuſsis.*
    - *Pleuritis.*
    - *Peripneumonia.*
- *Meridionales, calidi & humidi*
  - *Laxant fortitudinem.*
  - *Poros aperiunt.*
  - *Humores agitant, & ad exteriora propellunt.*
  - *Senſus grauant.*
  - *Recidiuationem faciunt.*
  - *Epilepſiam commouent.*
  - *Somnum prouocant.*
  - *Febres putridas generant.*
- *Orientales, calidi & ſicci*
  - *In poſtremo noctis, & principio diei, uenient ab aëre, qui iam temperatus eſt propter ſolem.*
  - *In fine diei, & noctis principio, erunt & humidiores & craſsiores.*
- *Occidentales, frigidi & humidi*
  - *In fine noctis, & principio diei, uenient ab aëre, à ſole nondum calefacto, quamobrem & ſpiſsiores & craſsiores erunt.*
  - *In fine diei, & principio noctis, minus ſpiſsi, & minus craſsi erunt.*

## De aëris temperaturis pro regionum locorumq; ſitu euenientibus, ex Auicenna, libro primo, Fen ſecunda, doctrina II.

- Loca
  - Orientalia, ſcilicet orientem reſpicientia, ſalubria exiſtunt triplici ratione
    - Prima, quia ſol oriens ſuper ea eleuatur, & aërem eius clarificat.
    - Secunda, quia ſol paruo temporis interuallo recedit ab eis ad occidentem tendens.
    - Tertia, quia exufflant ſuper ipſam uenti ſubtiles quos præmittit ei ſol.
    - Quò fit, ut
      - Reſoluendo uapores, aërem clarificet.
      - Non inducat ſuperfluum calorem, præſertim cùm ferè ſemper uenti ſubtiles à ſole præmittantur, ſimul aërem & diſcutiant, & clarificent.
  - Meridionalia, ſeu meridiem reſpicientia, ea intemperie immutant loca, quæ caliditatem maximam experiuntur, quorum incolæ
    - Communiter habent omnes
      - Capita plurima humiditate referta.
      - Ventres fluidos.
      - Senſus graues.
      - Membra in uniuerſum laxa.
      - Appetitricem facultatem imbecillem.
    - Particulariter
      - Mulieres
        - Menſtruis abundant.
        - Non impregnantur niſi cum difficultate.
        - Frequenter abortiunt, propter multitudinem ægritudinum earum.
      - Viri — Patiuntur.
        - Sanguinis profluuia.
        - Hæmorrhoides.
        - Lippitudines humidas
      - Senes — Afficiuntur.
        - Reſolutionibus.
        - Fluxionibus.
        - Aſthmate.
        - Tortura.
        - Morbo comitiali.
        - Febribus contumacibus hyemalibusq; nocturnisq;
  - Occidentalia, ſcilicet occidentē reſpicientia, humida ſunt & temperatè calida. Nam quādo ſol peruenit ad ipſa, non eis appropinquando incedit, ſed poſtquàm inualuerit ad calefaciendū clima. Quo fit ut ipſe iam deſcendens, aërem ibi neq; ſubtiliet, neq; ualēter exiccet. Ob hoc igitur eiuſmodi locorum aër, cùm humidus, ac craſſus exiſtat, eo inſalubrior extitit, qui in orientalibus locis percipitur. Quamobrem incolæ propter eius aëris temperamentum raucedine afficiuntur, & propriè in autumno propter rheumatiſmos ipſorum.
  - Septentrionalia, ſcilicet ſeptentrionem reſpicientia, frigida exiſtunt & ſicca, quorum
    - Viri
      - Humores quamplurimos in oculis corporum partibus coaceruant, cùm plurimùm comedant. Aër enim frigidus appetitum excitat.
      - Valenter concoquunt.
      - Diu uiuunt.
      - Sanguinis fluorem è naribus patiuntur, ex ſanguinis redundantia.
      - Mores lupinos habent, propter cordium ipſorum caliditatem.
    - Mulieres
      - A menſtruis non perfectè mundantur.
      - Steriles exiſtunt.
      - Difficile pariunt.
      - Pauco refertæ ſunt lacte.
      - Patiuntur.
        - Abdominis ramices.
        - Phthiſim.
        - Tetanum
    - Pueri aquoſos ramices patiuntur, à quibus cùm creſcunt, euadunt.
    - Puellæ aqua in uentre, & matrice afficiuntur.

## De affectibus locorum habitabilium, ex aëris permutationibus prouenientibus, ex Auicenna, libro primo, doctrina II.

*Aër à naturali temperamento egreditur per regionum, ac locorum ſitum. Nam commorantes in locis*

- *Calidis*
  - *Capillos* { *Nigros, Criſpos,* }
  - *Concoctricem facultatem imbecillem*
  - *Corpora lenia*
  - } *Habent.*
- *Frigidis*
  - *Tantum*
    - *Fortiores*, *Audaciores* } *Exiſtunt.*
    - *Optimè concoquunt.*
  - *Et humidis*
    - *Craßi*, *Carnoſi*, *Facie pulchri*, *Pingues*, *Teneri*, *Albi* } *Sunt.*
    - *Venas*, *Articulorum compagines* } *Occultas habent.*
- *Humidis*
  - *Facie pulchri*, *Cute lenes* } *Sunt.*
  - *Laborem difficile tollerant.*
  - *Calorem in æſtate*, *Frigus in hyeme* } *Moderatè ſentiunt.*
  - *Febribus diuturnis laborant.*
  - *Fluxu* { *Ventris*, *Menſtruorum*, *Hemorrhoidarum*, *Sanguinis* } *Afficiuntur.*
  - *Vlcera*, *Putredines*, *Fiſtulæ*, *Epilepſiæ* } *Multiplicantur.*
- *Siccis*
  - *Sicci*, *Colore fuſci* } *Permanent.*
  - *Cerebri eorum citò ſiccitate afficiuntur.*
  - *Æſtatem ardentem*, *Hyemem frigidißimam* } *Sentiunt.*
- *Altis*
  - *Sani*, *Fortes*, *Laborioſi*, *Longeui* } *Viuunt.*
- *Profundis, ferè ſemper in calore æſtuq; ſine ullo uentorum ſpiritu in mœſtitia degunt. Quamobrem eorum aquæ ſtantes, lacunales, cœnoſæ, craſſæ, & tepidæ exiſtunt.*
- *Petroſis & diſcoopertis*
  - *Æſtatem calidam*, *Hyemem frigidam* } *Sentiunt.*
  - *Corpore* { *Duri*, *Solidi*, *Fortes* } *Exiſtunt.*
  - *Capillis abundant.*
  - *Vigilantes*, *Immorigerati*, *Superbi*, *Solertes*, *Bellatores*, *Acuti* } *Sunt.*
- *Marinis habent aërem temperatum in caliditate & frigiditate propter ſuæ humiditatis ad paßionem inobedientiam: in humiditate uerò & ſiccitate proculdubio ad humiditatem declinantem. Et ſi loca ſeptentrionalia fuerint, maris uicinitas, & habitationis profunditas erunt magis temperatæ. Et ſi meridionalia fuerint, calida erunt.*

DE CIBO ET POTV.

## De ciborum ſubſtantijs, & operationibus inde prouenientibus, ex Galeno, & Auicenna, &c.

- *Cibi, qui in alimentum noſtri corporis ingeruntur, in triplici conſiſtunt ſubſtantia. Nam ali qui eorum dicũtur*
  - *Subtiles, leues uel tenues, quorum aliqui*
    - *Sanguinem generant tenuem, q cùm cõmiſcetur cum ſanguine, qui prius in corpore extiterat, illum tenuiorem reddit. Hi etenim politicis, delicatis, quieſcentibus, caloris naturalis imbecillitate affectis, diſpoſitisq; ad nutritiuorum, & ſpiritualium membrorum, ac cerebri obſtructiones, omnino conueniunt, cùm magna eorum quantitas parum tribuat alimenti. Huius generi ſunt*
      - Pulli gallinacei.
      - Phaſiani.
      - Perdices.
      - Atagenæ.
      - Alæ auium omnium.
      - Piſces parui.
      - Cucurbitæ.
      - *Hi nanq; facilè*
        - Digeruntur.
        - In ſanguinẽ conuertuntur.
        - À membris labuntur.
        - In uentriculo non corrumpũtur.
    - *Pituitoſa craſſaq́; ſubtiliant, ſua tum caliditate tum acredine, quanquam ſi craſſi exiſtant ſucci, in quo genere exiſtunt*
      - Paſtinacæ.
      - Cepæ.
      - Raphanus.
    - *Sanguinem, & uniuerſa corporis craſſa, & pituitoſa attenuant, tripliciter, uidelicet*
      - *Mundificando cum dulcedine, & tenuitate quæ in ipſis inuenitur cibis. Ex quorum genere ſunt*
        - Aqua hordei.
        - Batheca.
        - Ficus ſiccæ.
        - Amygdalæ.
        - Phiſtici.
        - Mel.
        - Saccarum.
      - *Diſſoluendo attenuandoq́; cum ſalſedine, quæ in ipſis reperitur nutrientibus, ut ſunt*
        - Piſces ſalſi.
        - Muria.
        - Nitroſa omnia.
      - *Incidendo*
        - *Cum acredine & caliditate, quæ in ipſis permanet edulijs: cuius generis ſunt*
          - Sinapis.
          - Naſturtium.
          - Allium.
          - Porrum.
          - Eruca.
          - Fœniculus.
          - Origanum.
          - Anethum.
        - *Cum acetoſitate, quæ in ipſis reperitur alimentis, ut ſunt*
          - Acetum.
          - Citrorum ſuccus.
          - Mali punici uinum.
    - *Galenus, libro de Diſſolutione continui.*
  - *Craßi, lentiq́; ab his tantùm hominibus ingeri debent, qui exercitatione multa ſomnoq; ad ſacietatem uti poſſunt, eamq́; ſibi uitæ rationem delegerunt, quæ publicis negotijs, forenſiq; labore minimè impeditur, ac cùm præcipuè eorum uſus frequentior, parti hypocõdriorum dextræ nihil uel grauitatis, uel tenſionis afferat. Cui autem ætas, aut conſuetudo obſtat, quin exerceri antè cibum poßit, eius generis uictu omnino abſtineat. Craßi æquidem cibi magis in hyeme, quàm in cæteris anni temporibus comedendi ſunt. Nam*
    - *Ægrè concoquuntur.*
    - *Bonum in iecinore ſanguinem generant, ſi digerantur.*
    - *Obſtructiones faciunt, cùm non probè concoquantur.*
    - *Galenus de cibis boni & mali ſucci, de Aliment. facult. primo, de diſſolut. cont. Auicenna 3. primi. Haliabbas quinto Theoricæ.*
  - *Medij temperamenti, nulla eximia qualitate præditi, ij merè alimẽta dici poſſunt: nã*
    - *Aluum neq;* Soluunt. / Retinent.
    - *Ventriculo nec* Robur / Lãguorem — Inducunt.
    - *Sudores / Vrinam* — Neque — Prouocant. / Coërcent.
    - *Temperiem* Calidam. / Frigidam. / Humidam. / Siccam — Non inducunt
    - *Tale corpus aſſeruant, quale acceperunt*
    - *Annotatio, ex Gal. 1. de Aliment. fac. & ex libro de diſſol. cont. Fit equidem aliquando, ut celerius bubulæ carnes, quàm ſaxatiles piſces, à quibuſdam in uentriculo cõcoquantur, qd forſitan mirum nonnullis apparebit, uerùm id euenire ſciant in hiſce tantùm corporibus, quorum uentriculus bile flaua quàm plurima, uel à quapiam praua temperie, uel peculiari cõſtitutione collecta refertus eſt. Nam ex eiuſmodi affectibus, & craſſa côncoqui, & tenuia corrumpi non ignorent.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0089-9
DFG

# De temperaturis ciborum, ex Hipp. Gal. Iſaac.

**Cibi temperamento uel**

- *Calidi, tum actu, tum potentia frigiditate affectis corporibus, in frigidis commorantibus locis, & in anni temporibus frigidis, competunt. Ideoq; corpora, quæ caliditate plurima referta ſunt, ab eiuſmodi uictus ratione abſtineãt, præſertimq; in anni temporibus & regionibus calidis. Nam cibi tales*
  - Corpora
    - Calefaciunt.
    - Siccant.
  - Sanguinem comburunt.
  - Generant.
    - Elephantiaſim
    - Vitiligines
    - Lichenas
    - Calculos
    - Hecticam febrem
  - → Galenus de diſſolutione continui.

### ANNOTATIO.

¶ In ſanis enim ſimili non contraria qualitate præditi cibi aſſumendi ſunt, ut naturale temperamentum eorũ, qui rectè ualent, perſimilia conſeruetur. Nam quæ in præſenti tabula conſcripta ſunt, ad ea hominum temperamenta referuntur quæ ultra limites naturales, iam collapſa iudicantur.

- *Frigidi ualdè tum actu, tum potentia, uelut nix, omnino reprobandi ſunt. Quoniam etſi ex eis in iuuenum corporibus ſtatim non appareat nocumentum, eorum tamen malefica qualitas, paulatim, inſenſibiliterq; operatur, neq; niſi aduentante ſenectute detegitur. Ideoq; frigidi cibi ijs tantum corporibus competere uidentur, quæ exuberante caliditate afficiuntur, atque ijs, quæ in calidiſsimis commorantur regionibus, in anni temporibus calidis, aliter ſui frigiditate*
  - Maximè nocebunt
    - Ventriculo
    - Neruis
    - Cerebro
    - Articulis
    - Oſsibus
    - Dentibus
    - Iecinori
    - Matrici
    - Teſtibus
  - → Iſaac in uniuerſalis digitis. / Hippocrates 5. Aphoriſmorum. / Galenus de diſſolut. cont.

- *Sicci tum actu, tum potentia inſalubres eſſe cenſentur. Quãquam humidis corporibus, humidaſq; incolentibus regiones, & in anni temporibus humidis competere uideantur. Nam*
  - Succum ſanguinis depaſcunt.
  - Sanguinem generant
    - Craſſum.
    - Frigidum, ſi frigidi fuerint.
    - Calidiorem, ſi calidi fuerint.
  - Corpus exiccant.
  - Vires deijciunt.
  - → Gal. 5. de Simpl. medic. facul. / Auicenna 3. primi.

- *Humidi tum actu, tum potentia lubrici glutinoſi craßiq;, morboſi iudicantur. Quanquam ſiccis corporibus, in ſiccis morantibus regionibus, & anni tẽporibus ſiccis, cõpetere uideãtur. Verùm cùm putreſcibiles, et craßi exiſtãt*
  - Obſtruunt.
  - Putreſcunt.
  - Febres generant
  - → Galenus de diff. febr. 2. cap. 3. de diſſol. cont.

### ANNOT. EX AVIC. PRIMA QVARTI, CAP. XXVI.

¶ Cibi qui ingerendi ſunt, ſicut actu calidißimi, ita etiam & tepidi eſſe non debent. Nam tepida omnia robur uentriculi ſoluunt. Quamobrem mediocriter calido uictu ueſcendum erit.

### GAL. I. DE ALIMENT. FAC. CAP. DE LVPINO.

¶ Omnia quæ humidioris ſunt ſubſtantiæ exiguam corporis alimoniam largiuntur, quod celeriter in halitus exhauriuntur, ac digeruntur ut rurſus alio non multo pòſt ſit opus. Contrà dura & terreſtria, perdurabile, copioſum, ac uix difflabile alimentum ex ſe præbent. Quòd ſi glutinis nonnihil habeant, multò hæc omnia perficient efficacius. Conſtat item hæc non expeditè, prompteq; concoqui, ceu utiq; nec in ſanguinem commutari, nec aßimulari ſolidis animalis partibus: ideoq; citò nutrire. Cùm uerò per domita, confectaq; fuerint, corporibus haud parum contribuent nutrimenti.

## De ciborum ſaporibus, ex Galeno, Auicenna, Iſaac.

*Sapor (inquit Iſaac) eſt quoddam ſenſuale ſenſui guſtus deputatum, quod abhorret natura, uel ab ipſo delectatur, & eſt*

*Dulcis, qui naturæ plurimum amicatur. Nam omne dulce, etſi calidum ſit, non tamen immodicè calorem noſtrum exuperat. Conſtat enim gratiſſimæ humanæ naturæ eſſe dulcedinem, cæterisq; ſaporibus delectabiliorem, & cõplexioni nutriendæ uicinіorem. Nam quicquid nutrit, aut dulce ſimpliciter eſt aut modicè. Quippe cùm nutritio ſit euacuati refectio, qui humanæ naturæ familiaris extiterit, neceſſe equidem eſt, ut id, quod nutrit familiare exiſtat. Verùm id quod in cibis minus erit dulce, minus etiam calidum erit. Quod uerò magis tanto calidius, quanto uidelicet dulcius. Ideoq; dulcis uictus*

- Guſtui amicatur.
- Corpus impinguat.
- Calorem auget.
- Saturat.
- Digerit.
- Dura mollit.
- Mollia condenſat.
- Hepati confert.

Quòd ſi exquiſitè dulcis craſſusq; fuerit,

- In bilem facile exoluitur.
- Hepar obſtruit.
- Lienem afficit.
- Ventriculũ mollit.
- Iuuenibus minimè competit.

Gal. 4. de Simp. Medic. facul. cap. 7. Iſaac in uniuerſ. diæt.

*Amarus, qui ſi fuerit purus, non nutrit corpus. Nam quæ exactè amara ſunt, omnibus animantibus, ne dum hominibus eſui inepta ſunt, cùm ſicca & terreſtria reperiantur. Ideoq; in cibis amara haud commiſcenda erũt, cùm potius medicinæ, quàm nutricationi competant. Nam*

- Obſtructiones reſerant.
- Mundificant.
- Abſtergunt.
- Incidunt.
- Stipticant.
- Extenuant.
- Exaſperant.
- Tineas interimunt.
- Sanguinem adurunt.
- Bilem rubeam gignunt.

Gal 4. de Simp. Medic. fac. cap. 19, & 5. cap. 25. Auicenna 2. can. cap. 3. Iſaac in uniuerſ. diætis.

*Salſus, etſi aliquando appetitus gratia cõmendetur, amaro tamen propinquius eſt. Quippe terreni ambo ſunt, & calidi, non obſcura tamen diuerſitate diſsidentes, cùm amarus à calore arido potius ſit & extenuatus, & elaboratus. Nam ſi quod ſalſum excaleſeceris plurimum, amarum tibi facilius euadet. Vt mari Syriæ Paleſtinæ, quod mortuum uocant, à ſolis ardore æſtate magis, quàm hyeme compertum eſt euenire. Igitur cùm ſalſus ſapor parum ab amaro diſſentiat, eò parcius quidem ueſcendum erit. Nam*

- Corpus exiccat.
- Calefacit.
- Subtiliat.
- Aggregat.
- Obſtruit.
- Bilem efficit.

Gal. 4. de Simpli. Medic. fac. cap. 19. 20. Iſaac in uniuerſ. diætis.

*Acris, qui ſummè calidus exiſtit. Nam cibi admodum acri facultate præditi corpus ualde excalefaciunt. Bis tamen aut ter in aqua decocti acrimoniæ expoliantur, ne ſic quidem uim perdunt extenuandi, uerùm facultatem quandam obſcuriſsimam alendi corporis exinde acquirunt: cuius antequàm decoquerentur, nihil prorſus obtinebant. Ideoq; eorum aſsiduus uſus euitandus eſt, præſertim biliosis. Quoniam quidem ſolis, pituitoſum humorem, crudum glutinoſumq; colligentibus, cuiuſmodi edulia ſunt accommodata. Nam*

- Corrodunt.
- Incidunt.
- Subtiliant.
- Inflammant.
- Attrahunt.
- Reſoluunt.
- Cogitatiuam facultatem deſtruunt.
- Ventriculo, Viſceribus, Oculis — Obſunt.

Gal. de Simp. medic. fac. cap. 17. 18. De aliment. fac. 2. cap. ultimo. Iſaac in uniuerſ. diæ.

*Acidus, qui frigiditate, ſiccitateq; conſtat, & corporis tenuitate pollet. Quo fit ut nutrimenti quidem parum, & excrementorum plurimum acidus uictus corporibus contribuat. Veruntamen etſi ſui natura*

- Neruis aduerſetur.
- Infrigidet.
- Extenuet.
- Atrabiliarijs obſit.
- Senium acceleret.
- Concoctricem fac. attenuet.

Tamen in aliquibus ægrotantibus,

- Craſſa incidit.
- Obſtructiones reſerat.
- Sordida mundat.
- Bilioſis confert febribus.
- Putredines abijcit.
- Vomitum compellit.

Gal. 4. de S. M. F. cap. 6. Itẽ 2. de regimine acut. Iſaac in uniuerſ. diæt. Ariſt. 22. probl.

*Auſterus, & acerbus, qui cùm parum inter ſe differant, ſub uno & eodem genere componẽdi ſunt. Nam auſterum nil aliud eſſe comperimus, quàm acerbum exolutum. Ideoq; auſterus & acerbus uictus cum terreſtris, & craſsi exiſtat temperamenti neceſſe eſt, ut parum nutrimenti corporibus ſubminiſtret. Nam*

- Extenuat,
- Infrigidat.
- Craſſa concipit,
- Sanguinem minuit,
- Maciè afficit,
- Atrabiliariũ generat ſuccum,

Quãquam ægrotantibus nonnullis

- Ventriculum confortet.
- Aluum ſiſtat.
- Fluxiones reprimat.
- Vlcera ſolidet.

Gal. 4. de Simp. fac. cap. 7. Iſaac in uniuerſ. diætis.

### ANNOT. EX HIPP. ET GAL. II. APH. XXXVIII. ET AVIC. tertia, primi doct. ſecunda, cap. 7.

¶ *Tantis ſuauiora edulia uiribus pollent, ut nonnunquam deteriora excellentioribus anteferantur, cùm parum deterior potus aut cibus, ſuauior autem, melioribus quidem, ſed minus ſuauibus ſit præferendus. Quod non ob id ſolùm faciendum eſt, ut ægro gratificemur, ſed etiam quod utiliora ipſi exiſtant. Nam quæcunq; cum uoluptate aſſumuntur, iſta uentriculus amplexatur, & magis concoquit, ſicut illa quæ diſplicent, refugit. Vnde & nauſeæ, & flatus, & fluctuationes ſubſequuntur, tamen ea eſſe probæ ſubſtantiæ, & partes quidem principales ſalubres omnes neceſſe eſt.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0091-9

## Quod per cocturam, & condimenta edulia ad probitatem reducantur, quodq; in fructibus acerbus ſapor in dulcem, acidum, auſterum, & pinguem euadat, ex Gal. quarto. de ſimp. m. f. cap. VIII. & XVI.

*Quemadmodum edulia, quæcunq; nutriendorum naturæ ſimillima ſunt, ea & dulcedinem ſummam præ ſe ferunt, nec ullam præparationem poſtulant, ſic quæ temperaturam nacta ſunt remotiorem, alia cōdimentis, alia coctione, alia utroq; indigent. Nec uerò mirum eſt, cùm condimentorum nullum edendo ſit, ſuauitatem tamen ijs augere, quæ per ipſa præparantur: quippe cùm fieri poßit, ut immoderatis duobus coëuntibus, id quod ex ambobus miſtum ſit, cōmoderatum euadat, ac proinde quoq; dulce appareat. Deinde & cùm per elixationem, & per aſſationem, & omnino per calidum quiddam, præparatio fiat ciborum, nihil etiam abſurdū eſt, aut ambiguum, quæ prius non erant ſuauia, tunc fieri ſuauißima. Apparet enim calidi natura quibus admota fuerit ea celeriter alterare, atque in aliam ſpeciem mutare. Quo circa, nec id quoq; dubium eſt, quædam ſuauiora, quædam uerò inſuauiora effici igni applicata. Nam & huiuſmodi exolutiones naturaliter in omnibus ferè fructibus, cernuntur. Ipſi enim cùm à principio frigidi, terrei, ac acerbi ſint, neceſſariò tripliciter tum temporis, tum aëris temperiæ exoluūtur, & in uarios permutātur ſapores. Nā ſi*

- *Incaleſcant abſque alia temperamentorum commixtione, ſolam acquirent dulcedinem, qualis in caſtaneis percipitur.*
- *Humeſcant & huiuſmodi humiditas fuerit*
  - *Aquearum, & craſſarum partium, proculdubio auſteri euadunt.*
  - *Aërearum, & tenuium partium, omnino acidum contrahent ſaporem.*
- *Humeſcant & caleſcant humiditate quidem*
  - *Aquea, in dulcedinem exoluentur.*
  - *Aërea, in pinguedinem tranſibunt.*

### ANNOTATIO EX AVICENNA III. PRIMI DOCT. II. CAP. VII. ET canticorum Par. ſecunda, textu decimonono.

¶ *Nutrientia, ne corporibus à quibus ingeruntur officiant, ſuis contrarijs corrigenda ſunt, nam calida cum frigidis, ſicca cum humidis, obſtruentia cum aperientibus, dulcia cum acetoſis, pinguia cum ſalſis, ac acribus commiſceri debent.*

## Quòd ciborum quantitas concoctrici facultati comparari debeat, ex Gal. & Auic.

*Alimentorum quantitas cōcoctricis facultatis uiribus cōparari debet, quæ ſi fuerit*

- *Multa, etſi alimenta ſint optimi, & plurimi ſucci, frigidos tamē morbos excitabit. Eſt enim immodica repletio, tam cibi, quàm potus omnino pernecabilis. Nam quāplures homines nimia repletione ſuffocati interiere. Alimētorum enim abundantia eo pacto naturalem noſtri corporis calorem ſuffocat, quo magna lignorum ſtrues incenſum ignem, & olei plus, quàm par ſit lucernæ, & lāpadis flammam extinguit. Ideoq; eiuſmodi immoderatus uictus*
  - *Calculum in renibus procreat.*
  - *Suffocat.*
  - *Compagines afficit.*
  - *Iecur, Lienem — Obſtruit.*
  - *Melancholicas, Pituitoſas — Aegritudines generat.*
  - *Malos parit abſceſſus.*
  - *Ventriculi, Inteſtinorum — Profluuia excitat.*
  - *Nauſeam commouet.*
  - *Intellectum & reliquas animales facultates deſtruit.*
  - *Ventriculo obeſt.*
  - *Colicam facit.*
  - *Humores omnes corrumpit.*
- *Mediocris, uidelicet ſecundum concoctricis facultatis robur*
  - *Benè — Concoquitur. Nutrit.*
  - *Fortificat.*
  - *Impinguat.*
  - *Sanitatem tuetur.*
- *Pauca, etſi etiam fuerit alimentorū, & boni ſucci, & ualdè nutrientiū, & tamen quo ad concoctricis facultatis robur immodica & inſufficiens, corpus omnino deſtruetur: nam quemadmodum à multo ſuffocatur, ſic etiam à pauco calor naturalis tabeſcere cogitur. Ideoq; pauca,*
  - *Corpus extenuat.*
  - *Vitam corripit.*
  - *Vires deijcit.*
  - *Hecticam facit.*
  - *Macie afficit.*
  - *Semen exiccat.*
  - *Bilem, tum flauam tum atram procreat.*

*Gal. lib. de morb. cauſis, & de diſſol. continua. Auicenna 3. primi doct. 2. cap. 7. Item in cant. text. 183.*

### ANNOTATIO EX AVIC. III. PRIMI DOCT. II. CAP. VII.

¶ *Ciborum equidem menſura exiſtit ſecundum uſum & uirtutem. Ea enim erit recta, quæ cùm ingeſta fuerit, grauitatem non afferat, neq; in uentriculo natet, nauſeam non commoueat, neq; caninum comedendi deſiderium, neq; ingenij pigritia, neque inſomnietas, neque ipſius ſapor in ructibus poſt tempus reperiatur.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0092-5
DFG

## Quis ordo ſeruandus ſit in alimentorum diuerſorum comeſtione, ex Galeno, Auicenna, Iſaac.

*Alimenta, quæ ingeruntur, præſertim cùm multiplicia fuerint, corporibus maximè officiant, niſi recto quodam ordine aſſumantur. Debent igitur ſemper eſſe*

- *Priora*
  - *Concoctu facilia.*
  - *Lubrica.*
  - *Subtilia.*
  - *Velociter permeantia.*
  - *Humida.*
  - *Liquida.*
  - *Corruptibilia.*
  - *Concochimica.*
  - → *Hæc enim prius ſumpta celeriter pertranſeunt, & alijs cõmodè præeunt, ac quaſi uiam muniunt. Poſtremò autem accepta unà ſecum alia in corruptionem trahunt, cùm concoctu facilia ſint.*
- *Poſteriora*
  - *Stiptica.*
  - *Craſſa.*
  - *Concoctu contumacia.*
  - *Aromatica.*
  - *Sicca.*
  - → *Cum longiori tempore concoqui debeant.*

*Gal. 2. de Aliment. fac. & lib. de diſſol. cont. Auicenna 3. primi doct. ſecunda, cap. 7. Iſaac in Vniuerſ. diætis.*

### GALENVS III. DE VICTVS RATIONE IN MORBIS ACVTIS.

¶ *Nempè antea didiciſti cibos multiplices, & præſertim facultate diſsimiles, magnam progignere in uentriculo turbationem.*

### AVICENNA III. PRIMI DOCT. SECVNDA, CAP. II.

¶ *Nihil deterius eſt, quàm diuerſa nutrientia ſimiliter adiungere, & in comedendo tempus prorogare, quoniam cùm poſtremum aduenit nutriens, primus iam incipit digeri cibus.*

### AVERRHOES.

¶ *Vere & autumno ſunt corpora regenda regimine medio inter caliditatem & frigiditatem. Congruit tamen regimen diſiccatiuum in uere, & humectatiuum in autumno.*

## Quis modus ſeruandus per anni tempora in alimentorum aſſumptione, ex Gal. & Auicenna.

*Cibi qui per anni tempora comedendi ſunt, debent eſſe in*

- *Hyeme*
  - *Calidi tum actu, tum potentia.*
  - *Maioris quantitatis, quàm in cæteris anni temporibus, propter concoctricis facultatis robur, quo etiam fit, ut in eiuſmodi anni tempore craſſa alimenta propinentur comedenda.*
- *Vere*
  - *Medij temperamenti.*
  - *Medij facultatis.*
- *Æſtate*
  - *Humidi & frigidi tum actu, tum potentia.*
  - *Paucæ quantitatis.*
  - *Concoctu faciliores.*
  - *Tenues.*
- *Autumno*
  - *Humidi.*
  - *Mediæ quantitatis.*

*Gal. primo, de Aliment. fac. cap. de lente. Auicenna 3. primi doct. ſecunda cap. 7.*

### GALENVS LIB DE DISSOL. CONT. ET TERTIO, DE FAC. NAT. ET Hipp. 2. Aphoriſmorum, Apho. 50, & ex Auicenna 3. primi doct. 2. cap. 7.

¶ *Melior horarum in accipiendo cibum, eſt hora frigiditatis propter aggregationẽ caloris naturalis, in interioribus corporis. Sed in hora caliditatis, oportet, ut dimittatur acceptio cibi, quia caliditas aëris attrahit calorem naturalem ad exteriora, quo fit ut diminuto interiore calore diminuatur & concoctrix facultas. Ideoq; præcipiebant antiqui, ut plus alimenti in cœna, quàm in prandio exhibendũ eſſet, cùm calor naturalis frigiditate noctis, magis in interioribus deliteſcat. Veruntamen oportet, ne quis comedat, niſi concoctis prioribus alimentis, & niſi aduenerit prius comedendi deſiderium, quod cùm ebullierit (niſi forſitan illegitimum fuerit) non prorogetur hora comedendi. Nam diutius tolerare famem uentriculum malis replet humoribus. Quibus omnibus hoc accidit etiam, ut conſuetudo non aſpernatur, quoniam qui cõſueuit uti prandio, & dimittit illud, eſtq; contentus cœna tantùm, magnificat nocumentum cibi: & qui conſueuit ſumere cibum aliqua hora determinata, & mutatur ad aliam, præter iſtam declarabitur ſibi hæc permutatio nociua. Nam quæ ex longo tempore conſueta ſunt, etſi deteriora ſunt inſuetis minus moleſtare ſolent.*

### HIPP. II. DE VICTVS RATIONE IN MORBIS ACVTIS.

¶ *Quod uitioſus, tum cibus tum potus ſemper ſibi ſimilis ad ſanitatem tutior ſit, quàm ſi quis ſubito ad alteram, uel ad meliorem ſe transferat, facile intelligitur. Nempe tum his qui bis die comedunt, tum his qui ſemel, noxam imbecillitatemq; pariunt repentinæ mutationes. Nam qui prandere non conſueuerunt, & prandent, ſtatim ægrè habent, toto item corpore graues redduntur, imbecilles & ſegnes. Quòd ſi præterea cœnauerint, ructus acidus, & alui læuitas ſubſequitur. Grauatur enim præter conſuetudinem uentriculus, qui antea aridus eſſe, neque bis intumeſcere, neque bis cibos coquere conſuetus fuit.*

## De alimentorum differentijs, ex Galeno, de aliment. fac.

Alimentum eſt, quod ſubſtantiam augere poteſt. Sumūtur autem alimenta ab

- Animalibus
  - Ipſis, ſeu integris,
    - Terreſtribus
      - Greßibilibus
        - Domeſticis, ut
          - Agno.
          - Vitulo.
          - Hœdo.
          - Oui.
          - Veruece.
          - Porco.
          - Boue.
          - Vacca.
          - Hirco.
          - Capra, &c.
        - Syluestribus, ut
          - Apro.
          - Lepore.
          - Ceruo.
          - Capreolo.
          - Vulpe.
          - Dama.
          - Capra ſyluestri.
          - Vrſo, & ſimilibus.
      - Reptilibus, ut limacibus, &c.
    - Volatilibus
      - Domeſticis
        - Gallo.
        - Gallina.
        - Pullo.
        - Capone.
        - Anate.
        - Anſere, &c.
      - Syluestribus, ut
        - Perdice.
        - Phaſiano.
        - Franquilinis.
        - Coturnice.
        - Qualea.
        - Turture.
        - Tetragone.
        - Grue.
        - Merula.
        - Turdo, &c.
    - Aquatilibus
      - Marinis.
      - Stagnatilibus.
      - Paluſtribus.
      - Fluuialibus.
  - Partibus eorundem
    - Neruoſis, ut
      - Roſtro.
      - Pede.
      - Ala.
      - Aure.
      - Ventriculo.
      - Inteſtinis, &c.
    - Carnibus
      - Muſculorum.
      - Linguæ.
      - Viſcerum, ut
        - Cordis.
        - Pulmonis.
        - Hepatis.
        - Lienis.
    - Sanguine.
    - Adipe.
    - Lacte.
    - Glandulis.
    - Teſtibus.
    - Cerebro.
    - Ouis.
    - Melle, &c.
- Plantis
  - Integris,
    - Herbis, ut
      - Lactuca.
      - Intybo.
      - Malua.
      - Beta.
      - Soncho.
      - Braßica.
      - Atriplice.
      - Spinacia.
      - Bugloſſo.
      - Portulaca.
    - Fruticibus.
    - Suffruticibus.
    - Arboribus.
  - Partibus earundem
    - Seminibus
      - Cerealibus
        - Tritico.
        - Hordeo.
        - Alica.
        - Oriza, &c.
      - Leguminum
        - Fabis.
        - Lente.
        - Milio.
        - Phaſeolo, &c.
    - Floribus
      - Bugloßi.
      - Boraginis.
      - Capparis.
      - Geniſtæ, &c.
    - Fructibus
      - Herbarum
        - Cucurbita.
        - Pepone.
        - Melopepone.
        - Cucumere, &c.
      - Arborum
        - Fico.
        - Vua.
        - Vua paſſa.
        - Ceraſo.
        - Malo.
        - Piro, &c.
    - Radicibus
      - Rapæ.
      - Napi.
      - Raphani.
      - Paſtinacæ.
      - Enulæ.
      - Petroſelini, &c.

## De optimo pane conficiendo, ex Galeno, primo de Alimentorum facultatibus, & Auicenna, & Iſaac.

Vt panis optimus fiat, requiritur ut

- Triticum ſit
  - Fractu contumax.
  - Denſum & graue.
  - Colore aureo.
  - Lucidum, lene.
  - Trimeſtre.
  - Maturum.
  - Mundum.
  - Pingui terra ortum.

ANNOTATIO EX GAL. I. DE ALIMENT. facultatib. cap de Tritico.

¶ Accidit enim ſæpenumero, ut quod foris ſubſtauum denſumq́; appareat triticum, intus rarũ, laxum, albidumq́; conſpiciatur. Quod utiq; plurimũ furfuris habet. Quo fit ut panes furfuracei inde confecti infirmum non ſolum præſtent alimẽtum, uerum etiam uentriculum, ipſumq́; excrementis complent.

ANNOTATIO EX EODEM.

¶ Furfuris abſterſoria facultas ad excretionem ſuo iure iuuabit, utpote ſtimulatis ab ea inteſtinis.

- Farina ſit
  - Non ſuperfluè molita.
  - Craſsi furfuris.
  - Non noua.
  - Non longi temporis.

ISAAC IN VNIVER. DIÆTIS.

Nam quæ ſuperfluè molitur farina furfuraceos conficit panes. Et quæ recentior eſt piſtrini præternaturali caliditate affecta eſt. At uerò quæ iam diu molita extitit puluere ſæpius, ſitu, carie, aut uroſo odore labefactatur.

- Aqua ſit
  - Laudabilium fontium.
  - Non cœnoſa.
  - Mediocriter calida.
- Sal ſit
  - Album, mundum.
  - Tritum.
  - Debitæ quantitatis.
- Fermentum ſit
  - Triticeum.
  - Non antiquum.
  - Copioſum.

(Aqua, Sal, Fermentum:) Galenus. Auicenna. Auerrhoes. Iſaac.

GALENVS IBIDEM.

¶ Puri panes ampliori fermento ſaturare omniumq́; maximè ſubigere par eſt, nec illicò poſt fermentum & ſubactionem coqui debent. Furfuraceis uerò paucum fermentum, leuis elaboratio breueq́; interuallum ſufficit. Coquuntur item prolixius puri, citius furfuracei.

GALENVS IBIDEM DE ITRIIS.

Modum uerò fermenti ac ſalis guſto indicato, quod nanque in largiori horum miſtura offenderit prauum.

- Paſta ſit
  - Bonæ commiſtionis.
  - Benè ſubacta.
  - Benè fermentata, citra tamen acetoſitatem.
- Panes ſint
  - Non magni.
  - Non parui.
  - Mediocres.
- Clibanus ſit
  - Satis æqualiterq́; calefactus.
  - Mundus à cinere.
  - Planus, non globoſus.
  - Proportionalis quantitati panis.

ANNOT. EX GAL. LOCO QVO SVPRA.

Panes autem ad concoctionem appoſitiſsimi ſunt, qui plurimium fermentati, & approbè elaborati, in clibano igne moderato percoquuntur. Nam profuſior ignis primo ſtatim occurſu adurens exteriorem ſu perficiem, in teſtæ modum indurat, crudis incoctisq́; remanentibus interioribus partibus, quo fit ut panis tum ineptus prauus euadat. Qui autẽ longiore ſpacio undiq; æqualiter præaſſatur, hic, & probè in uentriculo cõcoquitur, atq; ad ſequẽtes functiones accõmodiſsimus euadit.

Laudatur inter optimos panes à Galeno primo de Alimentorum facultatibus ſigilineus, non tamen ex illo ſiliginis genere, quæ uulgo ſegala, & Latinis ferrago, atque Græcis ſimiliter appellatur. Verùm ex ſiligine illa, quæ optimi frumenti ſpecies extitit apud Romanos. Mox ſimilaceus, ac deinde is quem αὐτόπυρον Græci nominant.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0095-3

## De pane confecto ex quampluribus frumentaceis ſeminibus, ex Galeno primo de Alimentorum facultatibus: Iſaac, in Particularibus diætis, & Pſello Conſtantini archiatro.

- *Panis*
  - *Secalaceus*
    - *Flatuoſos ſpiritus in uentriculo & inteſtinis parit.*
    - *Frigidus eſt.*
    - *Difficile concoquitur.*
    - *Ociosis inconueniens exiſtit.*
    - *Glutinoſos generat ſuccos.*
  - *Hordeaceus*
    - *Concoctu contumax eſt.*
    - *Exiguum corpori præbet alimentum, potiſſimum ſi factus ex peiore hordeo fuerit.*
    - *Crudos generat ſuccos.*
  - *Miliaceus & panicaceus*
    - *Exigui eſt alimenti.*
    - *Refrigerat.*
    - *Aluum humentem deſiccat.*
    - *Malos generat ſuccos.*
  - *Auenaceus*
    - *Inſuauis eſt.*
    - *Alui ſtatum non immutat. Nam in retinendo & impellendo medium ſortitus eſt locum.*

*Alios equidem panes, qui ex cæteris frumentaceis ſeminibus & leguminibus, à rusticis conficiuntur, breuitati indulgentes prætermittendos decreuimus, cùm eorum qualitates & uires, cum ſeminibus à quibus conficiuntur, conferri poſſint, ut quinto Colliget teſtatus eſt Auerrhoes.*

GAL. X. DE ALIM. FACVL.

*Milium ad omnia panico eſt præſtantius, ſuauiusq; editur, facile concoquitur, uentrē minus ſiſtit, magis nutrit.*

## De pane recenti & duro, ex Galeno primo de Alimentorum fac. Auicenna ſecunda, can. Halyab. quinto Theor. Iſaac, in Par. diætis, & Pſello Conſtantini archiatro.

- *Panis*
  - *Recens eiuſdem diei*
    - *Frigidus*
      - *Modicum præſtat nutrimentum.*
      - *Velociter concoquitur.*
      - *Tardè deſcendit.*
    - *Calidus*
      - *Concoctu eſt contumax.*
      - *Sitim excitat.*
      - *Ventriculo innatat.*
      - *Celerrimè ſaturat.*
      - *Ægrè tranſmittitur.*
      - *Ventriculo obeſt.*
      - *Flatus procreat.*
  - *Vetus & durus*
    - *Areſacit corpus.*
    - *Parum alit.*
    - *Tardius à uentriculo eijcitur.*
    - *Ventrem conſtipat.*

*Is etenim panis melior eſt, qui poſt primum uel ſecūdum diem accipitur, quoniam iam undique frigefactus exiſtit, exuta craſſitie, & glutinoſo ſucco, ut Iſaac in Particularibus diætis atteſtatur.*

## De pane azymo, ex eiſdem.

- *Panis azymus*
  - *Ægrè concoquitur.*
  - *Tardè deſcendit.*
  - *Dolores & tormina generat.*
  - *Iecur obſtruit.*
  - *Lapillos procreat.*
  - *Flatuoſos excitat ſpiritus.*

## De pane loto, ex Gal. de Aliment. fac.

- *Panis lotus*
  - *Paucum alimentum præbet.*
  - *Ab omni noxa obſtructionis longiſſimè abeſt. Quia ſuccum habet minimè craſſum ac lentum, ut qui ex terreſtri aëreus ſit factus.*

## De carnibus lactantium, iuuenum, ſenum, decrepitorumq́; animalium, ex Galeno tertio de Aliment. fac. lib. de Cibis boni & mali ſucci, & lib. de Diſſol. cont. Auicenna, 11. can. & Iſaac, in Vniuerſ. & Part. diæt.

- Caro animalium
  - Lactantium
    - Probatur, quæ ſiccorum eſt animalium, cùm ſit
      - Temperata ferè.
      - Concoctu facilis.
      - Boni ſucci.
      - Boni ſanguinis generatrix.
    - Improbatur, quæ humidorũ eſt animaliũ, cùm ſit
      - Humida.
      - Lubrica.
      - Excrementoſa.
      - Pituitoſa.
      - Glutinoſa.
      - Craßi ſucci.
    - Nam libro de Cibis boni & mali ſucci, dicebat Gal. carnes, quæ ubi in lucem editæ ſunt, protinus aſſumuntur, mucoſæ ſunt, ac præcipuè, quæ ſuapte natura humidiores ſunt, ut agni, & ſuauerùm bœdi, & uituli, & qui natura ſunt ſicciores, multò melius concoquuntur, faciliusq́; in alimentum tranſeunt.
  - Non lactantium
    - Iuuenum probatißima eſt, præſertimq́; ea quæ fuerit humidorum animalium, nã facilè cõcoquitur.
      - Verùm ſi fuerit eiuſmodi caro ex animalium
        - Fœmellis, eſt
          - Frigida.
          - Humida.
          - Craßi ſucci.
          - Concoctu contumax.
        - Maſculis, eſt
          - Calida.
          - Sicca.
          - Boni ſucci.
        - Caſtratis, erit cæteris præſtantior.
    - Senum, ac decrepitorum, improbanda equidem eſt, cùm eorum naturalis calor iam defectus ſit, humiditas conſumpta, & concoctrix facultas imbecilior effecta, quo fit, ut omnino eorum caro ſit
      - Mali ſucci.
      - Dura.
      - Sicca.
      - Concoctu contumax.
      - Melancholica.
      - Glutinoſa.

## De pinguibus, macris & mediocribus carnibus, ex Iſaac in Vniuerſ. & Part. diætis.

- Caro animalium
  - Pinguium
    - Mali ſucci.
    - Humida.
    - Glutinoſa.
    - Cacoſtomachica.
    - Concoctu contumax.
    - Excrementoſa.
    - Lubrica.
    - Nauſeabunda.
    - Facilè ſaturans.
  - Macie affectorum, eſt
    - Neruoſa.
    - Sicca.
    - Exigui alimenti.
    - Mali ſucci.
  - Mediocrium, eſt
    - Probatißima.
    - Concoctu facilis.
    - Boni ſucci.

GAL. V. DE ALIMENT. FAC.

*Quippe pinguia, & glutinoſa cibaria primo eſu protinus nos explent, ciborumq́; guſtum deijciunt, & quod maius eſt, compluribus deinceps diebus ab earum guſtu abhorremus.*

*Quamobrem caro ad tuendam ſanitatem conducibilior fuerit, quæ non macra, pinguis, ſed mediocris extiterit, & quæ ab animali iuueni mediocriter carnoſo, & non prepingui demitur.*

## De elixandis, & aſſandis carnibus, ex Iſaac, in Vniuerſ. & Part. diæt.

- Caro
  - Aſſanda eſt,
    - Animaliũ
      - Pinguium
      - Humidorũ
    - Humidarũ particularũ.
    - Poteſt enim pluribus modis aſſari, quo fit, ut plures aſſequantur uires, quàm quæ aſſatur
      - In ueru
        - Abundantius alit.
        - Vires reficit ſi digeratur.
        - Ægræ cõcoquitur: in ſummo magis præſtat, ut ait Iſaac.
      - Per frixuram omnino mala, cùm in uentriculo non concoquatur. Auicenna 23. tract. primo, cap. 21.
  - Elixanda eſt
    - Siccorum animalium,
    - Siccarum particularũ.
    - Hæc enim
      - Mollis & lenis — Exiſtit.
      - Boni ſucci — Exiſtit.
      - Celeriter nutrit.

## Quæ carnes ſalituræ ſint idoneæ, & quæ non, ex Gal. tertio de Aliment. fac. & tertio, de Locis affect. cap. ſexto.

*Animalium corpora, quæ excrementitia carne conſtant, ideſt pituitoſam in ſe reſperſam, humiditatē habent, ſalituræ ſunt peridonea. Quātò autem eorum caro copioſior & craſſior fuerit, tanto ad ſaliendū erit accōmodatior. Quæ uerò admodū mollem aut ualde ſiccū, & minimè excrementoſum corporis habitum gerunt, ſalituræ non ſunt accōmoda: quoniam corpora, quæ ſiccæ naturæ ſunt, ſalis conſperſu exareſacta, cibis idonea redduntur, & quemadmodum hæc ſalita corij duritiem acquirūt, ſic contrà ſupra modum humida deſfluunt, & ſalis ui contabeſcunt. Verùm eiuſmodi carnes tuendæ ſanitati minimè competunt, cùm omnes terrenorum animalium, ac aquatilium ſalitæ carnes, atrabilarios ſuccos gignant.*

## De domeſticorum animalium carnib. ex Gal. III. de Ali. fac. & lib. de Cibis boni & mali ſucci, ſecundo de Temperamentis, & ſeptimo Meth. med. Auic. II. & III. primi, Iſaac in Vniuerſ. & Part. diætis, & Halyabbas V. Theo.

*Caro animalium domeſticorum, ut*
- *Hœdina*
  - *Humida, Sicca* } *Mediocriter exiſtit.*
  - *Temperiei proxima eſt.*
  - *Probum generat ſuccum.*
  - *Celeriter concoquitur.*
  - *Malam habentibus temperaturam, Conualeſcentibus* } *Conuenit.*
  - *Vitulina excellētior habetur.*
  - (to all the above:) *Eſt tamen ruſticis, & laboratoribus non idonea, cum eis parū tribuat alimenti. Nam eiuſmodi hominum uentriculi cum eis quæ concoctu difficilia ſunt aſueuerint, deinde ſi eiuſmodi facile concoquibilia eſitauerint, ea quidem in fumum potius quàm in alimentum permutant.*
- *Vitulina, ſcilicet uituli*
  - *Lactantis*
    - *Eſt temperata.*
    - *Concoquitur facilè.*
    - *Duriorem ſanguinem generat.*
    - *Rubeam a uentriculo fugat bilem.*
  - *Non lactantis*
    - *Bonos progignit ſuccos.*
    - *Concoctu ſatis facilis exiſtit.*
    - *Durior tamen craſſiorq́; eſt ea, quæ lactentis eſt uituli.*
- *Agnina, ſcilicet agni*
  - *Lactantis*
    - *Humidior eſt quàm ſuilla.*
    - *Pituitoſa, Glutinoſa, Mali ſucci* } *Exiſtit.*
    - *Elabitur priuſquàm concoquatur.*
  - *Non lactantis*
    - *Probatur.*
    - *Concoquitur facilè.*
    - *Bonos parit ſuccos.*
    - *Copioſius alit.*
    - (to all the above:) *Hæc tantò probabilior, quantò in calidis & ſiccis tractibus educabitur: arietum uerò mala.*
- *Ouila*
  - *Excrementoſa.*
  - *Prauo abundat ſucco.*
  - *Dilabitur priuſquam concoquatur.*
  - *Ructus commouet.*
- *Caſtratina, ſcilicet caſtrati*
  - *Iuuenis*
    - *Cæterarum carniū eſt probatiſſima.*
    - *Humectat.*
    - *Bonos generat ſuccos.*
    - *Guſtui delectabilis.*
    - *Concoquitur facilè.*
    - (to all the above:) *Præſertim ſi ex agnis, & non ex hircis fuerit.*
  - *Senis*
    - *Improbatur.*
    - *Ægrè concoquitur.*
    - *Melancholicos gignit humores.*
- *Suilla*
  - *Lactantis*
    - *Putredinalis, Mala, Pituitoſa, Excrementoſa* } *Exiſtit.*
    - *Juncturarū dolores, Calculum, Paralyſim* } *Generat.*
  - *Iuuenis*
    - *Cæterarum carnium aptiſſima eſt ad nutriendum, ſi concoquatur.*
    - *Bonum generat ſanguinem.*
    - *Valdè nutrit.*
    - *Humanis perſimilis exiſtit carnibus.*
  - *Senis*
    - *Malos ſuccos generat.*
    - *Difficilè concoquitur.*
    - *Glutinoſa exiſtit.*
- *Bubula alimentum non exiguum, nec diſcuſſu leue corporibus præſtat. Verùm craſſiorem ſanguinem, quàm par ſit progignit. Ideoq́; ſi atrabiliariæ quiſpiam naturæ in eius cibum modum non ſeruet, facile labetur aut in*
  - *Quartanam.*
  - *Elephantem.*
  - *Pſoras.*
  - *Lepram.*
  - *Melancholiam.*
  - *Lienis tumorē.*
  - *Cachexiam.*
  - *Hydropem.*
  - (to all the above:) *Præſertim ſi boues annoſi fuerint. Nam ea quæ iuuenti eſſe dicitur, etſi ſanguinē craſſum prægignat, non tamē corpora ad eiuſmodi ægritudines tam acriter præparat.*
- *Vaccina, penitus mala, præſertim antiqua.*
- *Caprina, præter ſucci malitiam habet etiam acrimoniam.*
- *Hircina, tum ad ſucci probitatem, tum ad concoctionem ineptiſſima eſt, mox* { *Arietina.* / *Taurina.*
- *Bubulina, niſi fortè ſit lactantis bubuli, omnino reprobanda fuerit.*

GAL. III. DE ALIMENT. FACVLT.

¶ *Ab equinæ, camelinæ, ac etiam aſininæ carnis eſu homines quidam non abhorrent, mente pariter, ac corpore in equos, camelos, aſininosq́; degenerantes.*

## De ſylueſtrium animalium carnibus, ex eiſdem.

*Caro animalium ſylueſtrium, ut*

- **Aprina**
  - Bonum præbet ſuccum, ſi probè concoquatur.
  - Siccior eſt, quàm domeſtica.
  - Hyeme magis conuenit.
- **Leporina**
  - Atrabiliarium præbet ſuccum.
  - Ægrè concoquitur.
  - Iuuenis non reprobatur.
  - Temperamento calida eſt & ſicca.

GAL. III. DE ALIMENT. FAC. ET LIB. DE Attenuante uictu.

¶ Hæc etſi ſanguinem craſsiorem efficiat, ſuccum tamen puriorem præbet, quàm bubula & ouilla.

- **Vulpina**
  - Viroſe redolet.
  - Excrementoſum generat ſuccum.
  - In Autumno probatior habetur, cùm eo tempore uuarum eſu pingueſcant uulpes.

GAL. V. DE ATTENVANTE VICTV.

¶ Vulpium quidem & canum caro ego nunquam guſtaui, audio tamen hæc comedi, & exiſtimo eis ſimilem eſſe facultatem, quæ & leporinis ineſt.

- **Ceruina**
  - Improbum generat ſuccum.
  - Parum ab aſininis abeſt carnibus.
  - Ægrè concoquitur.
  - Atrabiliarium ſanguinem procreat.
  - Quartanam febrim inducit.

GAL. V. DE ATTENVANTE VICTV.

¶ Iuniorum uerò ueteribus, tum humidior, tum mollior eſt, ac concoctu facilior.

- **Capreolorum**
  - Bonum præbet alimentum.
  - Guſtui ſaporoſa exiſtit.
  - Facilè concoquitur.
  - Laudabilem generat ſanguinem.

ISAAC IN VNIVERS. DIÆTIS.

¶ Ex nimio enim ſui motu, ac labore eius, ſanguis & corpus rarificatur, pori aperiuntur, & humores, uiroſum odorem exhalantes diſſoluuntur.

- Damæ, atrabiliarios ſuccos gignit, ueruntamen carne tum ceruinæ, tum uaccinæ probabilior exiſtit.
- Capræ ſylueſtris, ceruinæ ferè ſimilis habetur, ideoq́; improbanda.
- Erinacea cùm mali omnino ſucci exiſtat, medicinæ potius quàm nutrimento aptari debet, & poteſt. Nam
  - Strumas & nodos diſſoluit.
  - Vrinam cit.
  - Aluum deijcit.
  - Elephanticis prodeſt.
  - Spaſmoſis, Calculoſis, Hydropicis, Paralyticis, Tabe affectis — Opem præſtat.
- **Vrſina**
  - Glutinoſiſsima eſt.
  - Ægrè concoquitur.
  - Peſsimum præbet alimentum.

GAL. III. DE ALIMENT. FAC.

¶ Quum ergo me animalium ſpecies audieris inter ſe comparantem, dictum meum experientia examina, ac diſiudica, atq; expende, non animal, quod benè nutritum fuerit, ac pingue, gracili ac penuria alimenti extenuato comparans: neq; adoleſcens, ſeni (uitioſum enim & iniquum eſt id iudicium) uerum, quod in unaquaq; ſpecie, ac genere, aut quocunque modo appellare uelis, optime eſt diſpoſitum, alteri, quod ſit eiuſmodi, conferens. Itaque nequaquam poſt hac erit neceſſarium, ut prolixum de uernaculis cuiq; genti animalibus ſermonem contexamus. Nam in Iberia animalculum inuenitur lepori adſimile, quodq́; cuniculum nominant. In Lucania uerò Italiæ regione aliud medium quodammodo inter ſuem & urſum, aliud quoddam inter agreſtes mures, & quos glires nominant, eſt medium, quod in eadem Italiæ regione, & alijs pleriſq; locis manditur. Quæcunq; igitur ex ijs animalibus benè ſunt nutrita ac planè pinguia, ea experientia explora, præparandorum ipſorum rationem, quam incolæ experientia didicerunt, ab ipſis, audiens ac diſcens. Singularum uerò præparationum facultatem iam à nobis diſcas licet.

## De domeſticorum uolatilium carnibus, ex eiſdem.

**Caro uolatilium domeſticorum,**

- **Gallinarum**
  - Eſt
    - Temperata.
    - Optimi ſucci.
    - Plurimi alimenti.
  - Calorē innatum corroborat.
  - Sāguinem probum generat.
  - Appetitum roborat.
  - Omnibus temperaturis per idonea exiſtit.

  ANNOTATIO.

  Etſi ſeniores medici, tam è Græcorū ſcholis, quàm ex ex Arabū ſectis prodeuntes, nihil de caſtratis gallinis memoriæ prodiderint noſtro tamen tempore gallorum modo quibuſdam mulierculis caſtrantur, ut euadat eorum caro
  - Competentior.
  - Candidior.
  - Melior.
  - Sapidior.
  - Concoctu facilior.
  - Eſui delectabilior.
- **Pullorum iuuenum,**
  - Probabilior eſt cæteris carnibus.
  - Cæteris uolatilibus concoctu facilior exiſtit.
  - Fœmellarum tamen magis probatur.
- **Caponum**
  - Temperata eſt in ſuis quatuor qualitatibus.
  - Plurimi exiſtit alimenti.
  - Venerem auget.
  - Omnibus uolatilibus præſtat.
  - Optimum generat ſuccum.
- **Gallorum**
  - Eſt
    - Dura.
    - Nitroſa.
    - Concoctu contumax.
  - Medicinæ magis, quàm cibo competit, nam eius iure
    - Aluus ſoluitur.
    - Pituita deijcitur.
    - Flatuoſitates expelluntur.

  (Rafis 23. cont. Auenzoar 1. et 2. theiſir. Halyabbas 5. Theor. Iſaac in uniuer. & part. diæt. Auic. 2. can. & 3. primi. Serapio cap. proprio.)

- **Anatum**
  - Eſt humida ualde.
  - Febres generat.
  - Ægré concoquitur.
  - Plurimi eſt alimenti.
  - Clarificat
    - Vocem.
    - Colorem.
  - Impinguat.
  - Semen auget.
  - Putridos generat ſuccos.
  - Multi & mali ſucci exiſtit.

  Anatum tamen alæ, atque iecur non improbantur. nam etſi omnes hæ particulæ probé concoquantur. Iecur tamen priuatim iecineroſis fluxibus opitulatur.
- **Anſerum**
  - Atrabilarios generat ſuccos.
  - Ægré concoquitur.
  - Febres generat.
  - Iuniorum minus eſt mala.
  - Seneſcentium peßima exiſtit.

  ANNOTATIO.

  Argumento ſunt ipſi Hebræi, qui cùm feré continué anſerum carnibus ueſcantur. Melancholici ſqualore quodam confecti, & immorigerati cernuntur. Anſerum tamen alas, non improbauit Galenus.

  (Gal. lib. de Cibis boni & mali ſucci. Serapio, cap. proprio. Iſaac de Vniuerſ. diæt. Auic. 3. primi doct. 2. capite 7. Gal. 3. de Aliment. fac.)

- **Columborum**
  - Sylueſtriū eſt
    - Dura.
    - Concoctu contumax.
    - Melancholica.
    - Mali ſucci.
  - Domeſticorum
    - Ex domo ipſa
      - Iuuenum uidelicet pullorum
        - Ægré concoquitur.
        - Ventriculum aggrauat.
        - Anginam procreat.
        - Febres gignit.
        - Senibus conuenit.
        - Sanguinis ubertatem facit.
        - Semen auget.
        - Calida, Humida: Eſt ualdé.
        - Craßi eſt ſucci.
        - Bilioſis aduerſa.
        - Pituitoſis amica.
      - Senum potius dimitti, quàm comedi debet propter eius ſuperfluam caliditatem & concoquendi contumaciam.
    - Ex columbarijs & turribus
      - Iuuenum
        - Sanguinem à renibus purgat.
        - Ea, quæ domi alitur præſtantior eſt.
        - Concoquitur facilius.
        - Sanguinis ubertatem facit.
        - Calorem imbecillibus reuocat.
      - Senum etſi eorum carnibus, qui domi nutriuntur frigidior exiſtat, non tamen eſt boni ſucci.
- **Pauonum**
  - Calida eſt et humida.
  - Melancholicum generat ſuccum.
  - Difficile concoquitur.
  - Mandi debet quindecim diebus exactis poſt occiſionem.

  (Gal. lib. de Attenuāte uictu. Iſaac in Vniuerſ. diætis. Auic. 2. can. Rafis 21. Cont. Halyabb. 5. Theor. Gal. 3. de Aliment. facul.)

ANNOTATIO.

¶ Columborum capita (ut Rafis in 4. Aphoriſmorum, & Auenzoar 1. & 2. Theiſir atteſtati ſunt) omnino abijci debent, nam & ipſis proprietas ineſt, ut capiti dolorem inferant. Præterea notandum quidem, quód & columbos, & paſſeres, Gal. 4 de Sanitate tuenda, febrientibus exhibet, quanquam pro paſſeribus minutas omnes auiculas pleriq; intelligunt.

GAL. III. DE ALIMENT. FACVLT.

¶ Auium porrò omnium genus leuißimum cibum præſtat, ſi ad quadrupedes conferatur. Volucrium tamen caro ob facilem concoctionem præcipuam laudem meretur. Porrò in omnibus uolucribus animalibus, ut & in quadrupedibus ſcire in uniuerſum oportet, quód caro adoleſcentium longé præſtātior eſt, quàm ætate declinantium. Florentium uerò inter utraq; media. Noxia uerò eſt admodū nouellorum, diuerſaq; ratione admodum uetulorum. Etenim eorum dura, ſicca eſt caro, ideoq; & concoctu difficilis, & exigui alimenti. Contrà nuperrime æditorum corpora mucoſa eoq; excrementis plena ſunt, leuius tamen per aluum ſubeunt. Hæc enim in cunctis animalibus nouiſſe te uelim, communiter nanque omnibus, & ex æquo hæ differentiæ, quas ab ætate ſumpſimus, inhærent.

## De ſyluestrium uolatilium carnibus, ex eiſdem.

**Caro uolatilium ſyluestrium,**

- **Perdicum**
  - Tenuem præbet alimentum.
  - Concoquitur facilè.
  - Aluum cohibet.
  - Venerem auget.
  - Corpus impinguat.
  - Ventriculum humidum exiccat.
  - Retentricem facult. roborat.
  - Infrigidatis, Conualeſcentibus, Sanguine carentibus — Optimè conuenit.

  Harum etenim auium caro conducibilior elixa, quàm aſſa uidetur, cùm omnino ſicci temperamenti exiſtat, niſi forſan comedentium corpora, tum humida, tum inteſtinorum leuitate affecta fuerint. Præter hæc non ignorandum eſt, cùm perdices in decimumſextum annum ſeneſcant, iuniores cæteris præcellere, nam temporis tractu ſeneſcentes, tum concoctu difficiles, tum eſui inſuaues euadunt. — Iſaac in Part. diætis.

- **Gallinarum ſylueſtrium**
  - Perdicibus aliquanto craßius præbet alimentū.
  - Saporoſa, Boni ſucci — Exiſtit.
  - Idonea conualeſcentibus habetur.

  ANNOTATIO.

  ¶ Syluestres gallinæ, tum Tridētinis, tum etiā Rhetis montibus reperiuntur domeſticis ferè craßiores, quarum plura apud eorum incolas reperiuntur genera, prout nos ipſi uidimus.

- **Franquiliniorum eſt**
  - Alba qualis domeſticarum gallinarum.
  - Tenera.
  - Concoctu facilis.
  - Optimi ſucci.
  - Guſtui gratißima.
  - Principibus, nobilibusq; dilectißima.

  ANNOTATIO.

  ¶ Huius auis authores minimè meminere, cū ſit tamen caro optimi ſucci. Aßimilatur perdicibus, ueruntamen eius pennæ albiores interius cernuntur. Syluas & arbores colit, ſuper quibus aucupijs capiuntur, aliqui tamen atagenas eſſe crediderunt.

- **Coturnorum, ſiue porphyrionum**
  - Æqualis ferè in ſuis exiſtit temperaturis.
  - Bonum generat ſanguinem.
  - Venerem auget.
  - Debilibus, Conualeſcentibus — Conuenit.
  - Mirificum præſtat corpori alimentum.

  ANNOTATIO.

  ¶ Eiuſmodi enim aues Tridentinis, & ipſe capiūtur motibus, & uulgò uocantur coturni. Sunt enim perdicibus multò maiores, his roſtrum, & crura rubent. Ideoq; meritò Porphyriones appellari poßint.

- **Phaſianorum**
  - Temperata exiſtit.
  - Conualeſcentibus eſt optima.
  - Bonum præbet alimentum.
  - Mediæ inter perdicem & capum eſt complexionis.
  - Hecticis conueniens eſt.
  - Ventriculum corruptum præparat.

  Raßis 4. aphoriſmorum.

  GAL. V. DE ALIM. FAC. lib. tertio.

  ¶ Phaſiani gallinis concoctione pares ſunt, & nutrimento cibo etiā ſuauiores.

- **Coturnicum, ſeu qualearum**
  - Calida eſt, multæq; humiditatis.
  - Cito in uentriculo putreſcit.
  - Temperatis, intēperatisq; eſt inconueniens.
  - Concoquitur difficilè.
  - Febres alit generatq;.
  - Spaſmum, tetanum commouet.

  Raſ. 20. cont. Auic. 2. can. Iſaac in Part. diætis.

  PLIN. LIB. X. CAP. XXIII.

  ¶ Coturnicibus ueratri ſemen gratißimus cibus, quam ob cauſam eas damnauere menſis, ſimulq; propter comitialem morbum, quem ſentiunt deſpui ſuetum.

- **Turturū**
  - Bonum præbet alimentum.
  - Concoquitur facilè.
  - Omnium auium carnibus eſt ſiccior.
  - Retentricem uigorat facultatem.
  - Ingenium acuit.
  - Venerem auget.
  - Aluum ſtringit.
  - Calidi & ſicci eſt temperamenti.

  Gal. lib. de attenuante uictu. Iſaac in Part. diæt. Auic. 143. cap. 21. Raſ. 4. aphor.

  ANNOT. EX ISAAC IN Part. diætis.

  ¶ Turtures præcedunt iuniores. Verùm cùm ſiccum præbeant alimentum domi priuſquàm comedantur, ſaginentur.

- **Tetragonum**
  - Æmulatur carni ſyluestrium gallinarum.
  - Guſtui amicatur.
  - Concoquitur facilè.
  - Vberius alit.

  ANNOTATIO.

  ¶ Tetragones aues, quas Erithotaonas aliqui appellauêre, Tridētinis alpibus frequentiores habentur, nullis carentibus notis ipſis à Plinio, lib. 10. cap. 22. aßignatis, incolæ uulgò Cedrones has aues uocant.

- **Gruum**
  - Frigidi & ſicci eſt temperamenti.
  - Ægrè concoquitur.
  - Malum ſuccum generat.
  - Atram bilem auget.
  - Pluris eſt excrementi quàm alimenti.
  - Non comedatur, niſi pluribus diebus maceretur.

  Raſ. 23. cont. Iſaac in Part. diætis.

- **Volatilium aquatilium**
  - Difficilè concoquitur.
  - Plurimum nutrit ſi cōcoquatur.
  - Melancholica pituitoſaq; eſt.
  - Plurimi eſt recrementi.
  - Humida accidentaliter.
  - Sicca ſubſtantialiter.

  Auic. 2. can. Raſis 3. de Alm. Iſaac in Part. diætis.

  GAL. V. DE ALIM. FAC.

  ¶ Non mediocris uerò differentia eſt inter ea uolatilia, quæ in ſtagnis, paludibus, lacuſtribusq; deguntur, & ea quæ in mōtibus, aut ſiccis locis uagantur. Nam pro portione locorum animaliū carnes, aut ſiccæ, & excrementis uacuæ, ac concoctu faciles, aut humidæ, & excrementitiæ, concoctuq; difficiles redduntur.

- **Turdorum, Merularum, ac ſimilium**
  - Facile concoquitur.
  - Boni eſt alimenti.
  - Laudabilem generat ſanguinem.
  - Conualeſcentibus utilis exiſtit.

## De pedeſtrium animalium particulis, ex Gal. & alijs, De Capite.

- Capita pedeſtrium animalium
  - Multi ſunt nutrimenti, ſi concoquantur.
  - Semen augent.
  - Difficile concoquuntur.
  - Ventriculo inimicantur.
  - Vrinam fœtidam faciunt.
  - Ructus commouent.
  - Hæc in uniuerſum de capite, uerum particulatim
    - Cerebrum
      - Eſt
        - Pituitoſum.
        - Craßi ſucci.
        - Tardi meatus.
        - Difficilis cõcoctionis.
        - Ventriculo inimicum.
      - Nauſeam commouet.
      - Si autem rectè confici poßit alimentum corpori non infimæ notæ præſtabit. — Gal. 3. de Aliment. facult.
    - Oculi, conſtant ex dißimili ſubſtantia, ut lib. de Cibis boni & mali ſucci, inquit Galenus. Nam ex his tunicæ aliam naturam ſortitæ ſunt. Aliam muſculi, aliam quod à cryſtalli, ac uitri ſimilitudine, κρυσταλλοειδὴς ἢ ὑαλοειδὴς dicitur.

      **ANNOT.** Licet oculi facilius cæteris membris concoquantur, tamen ob pinguedinem ſibi admixtam, grauedinis, uiſcoſitatis, ac incoctionis quoddam habent.
    - Aures
      - Parum alunt.
      - Difficilè concoquuntur.
      - Tardi ſunt meatus.
    - Nares
      - Concoquuntur difficilè.
      - Parum nutriunt.
    - (Aures, Nares:) Gal. de Cibi boni & mali ſucci. Meſues. Iſaac in Particularibus dictis.

      **GAL. III. DE ALIMENT. FAC.** ¶ Cartilago porrò ſi ab adultis ſit animalibus, omnino confici non poteſt.
    - Labia
      - Lentum humorem generant.
      - Commodè concoquuntur.
      - Gal. de Cibis boni & mali ſucci.
    - Lingua
      - Eſt
        - Temperatæ ſubſtantiæ.
        - Fungoſa.
      - Mediocriter in quantitate alit.
      - Iſaac in Part. dictis.

## De pedeſtrium animalium medullis, ex Gal. tertio de Aliment. facult.

- Medullæ
  - Spinalis in omnibus cerebro æmulatur, eſt tamen durior eo, nec id ſanè mediocriter, præſertimq́; quæ ad os ſacrum, quod ſpinæ finis eſt, accedit. Nam quantò à cerebro longius abſcedit, tantò magis dureſcit. Proinde minus pinguedinis habet, eoq́; nauſeã non æquè prouocat: & ſi probè concoquatur, non exiguam alimoniam corpori præbet.
  - Oſsium
    - Cerebro
      - Pinguior
      - Dulcior
      - Iucundior
      - Eſt.
    - Liberalius aſſumpta nauſeam prouocat.
    - Multum alit, ſi concoquatur.

## De pedeſtrium ſuperioris thoracis particulis, ex Gal. tertio de Aliment. facult.

- Superioris thoracis particulæ ſunt
  - Cor, ſubſtantia ſua fibroſa, duraq́; eſt caro: ideoq́; non ſine magno negotio confici poteſt. Id enim tardè commeat. Veruntamen ſi in uentriculo confici poßit, alimentum exhibet corpori nec molle nec ſucco contemnendum.
  - Pulmo, quanto iecore, lieneq́; mollior, rariorq́; exiſtit, tantò ad coquendum facilis eſt, multò tamen quod ad nutriendum attinet, hepate eſt inferior. Pituitoſum eſt id alimẽtum, quod corpori præbet.

**MEDICVS DE BALDACH in Tacuino.**

¶ Pulmones conferunt lentè febrientibus adoleſcentibusq́; quia leuius, faciliusq́; conficiuntur. Laborantibus autem non competunt, quoniam alimentum ipſorum eſt imbecillè, pituitoſum, & conſtipans uentrem.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0102-6 DFG

## De pedeſtrium inferioris thoracis particulis, ex Galeno, tertio de Aliment. facult.

*Inferioris thoracis particulæ ſunt*

- *Ventriculus, & inteſtina, carne duriores ſunt, eamq́; ob cauſam, ſi rectam concoctionem aſſequantur, ſuccum edent non planè ſanguineæ naturæ, nec prorſus inculpatum, ſed frigidiorem & crudiorem. Proinde multum temporis requirunt, priuſquàm ſatis confici & in probum ſanguinem mutari queant.*
- *Iecur omnium quidem animalium craßi eſt ſucci, ad concoquendum difficile: & tardè permeat.*
- *Lien, reliquorum uiſcerum guſtu non omnino iucundus uidetur. Eſt nanque in eo acerbum quiddam. Meritò autem praui quoque ſucci eſſe creditur, ut qui ſanguinem melancholicum generet.*
- *Renes. Sunt qui inter uiſcera, & qui inter glandulas annumerent. Verùm praui admodum ſunt ſucci, & concoctu difficiles, ut adultiorum animalium teſtes. Guſtui enim urinam, cuius ſunt officinæ, in cibis redolent.*

GALENVS.

¶ *In uolatilibus uiſcera eandem habent ad carnes proportionē, quàm in pedeſtribus habere memorauimus. Inteſtina uerò horū omniū omnino non mandūtur, exceptis uentriculis, nam hi & edendo & alendo ſunt. Quidam uerò ipſorū ualde etiam ſunt iucundi, ceu anſerum, & gallinarum. Quemadmodum autem in ſuibus, dum adhuc uiuunt, hepar ex caricarum paſtu ad uoluptatem præparatur, ita in anſeribus uideo ipſorum alimenta lacte imbui, ut non modò eorum iecur ſit iucundiſsimum, ſed potenter etiam nutriat, ac optimi ſit ſucci, & deiectu minimè difficiles, probeq́; ſimiliter in uentriculo conficiatur.*

## De pedeſtrium, ac uolatilium animalium externis partibus, ex Gal. & alijs.

*Animalium extremæ partes ſunt*

- *Teſtes, difficulter conficiuntur, & uiroſo ſucco ſunt obnoxij, ut probè concocti, probè alibiles ſunt, maius & minus in his quoque proportione eorum, quæ de animalium ſingulorū carnibus diſſeruimus, inuenitur. Etenim quanto ſuum caro alijs præfertur, tanto horum quoq́; teſtes cæterorum animantium teſtibus.*

  GAL. III. DE ALIM. FAC.

  *Soli gallorum gallinaceorum teſtes ad omnia præcipua cōmendātur, potiſsimùḿ; ſaginatorum. Sunt enim delicatiores cùm eſcis, ſeroſo lacte conſperſis, ſi ſaginati fuerint galli. Nam & bonum ſuccum & alimoniam præſtant, & facillimè concoquuntur.*

- *Vbera, quæ carnibus glandulofis conſtant, cùm lacte tument à ganeonibus ſummoperè commendantur, ac expetuntur, præſertimq́; ſuillæ: alimonia enim ex ijs probè, quibus in uentriculo concoctis prouenientes, cum carnis alimonia certat. Si uerò plena concoctione fruſtrentur, crudum ac pituitoſum humorem procreant.*

  *Deiectionem tamen nec iuuant, nec impediunt: uerùm eorum criſtas ac palearia nemo non probarit, nec etiam damnarit.*

- *Pedes, etſi glutinoſum ſuccum gignant, non tamen manifeſtè craſſum, cùm ſit eorum nutrimentum bonum. Oſtendit enim bonitatem concoctionis eorum uelox tum tumefactio, tum diſſolutio, quæ in eorum decoctionibus cernuntur, uerum eorum alimentum, non eſt multum. Auicenna ſecundo Can.*

  GALENVS IBIDEM.

  *Anſerinæ quoque alæ, concoctioni & nutritioni idoneæ ſunt, his uerò magis ipſerum gallinarum. Cæterùm cùm in iunioribus & adultioribus animalibus magnum ſit carnis diſcrimen, in alarū quoq́;: nam ex ætate euidentior differētia conſpicitur, pedes autem euiſmodi uolatilium paulò minus omnium cibo ſunt inepti.*

- *Cauda, cùm à calore naturali longinqua ſit particula, & à ſanguine in iocinore quidem male cocto nutrita, durior, concoctu contumacior, & guſtui inſuauior exiſtit, quo ſit ut uentriculo ſit rebellis. Iſaac in Part. diætis.*

GAL. III. DE ALIMENT. FACVLT.

¶ *Pedeſtrium animalium excarnes partes homines mandunt, pedes uidelicet, roſtra ac aures. Suilli igitur petioli omnium conuenientiſsimi ſunt ptiſanæ incocti, nam & illam meliorem efficiunt, & ipſi molliuſculi redduntur. Ideoq́; tam in ore, quàm in ſtomacho expeditius confici poterunt. Ergo haud exigua in præparationis modo differentia exiſtit. Itaque excarnes, ſeu extremæ corporis partes, ut nimirum pinguedinis, ita carneæ ſubſtantiæ quoque perexiguum obtinent. Neruorū item, ac cutis natura in illis præpollet. Nec porrò tales hi nerui, cutes ue ſunt, quales, qui per uniuerſum corpus diſpergūtur. Hæc nanque in ijs magis trita ſunt, & exercitata, eoq́; etiam glutinoſiora. Quare meritò tenuiter corpus alunt, & expeditius per aluum ſuo lentore delabantur. Verùm ſuilli pedes magis, quàm roſtrum probandi ſunt, uti hoc magis, quàm aures. Nam hæc ſola cute ac cartilagine conſtant.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0103-2

## De cutis, pinguedinis, adipis & ſanguinis facultatibus, ex Galeno tertio de Alimentorum facul.

- **Animalium**
  - Cutis, ſiue pellis frigidum generat ſanguinem glutinoſumq́;, concoctu deinde pertinax eſt, & parum alit.
  - Pinguedo et adeps, ambo olei quidẽ naturã referũt, ſed humiditate et ſiccitate, à ſe inuicẽ diſtãt. Pinguedo nanq; humida quæpiã res eſt, oleo adſimilis, lõga uetuſtate incraſſato. Adeps uerò pinguedine multò ſiccior eſt. Ideoq́; ſi ipſum incalfactũ fundas, coit facile ac concreſcit. Ambo etenim hæc potius ciborũ noſtrorũ cõdimenta, quã cibaria ueniunt appellãda,
    - Ventriculum eneruant.
    - Parum alunt.
    - Improbum generant ſanguinem.
    - Cibum in uentriculo ſuſpendunt.
    - Retentricem in uentriculo facultatem extenuant.
    - Obſtruunt.
    - Pituitam augent.
    - Inteſtinorum leuitatem, difficultatemq́; inducunt.
    - Saturant, antequam conueniens ingeratur alimentum.
    - Senſus — / Intellectum — Hebetant.
    - Somnum inducunt.
    - In calidis uentriculis in uaporem & bilem cõuertuntur.
  - Sanguis omnis concoctioni rebellis, præcipuè craſſus & melancholicus, qualis bubulus eſt, leporinus, ut ſuauiſsimus celebratur. Gallinarum enim ac columborum ſanguine nonnulli ueſcuntur, maximè altilium, nec enim ſuillo inferior eſt, ſiue ſuauitatem, ſiue concoctionis facilitatem ſpectes. Verum omnis porrò ſanguis concoctu pertinax eſt, & excrementitius, quocunque pariter modo. Taurinus autem omnino dimittendus cùm uenenoſam obtineat facultatem.

## De alimento quod in quibuſdam animalis partibus continetur, & primo de Ouorum facultatibus, ex Gal. tertio de Aliment. fac. Iſaac in Part. diæt. Raſ. quarto aphoriſ. tertio Alman.

- **Oua**
  - Gallinarum, Perdicum, Phaſianorum
    - Saporoſa / Temperata / Boni ſucci / Cæteris nutribiliora — Exiſtunt.
    - Velociter nutriunt & multum.
    - Velociter reſtaurant.
    - Roborant.
    - Venerem augent.
    - Hecticis conferunt.
    - Præſertim ſi ſint recentia & maſculino ſemine concepta, ac etiã à iuuenibus & pinguibus edita gallinis.
  - Anſerum, Anatum
    - Difficile concoquuntur.
    - Multum alunt, ſi concoquantur.
    - Craſſi ſunt ſucci.
  - Strutochameli
    - Mali ſunt ſucci.
    - Viroſum redolent odorem.
    - Ægrè concoquuntur.
  - Pauonum
    - Peſsimi ſucci — / Horribilia ſapore / Incoctibilia — Sunt.
    - Humanis ſunt temperaturis inimica.
  - Columborum
    - Calida / Venerea — Sunt.
  - Verũ cùm ea quæ ex laudabilibus uolatilibus aſſumũtur,
    - Elixantur
      - Cum cortice, & fiunt
        - Tremula
          - Omnium belliſsimè nutriunt.
          - Facillimè cõcoquuntur.
        - Sorbilia
          - Non adeò bellè, ut tremula nutriunt.
          - Expeditè deſcendunt.
          - Gutturis ſcabriciem leuigant.
      - Sine cortice
        - Benè nutriunt.
        - Optimè concoquuntur.
    - Aſſantur
      - Ægrè concoquuntur.
      - Exſiccant.
      - Aluum cohibent.
    - Friguntur
      - Cæteris peiora fiunt.
      - Facilè meant.
      - Cibum corrumpunt.
      - Ventriculo obſunt.
      - Mali ſunt ſucci.
      - Putreſcunt, citiusq́; in uapores conuertuntur.
      - Concoctu difficilima ſunt.
    - Dura efficiuntur.
      - Sunt omnino mala.
      - Concoctu contumacia exiſtunt.
      - Craſſum generant ſuccum.
      - Obſtruunt.
      - Calculum in renibus generant.
      - In uentriculo putreſcunt.
      - Aluum cohibent.
      - Colicam faciunt & uentriculi dolores.

### GAL. III. DE ALIM. FAC.

¶ Recentia porrò ouorum ad uetera non mediocris eſt differentia. Quippe optima ſunt recentiſsima, peſsima perquàm diu aſſeruata. Quæ uerò in horum exceſſuum medio ſtatuuntur, pro portione receſſus, ab extremis, bonitate aut prauitate inter ſe differunt.

### ISAAC.

¶ Quorum uitelli longè albuminibus ſunt meliores, cum hi temperati, boni ſucci, concoctu faciles. Illa uerò frigida, pituitoſa exiſtant, difficiliſq́; concoctionis.

## De lacte,& quibus componatur ſubſtantijs,ex Galeno quarto de Simp,med.fac. cap. XVII.

- *Lac eſt animalis ſuperfluum, album, bina decoctione in mãmis generatum, eſt ſanguis bis decoctus: componiturq́; ex ſubſtãtia*
  - *Craſſa, ex qua conficitur caſeus, quæ eſt*
    - *Craſſa & frigida in æqualitate & temperamento.*
    - *Pituitoſa.*
    - *Mali ſucci.*
  - *Pingui, ex qua butyrum paratur, quæ eſt*
    - *Æqualis in temperamento.*
    - *Vnctuoſa.*
    - *Incoctibilis.*
  - *Aquea, quæ ſerum appellatur, quæ eſt*
    - *Frigida & humida.*
    - *Nitroſa.*
    - *Solutiua.*

GALENVS.

*Lac ſi guſtari poſſet, ubi in uentre & per uenas concoctum eſt, ipſo etiã melle dulcius inueniretur. Nam quod foris mel ex ſeſe obtinet, id dum concoquitur lac accipit, & cùm admodum ingens in animante calor extiterit, tantum acquirit lac dulcedinem, quantam mel deperdit.*

## De lacte quod humano competit uſui, deq́ ipſius bonitatis notis ac facultatibus, ex Galeno, quarto de Alimentorum fac. Auic. II. can. Iſaac in Vniuerſ. diætis, & alijs.

- *Lac. uſuale, eſt*
  - *Humanum quod*
    - *Temperatum eſt in tribus ſuis ſubſtantijs.*
    - *Optimum generat ſuccum.*
    - *Mortiferis aduerſatur uenenis.*
    - *Cæteris præſtantius habetur.*
  - *Bubulum, quod pinguiſſimum eſt, & ſubſtantia craſſiſſimum.*
  - *Ouillum, quod eſt*
    - *Craſſum.*
    - *Parum ſeroſum.*
  - *Caprinum, quod in ſuis temperamentis humano æmulatur, ueruntamen eo ſiccius eſt.*
  - *Bubulinum, quod longè craſſius bubulo exiſtit, ac pinguius.*
- *Horum quodlibet probatur*
  - *Colore*
    - *Albiſſimo.*
    - *Claro.*
    - *Non liuido.*
  - *Odore*
    - *Sincero.*
    - *Aromatico.*
    - *Horrore carente.*
  - *Subſtantia liquida inter ſubtilem & craſſam, uidelicet remaneat in ſua ſphæra gutta ſuper unguem proiecta.*
  - *Sapore*
    - *Dulci.*
    - *Non amaro.*
    - *Non ſalſo.*
    - *Non uiroſo.*
    - *Non nidoroſo.*
    - *Non acetoſo.*
- *Huiuſmodi enim*
  - *Cerebrum auget.*
  - *Corpus impinguat.*
  - *Hecticis prodeſt.*
  - *Siccam tuſſim lenit.*
  - *Venerem roborat.*
  - *Vrinæ ardoribus ſubuenit.*
  - *Diſſoluta corpora reſtaurat.*
  - *Boni eſt ſucci.*
  - *Multum nutrit.*
  - *Ventrem mollit.*
  - *Pulchritudinem corporibus præſtat.*
  - *Facile in ſanguinem uertitur.*
  - *Carnem auget.*
  - *Pectus dilatat.*
  - *Siccis corporibus amicatur.*
  - *Nutribilius eſt cæteris cibis.*

### GAL. III. DE ALIMENT. FACVLT. ET IIII. DE Simpl. med.fac.

¶ *Haud enim ſimpliciter protulimus lac omne optimi eſſe ſucci, ſed inſuper optimum adiunximus. Quippe uitioſum lac tantum abeſt, ut ad ſucci probitatem conducat, ut malo etiam ſucco utentium corpora impleat. Cui rei argumento fuit is infans, qui cùm priore nutrice mortua, alterius praui ſucci lac ſuxiſſet, totum corpus multis ulceribus habuit refertum. Quippe ſecunda hæc nutrix ſyluestribus oleribus propter annonæ caritatem, quæ ueris tempore acciderat, utebatur. Quare & ipſa huiuſmodi ulceribus obſeſſa eſt. Atq; etiam ſi capræ aut alterius cuiuſpiam animalis ſcammoniam aut tithymalum depaſtæ lac cibi loco, quis ſumat, omnino aluus illi fluet. Itaque non quaſi ſimpliciter de quouis dicta ſint, intelligere oportet, ſed duntaxat tanquàm de probatiſſimo. Proinde ſanè lac, ubi cruditatem in uentre perpetitur, duplicem ſuſcipit alterationem. In frigidiore nanque uentre aceſcit, in calidiore, nidoroſum amarumq́; efficitur.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0105-4
DFG

## Quibus corporibus conueniat lac,& quæ in eius potu,uel comeſtione ſeruanda ſint,ex Gal.v. tum de Tuenda ſanitate,tum de Meth.med.& tertio de Aliment.fac.ex Auic.11. can. & Iſaac,in Vniuerſ. diætis.

- *Lac*
  - *Prodeſt*
    - *Conſiſtentibus.*
    - *Senibus non naturaliter frigidis.*
    - *Biliosis.*
    - *Ventriculum mundum habentibus.*
    - *Hecticis.*
    - *Extenuatis.*
    - *Verùm obſeruãdum eſt*
      - *Ante lactis bibitionẽ*
        - *Recenter admiſceatur cum lacte modicum aut*
          - *Mellis*
          - *Sachari*
          - *Salis*
          - *Ne coaguletur in uentriculo.*
        - *Non bibatur lac cum acetoſis.*
        - *Bibatur lac ieiunio uentriculo.*
        - *Non comedatur lac cum piſcibus ſimul.*
        - *Tantum ex lacte bibatur,quantum concoquere ualeat uentriculus.*
      - *Poſt lactis bibitionem, ut*
        - *Non aſſumatur cibus alius,niſi prius lacte in uentriculo concocto.*
        - *Dimittatur motus,& exercitium.*
        - *Non dormiatur.*
        - *Non bibatur uinum.*
        - *Lauentur dentes uino,aut hydromelite,ne gingiuæ & dentes ipſi uitientur.*
  - *Nocet*
    - *Febrientibus.*
    - *Capitis dolore affectis.*
    - *Ophthalmicis.*
    - *Reſolutis.*
    - *Conuulſis.*
    - *Catarrhoſis.*
    - *Calculoſis.*
    - *Pituitoſis.*
    - *Adoleſcentibus.*
    - *Obſtruſis.*
    - *Comedentibus ipſum ultima menſa.*
    - *Dentibus.*
    - *Gingiuis.*
    - *Præſertim ſi plurima caſeitate refertum fuerit.Nam dicebat Gal.tertio de Aliment. facultatibus,Lac plurimo abundans ſero, etiam ſi iugiter eo utare,quàm minimum periculi affert. Quod uerò huiuſce humiditatis minimam portionem,ſed caſeoſæ craßitudinis permagnum obtinuit omnibus uſum eius frequentantibus infidum eſt.*

## De lacte coagulato,ex Iſaac,in Vniuerſ.diæt.

- *Lac coagulatum*
  - *Anguſtiam frequentius inducit.*
  - *Ventriculum aggrauat.*
  - *Exhalationes in caput mittit,quibus ſæpe generatur*
    - *Suffocatio.*
    - *Syncope.*
    - *Anguſtia.*
  - *Ægrè concoquitur.*
  - *Craſſum generat ſuccum.*
  - *Lienteriam facit.*
  - *Omni alio lacte peius exiſtit.*
  - *Quamobrem ſi aliquando comedendum ſit,nequaquam niſi prima menſa comedatur. Nam cum poſt cibum ( ut fieri ſolet ) adſumitur,aut ſtatim putreſcit,aut ſubſidentem cibum ſecum ad ima incoctum trahit.*

## De capite lactis,& butyro crudo,ex Iſaac in Vniuerſ. diætis.

- *Caput lactis, ſiue butyrum crudum*
  - *Calidum eſt & humidum.*
  - *Victuoſum.*
  - *Ventriculi uillos mollificat.*
  - *Cuncto ſupernatat cibo.*
  - *Nutrimentũ à uẽtriculo eijcit antequàm concoquatur.*
  - *Craßi eſt ſucci.*
  - *In uapores facilè conuertitur.*
  - *Ideoq; nimius horum uſus dimittendus eſt. Nam butyrum tam coctum, quàm crudum,potius ciborum condimentum eſſe debet,quàm cibus.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0106-0
DFG

## De caſeo, ex Galeno, de Alimentorum fac. & Iſaac. in Part. diætis.

- Caſeus
  - Recens
    - Ori gratiſſimus.
    - Stomacho minimè noxius.
    - Cæteris caſeis eſt concoctu facilior & commeabilior.
    - Succo conſtat
      - Non uitioſo.
      - Neque uſque adeò craſſo qui caſeis commune uitium eſſe ſolet.

    *Verùm permagna in iſto particulatim inuenitur differentia, cùm pro animalium natura, tum pro uarijs præparandi modis, tum etiam ætate. Ideoq; mollem duro, rarum ac laxum ualde preſſo denſoq; meliorem iudicabimus. Deniq; cùm admodum glutinoſus, admodumq; friabilis noxius ſit, medium inter hos locum ſortitus præſtantior cenſebitur. Suauis inſuauem præcellit, & mediocriter ſalitus permultum ſalitum aut nihil omnino ſalis habentem.*
  - Vetus
    - Acrimonia pollet.
    - Calidior.
    - Vrentior.
    - Siticuloſior.
    - Concoctu difficilior.
    - Succo deterior.
    - Calculos in renibus alit.
    - Hepar obſtruit.
    - Difficile permeat.
    - Bilioſos generat ſuccos.
    - Aluum compeſcit.
    - Atram bilem ſupercalefactis corporibus gignit.

    *Quo fit ut plus damni, ex ſucci prauitate, & æſtuanti feruore inferat quam craſſorum extenuationi poſſit prodeſſe. Fugiendus iſtiuſmodi caſeus eſt, cū neq; ad cōctionē, neq; ad mouēdā urinam, neq; adijciendam deniq; aluum quicquam boni conferat, ceu utique nec ad ſucci probitatem.*
  - *Medius, neque uetus neque acris exiſtit, infeſtus quidem & ipſe, ſed minori noxa.*

ANNOTATIO.

¶ *Ouillus quidem caſeus cæteris præſtantior habetur. Nam etſi bubulus nutribilior pinguiorq; exiſtat, eſt tamen eo concoctu difficilior. Caprinus uerò quanquam temperatiori lacte ſit confectus, omnibus tamen caſeis eſt deterior, cùm ſtatim exſiccetur, terreſtrificetur, & friabilis fiat. Ad hæc accedit etiam, ut quilibet caſeus cum reſerantibus haud copioſe comedatur. Sed tantum ipſius parum tam in prandio quàm in cœna oſtiolum ſigillet uentriculi.*

## De recocta, ex Auic. & Haliabbate & Raſi.

- Recocta
  - Recens
    - Stomacho minus nocet, quàm caſeus recens.
    - Calidis hominibus eſt proficua.
    - Fluxum bilioſum habentibus conuenit.
    - Ventriculo frigido aduerſatur.
    - Sitim / Bilem } Extinguit.
    - Neruis nocet.
    - Somnum inducit.
  - Salita
    - Parum nutrit.
    - Sitim excitat.
    - Ventrem conſtringit.
    - Flatus excitat.
    - Ægrè concoquitur.

ANNOTATIO.

¶ *Recoctam uoco eam caſeitatem, ac butyroſitatem, quæ longa ſeri coctione craſſeſcit, ac coagulatur.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0107-5
DFG

## De piſcium omnium facultatibus, pro aquarum in quibus degunt naturis, ex Galeno tertio de Alimentorum facultatibus.

Piſces omnes in
- Mari
  - Purò natantes optimi ſunt, maximè ubi littus nec terroſum, nec leue, aquã tingit. Sed aut aſperum aut arenoſum ſit. Si uerò uentum ſuperſpectet aquilonẽ, piſces longè erũt meliores. Nam cùm ſucci probitatem unicuiq; animanti haud leuiter exercitia cõducant, amplius etiam flatuum qui aquis permiſcentur puritas horum piſcium augent bonitatem. Hæc Gal. cui reſpondens Iſaac, in uniuerſ. diætis. Piſces marini ait
    - Minus
      - Humidi
      - Glutinoſi
      - Exiſtunt cæteris.
    - Facilè concoquuntur.
    - In ſanguinem celeriter uertuntur.
    - Velociter à membris permeant.
    - Humanis corporibus conueniunt.
  - Impuro ſilenteq;, ac nullis fluctibus agitato commorantes, tantò uiliores exiſtunt quantò minus exercitati.
- Stagnis
  - Salſis degentes deteriores non ſolùm longè illis ſunt, qui in puro mari capiuntur. Sed & illis etiam qui in ſilente fluitant.
  - Dulcibus agunt, multò peiores dicuntur iis, qui in ſalſis diſcurrunt ſtagnis, præſertim ſi exigua ſint ſtagna, nec ingentia flumina uiuoſq; fontes habeant, nec copioſum fluxum. At peſſimi penitus erunt, ſi nihil aquæ affluat uel diffluat. Sed ſtagnum reſes planè immotum remaneat.
- Paludibus exiſtentes ſunt
  - Excrementoſi.
  - Mucoſi.
  - Mali ſucci.
  - Guſtui inſuaues.
  - Concoctu contumaces.
  - Citius putreſcibiles.
  - Tantoq; magis quantò ignobiliores piſces erunt.
- Fluminibus
  - Rapidis,
  - Saxoſis,
  - Arenoſis
    - Fluitantes boni ſucci iudicantur, probanturq;.
  - Stagnantibus
  - Cœnoſis
    - Degentes omnino improbantur, cùm non ſolùm mali ſucci excrementoſi corruptibilesq;, uerùm etiam male oleant.

### GAL. III. DE ALIMENT. FACVLT.

¶ Ipſo præterea paſtu piſces meliores peiores'ue euadunt. Nam pleriſq; herbarum, ac bonarum radicum copia ſuppetit, iiſq; præſtantiores eam ob cauſam ſunt. Alij econuerſo herbis paſcuntur limoſis, maliq; ſucci radicibus. Ideoq; qui in fluminibus populoſarum urbium hominum quadrupedumq; fimo & prauis id genus eſcis uictitant, extremum prauitatis gradum tenent. Cuius rei argumẽtum eſt, ut capti citius putreſcant & deterrimum edant odorem. Quamobrem & inſuauiores ſunt, & concoctu contumaciores parumq; boni alimenti & multum excrementi corporibus tribuunt.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0108-1
DFG

## De piſcium omnium alimonia, ex Gal. III. de Aliment. fac.

**Piſces non omnes uno modo nutriunt. Nam**

- **Molli carne præditi, qui in uario habẽtur genere, ut ſunt**
  - **Saxatiles quorum numero ſunt**: Scari, Merulæ, Turdi, Iuliæ, Fucæ, Percæ
    - Nec locorum nec ciborum uarietate capiuntur, nec dulces ingrediuntur aquas, ideoq́; omnes perpetuò inculpati manent. Quo fit ut eorum alimentum & concoctu facile & ſaluberrimum habeatur. Nam mollem omnino carnem habent.
  - **In fluuiorũ hoſtijs commorantes. In ſalſis ſtagnis natantes. Littorales. Marini. Stagnatiles. In cõfuſis aquis permanentes.** Vt ſunt: Mugiles, Hamyæ, Murenæ, Gobiones, Vmbræ, Aſſelli, Rhombi, Cithari, Iecorarij, Lacerti
    - Et ſi ab aliquibus omnes hi inter piſces mollis carnis cõnumerẽtur, non tamen omnes eiuſdem ſunt alimenti. Nam & paſtus & aquarum diuerſitate non parum inter ſe differũt, etſi eiuſdem ſunt generis. Cæterùm aſelli rhombi ac cæteri qui ſequuntur, non inter molles, ſed potius inter hos & duræ carnis piſces medij ſunt reponendi.
    - Pelagici, ſicuti mulli ſunt, ſaxatilibus comparari poſſent, niſi earum carnium durities obſtaret. Quo fit, ut concoctu contumaciores habeantur.
- **Duræ carnis, inter quos numerantur**: Dracones, Cuculli, Muſteli, Scorpij, Trachuri, Mulli, Cernuæ, Glauci, Libellæ, Congri, Hanniæ, Aquilæ
  - Difficilè cõficiuntur, ſiquidẽ tum coctio quæ in uentriculo adminiſtratur, tum aſsimulatio, quæ in qualibet corporis fit particula, ſicut in mollibus leuius ſuccedit, ſic ægrius in durioribus efficitur.

ANNOTATIO.

¶ Etſi de anguillis nihil tradiderit Gal. tamen cum multis frequentiori cibo habeantur, ſciant eiuſmodi ganeones, earum alimonia diuturnos gignere morbos. Ideoq́; podagricis, calculoſis, pituitoſis & obſtructis omnino interdicuntur.

- **Cetacei, è quorum genere ſunt**: Phocæ, Balenæ, Delphini, Thunni, Canes
  - Duram, praui ſucci & excrementitiam carnem habent, quapropter ſale aſſeruati plurimum eduntur. Inter quos canis ingrati ſaporis eſt & ſordidus, qua de re uulgarium tantùm ferè hominum eſt cibus.
- **Molli cute contecti, è quorum genere ſunt**: Polypi, Sepiæ, Loligines
  - Duræ carnis & difficilis cõcoctionis ſunt, exiguumq́; in ſe ſuccum ſalſum continent. Verùm ſi concoquantur, non contemnendum alimentum præbent.
- **Teſtacei, è quorum genere ſunt**: Oſtrei, Chamulæ, Vertebræ, Solenes, Tellinæ, Buccinæ, Purpuræ
  - Salſum in carne ſuccum continent, qui aluum ſubducit: quod ſeorſim unicuique magis minus'ue ineſt. Siquidem oſtreæ inter alia teſtacea molliſsima carne cõſtant, ita ut citra cocturam eos eſſe liceat, ideoq́; aluum efficacius ſubducũt, & imbecillius nutriunt. At reliqua ferè omnia dura carne comperta ſunt, ideo difficilius concoquuntur & firmius alunt: atque hæc omnia elixantur.

ANNOTATIO.

¶ Inter eiuſmodi teſtaceos piſces marinus echinus annumerari meritò deberet, cùm & ipſe teſta ſit contectus. Huius alimentum medium inter tenue & craſſum exiſtit. Eduntur enim alui ciendæ gratia, garo, mulſo, pipere adiectis.

- **Cruſta contecti, è quorum genere ſunt**: Aſtaci, Paguri, Cancri, Locuſtæ, Carides, Gammari
  - Duritie teſtaceis ſimiles ſunt, ſed minus ſalſi humoris continent. Dura etenim in totum carne conſtant. Ideoq́; & concoctu pertinacia ſunt, & firmi alimenti, in dulci uidelicet aqua præcocta.
- **Cartilaginei, è quorum genere ſunt**: Paſtinaca, Torpedo, Raia, Leuiraia, Squatina
  - Carne inter ſe differunt. Nam torpedo & paſtinaca molli carne conſtant ſuauiq́;, nec concoctu difficili. At cæteri duriores ſunt, & concoctu pertinaciores.

ANNOTATIO.

¶ Marinas cocleas ſimiliter idoneas eſſe, facileq́; aluo excernendæ Dioſc. atteſtatur. Quod & de terreſtribus indicauit. Paulus tamen prauum ex eis ſuccum gigni & credidit & affirmauit. Poſſunt etiam & ipſæ inter teſtacea reponi.

ANNOTATIO.

¶ Etſi adhuc uaria ac diuerſa multorum piſcium genera in mari, fluminibus, ſtagnis, paludibus, ac lacubus reperiantur, quæ peculiarem hiſtoriam expoſcerent, tamen à ſchemate poterit unuſquiſque medicæ facultatis alumnus connumeratorum noſcere facultates.

## De piſcium omnium facultatibus, ex Gal. Auic. Iſaac, Raſi & Haliab.

- Piſces
  - Recentes
    - Frigidi ſunt & humidi.
    - Parum nutriunt.
    - Facilè corrumpuntur.
    - Citò diſſoluuntur.
    - Aquoſum ſanguinem generant, tenuem & facilè putreſcibilem.
    - Tractu frigido degentes, minimè conueniunt.
    - Neruos imbecilles reddunt.
    - Bilioſis conferunt, præſertim æſtate.
    - Calidas regiones inhabitantibus peridonei ſunt.
    - Virile ſemen augent.
    - In piſcium recẽtium eſu animaduertẽdum eſt, ut
      - Frequentes eorum eſus uitetur.
      - Eligantur inculpati, & hi quidem mediocres.
      - Non edantur cum obſonijs, lacte uel caſeo confecti.
      - Actu calidi manducentur. Nam aſſati per diem infrigidati, præſertim in loco humido, aliquãdo ut malefici fungi, eſitantes interimunt.
      - Decocti non operiantur patinis. Nam prouocatus uapor & uomitum ſæpius, & alui fluorem concitat.
      - Poſt laborem eſitandi non ſunt.
  - Salſi
    - Calidi ſunt & ſicci.
    - Bilioſis, ac nigra bile affectis maximè nocent.
    - Sitis intolerantiam excitant.
    - Sanguinem adurunt.
    - Pituitoſum uomitum cohibent.

## Piſces qui aſſandi, elixandi, & qui ſale condiendi.

- Piſces
  - Aſſandi ſunt
    - Pingues.
    - Humidi.
    - Lentore confecti.
    - Duræ carnis.
  - Elixandi
    - Sicci in ſuis temperamentis.
    - Lentore & craßitie carentes. Qui ſunt multiplicati nutrimenti ſaxatiles.
  - Sale condiendi
    - Duræ carnis. Pingues.
    - Humidi. Stagnatiles.
    - Lentore confecti. Cetacei.

## De alimento, quod à plantis ſumitur, & primò de oleribus, quæ paſsim in cibis aſſumuntur, ex Gal. II. de Aliment. facult. Dioſc. Auic. II. can. & lib. de Medicinis cordialibus, & Iſaac in Diætis.

### De lactuca.

- Lactuca
  - Tenera ſiue hortenſis
    - Frigida eſt & humida.
    - Puriorem ſanguinem generat quàm cætera olera, ueruntamen non ex omni parte laudabilem.
    - Soporem inducit.
    - Ventriculi ardoribus, cum aceto conuenit.
    - Concoctu facile eſt.
    - Lac mulieribus auget.
    - Aluum neque cohibet neque impellit, cùm nec auſtera nec acerba, nec acris nec ſalſa habeatur.
  - Dura, ſiue agreſtis
    - Sanguinem illaudabilem generat.
    - Oculos obtenebrat.
    - Genitale ſemen corrumpit.

### De intybo uel ſeri.

- Intybus
  - Domeſtica
    - Hyemalis
      - Frigida eſt in fine primi.
      - Guſtu inſipida eſt.
      - Hepati eſt amica.
    - Aeſtiua
      - Frigida eſt in primo, & ſicca in medio eiuſdem.
      - Hepati magis quàm hyemalis confert.
      - Bilem extinguit.
      - Lactucæ facultatibus correſpondet.
  - Syluestris, ſiue cichorium
    - Eſt frigida in initio primi, & ſicca magis quàm hortenſis.
    - Ventriculo, caliditate affecto, maximè confert.
    - Iecinoris obſtructiones aperit.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0110-1

## De malua hortenſi.

- **Malua**
  - À refrigerandi facultate manifeſtè abeſt.
  - Succo glutinoſo conſtat.
  - Facilè ſubducitur, non modò propter humiditatem, uerùm etiam propter lentorem.
  - Mediocriter nutrit.
  - Ad concoctionem mediocriter ſe habet.
  - Aluum mollit.
  - Interaneis & ueſicæ utilis eſt.
  - Tuſsim & pectoris aſperitates lenit.

¶ Gal. quemadmodum [illegible], quæ lactuca agreſtis ab hortenſi, ita malua agreſtis à ſatiua eſt diuerſa. Plantæ enim congeneres in eo inter ſe diſsident, quod agreſtis quidem ſiccitate, ſatiua uerò humiditate ſuperat.

## De betà.

- **Beta**
  - Calida eſt & ſicca in primo.
  - Abſterſoria conſtat facultate, ita ut aluum ſtimulet.
  - Ventriculum nonnunquam mordicat.
  - Parum præbet alimenti.
  - Iecori obſtruſo prodeſt, præſertim ſi cum aceto & ſinapi edatur.
  - Lienoſos pariter mirificè iuuat.
  - Nigra adiunctum habet adſtrictionis quidpiam, & magis in radice, quàm in alijs partibus. Ideoq́; cum lenticula decocta, aluum ſiſtit.

¶ Gal. Si betæ & lactucæ, ac maluæ ſuccos inter ſe comparès, betæ quidem tenuium eſt partium, tergendiq́; facultate eſt præditus: maluæ autem craſſus magis eſt & lentus: lactucæ inter utrunque eſt medius.

## De ſoncho.

- **Sonchus**
  - Miſtam habet temperaturam, tum manifeſtè refrigerat.
  - Ventriculi eroſiones lenit.
  - Lac elicit.
  - Venenis repugnat.

## De braſsica.

- **Braſsica**
  - **Extenſa**
    - Temperamento frigida & ſicca iudicatur.
    - Atrabilioſum & graueolentem generat ſuccum.
    - Aluum ſoluit, ſuo nitroſo iure, bis cocta uerò cohibet.
    - Ægrè concoquitur.
    - Viſum cohibet.
    - Crapulam & ebrietatem arcet.
  - **Capitata**
    - **Recens**
      - Craſſum & atrabilioſum generat ſuccum.
      - Ægrè concoquitur.
      - Ventriculum inflat.
      - Somnia terribilia repræſentat.
      - Viſum hebetat.
    - **Salita**
      - Inflat.
      - Sitim excitat.
      - Ructus commouet.
      - Putridum generat ſuccum.
      - Ægrè concoquitur.

## De atriplice & blito.

- **Atriplex & blitum**
  - Inter olera aquoſiora ſunt.
  - Qualitatis expertia & inſipida.
  - Ventriculum infeſtant.
  - Aluum leniunt.
  - Minimum corpori præbent alimentum.

## De ſpinacia.

- **Spinacia**
  - In calore & frigore temperata iudicatur.
  - Pectori & pulmoni calido confert.
  - Aluum lenit.
  - Veſicæ nocet.

## De bugloſſo, quæ uulgo Borrago uocatur.

- **Bugloſſum**
  - Calidum eſt & humidum in primo.
  - Vino infuſum, animi uoluptates auget.
  - Cor exhilarat.
  - Conualeſcentibus præſidio eſt.
  - Sanguinem purificat.

## De portulaca.

Portulaca:
- *Imbecillem præbet alimoniam, eamq; humidam, frigidam, & glutinoſam.*
- *Sitim extinguit.*
- *Manſa, ſtuporem dentium tollit.*
- *Aluum ſiſtit.*
- *Inflammationes extinguit.*
- *Blioſas uomitiones cohibet.*
- *Venerem fugat, & nocturnas pollutiones impedit.*

## De oxylapatho.

Oxylapathum:
- *Frigidum eſt in primo, & ſiccum in ſecundo.*
- *Aluum ſiſtit.*
- *Choleram rubram, & ſitim extinguit.*
- *Appetitum excitat.*

## De ſolano.

Solanum:
- *Refrigerat ordine ſecundo.*
- *Aſtringendi uim habet.*
- *Minimum corpori præbet alimentum.*

## De apio.

Apium, uulgò petroſilinum:
- *Calidum eſt & ſiccum.*
- *Vrinam prouocat.*
- *Eſt inter cætera olera familiariſſimum.*
- *Ori & ſtomacho eſt gratum.*
- *Flatus diſſoluit.*
- *Hepatis obſtructiones aperit.*

¶ *Apium paluſtre quod à Dioſcor. Eleoſilinum appellatur, & à uulgaribus apium, eaſdem poſſidet facultates quas uulgo petroſilinum nuncupat, tum ori inſuauius eſt, quamobrem non comeditur niſi coctum ſit, ſicut & ſium.*

## De ſmyrnio.

Smyrnium:
- *Calidius quàm apium eſt. Calidum & ſiccum in tertio.*
- *Vrinas ualentius prouocat quàm apium.*
- *Menſes mulieribus mouet.*

## De hippoſelino.

Hippoſelinum:
- *Ori gratum eſt atque ſuaue.*
- *Apio longè acrius & calidior exiſtit longeq; efficacius urinam mouet.*
- *Menſes mulieribus ciet.*
- *Obſtructiones tum hepatis tum lienis aperit.*

## De eruca.

Eruca:
- *Manifeſtiſſimè calfacit.*
- *Cum lactuca comedenda eſt, nam ita, feruori par frigus admixtum, temperamentum æquat.*
- *Genitale ſemen auget.*
- *Coeundi appetitum excitat.*
- *Capiti dolorem infert.*
- *Sanguineis, & bilioſis eſt inimica.*

## De naſturtio.

Naſturtium:
- *Calidum eſt & ſiccum.*
- *Pulmonem mundificat.*
- *Aſthmaticos iuuat.*
- *Hepar & uentriculum calfacit.*
- *Venerem excitat.*

## De urtica.

Vrtica:
- *Calida eſt & ſicca.*
- *Tenuibus conſtat partibus.*
- *À nemine ut cibus ſumi meretur.*
- *Vt obſonium, ac medicamentum aluum deijcit.*

## De gingidio.

Gingidium:
- *Stomachum admodum iuuat.*
- *Collapſam appetentiam, ſi cum aceto ſumatur, excitat.*
- *Vrinam ualenter ciet.*
- *Viſcera obſtructione liberat.*
- *Siccum eſt in ſecundo, & non admodum calidum: quoniam amarum & aſtringens eſt.*

## De fœniculo.

Fœniculum:
- *Calidum eſt & ſiccum.*
- *Lac elicit.*
- *Vrinam prouocat.*
- *Viſum acuit.*
- *Ægrè concoquitur.*
- *In obſonijs utiliter miſcetur.*
- *Aceto uel aceto & muria aſſeruatur.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0112-2

## De adiaſtro, ſiue meliſſophyllo.

*Adiaſtrum, ſiue meliſſophyllum* {
- *Calidum eſt & ſiccum.*
- *Pituitoſis ac atra bile affectis, confe*
- *Suauiter redolet.*
- *Cor lætificat.*
- *Nauſeam & uomitum ſedat.*

## De mentha.

*Mentha* {
- *Calida eſt & ſicca.*
- *Conſtringit ac ſiſtit.*
- *Tineas in uentre necat.*
- *Vomitiones, & ſingultus ſedat*
- *Ventriculum roborat.*
- *Appetitum exacuat.*

## De ſaluia.

*Saluia* {
- *Calida eſt & ſicca.*
- *Viſum acuit.*
- *Vrinam prouocat.*
- *Aluum ſiſtit.*
- *Ventrem roborat.*

## De ocimo.

*Ocimum* {
- *Mali eſt ſucci.*
- *Stomacho obnoxium eſt.*
- *Ægrè concoquitur.*
- *Odore, cardiacos iuuat.*
- *Inflat, tum uentrem, tum etiam aluum.*

## De anetho.

*Anethum* {
- *Calidum eſt & ſiccum.*
- *Somnum conciliat.*
- *Flatus expellit.*
- *Viſum hebetat.*
- *Aluum & uomitiones ſiſtit.*
- *Genituram reſtringit.*
- *Vrinam cit.*

## De amaraco.

*Amaracum* {
- *Calidum eſt & ſiccum.*
- *Vrinam prouocat.*
- *Iecinoris obſtructionibus prodeſt.*
- *Odorem ſuauiſſimum ſpirat.*
- *Caput & cerebrum roborat.*
- *Contumaces flatuoſitates ſoluit.*
- *Viſum acuit.*

## De ſiſymbrio.

*Siſymbrium* {
- *Calidum eſt & ſiccum, & menthæ modo odoratum.*
- *Vrinam prouocat.*
- *Calculos pellit.*
- *Tineas in aluo necat.*
- *Singultum ſedat & tormina.*
- *Ventriculum roborat.*

## De ſatureia.

*Satureia* {
- *Calida eſt & ſicca.*
- *Ventriculum frigidum roborat.*
- *Flatuoſitates expellit.*
- *Viſum acuit.*
- *Pectoris excreationes educit.*

## De ſerpyllo.

*Serpyllum* {
- *Calidum eſt & ſiccum.*
- *Menſes & urinam trahit.*
- *Tormina ſedat.*
- *Ventriculum roborat.*

## De roſmarino.

*Roſmarinum* {
- *Calidum eſt & ſiccum.*
- *Ventriculum roborat.*
- *Aluum ſiſtit.*
- *Viſum acuit.*
- *Morbum regium ſanat.*

*Omnia tamen hæc, potius in obſoniorum, quàm in ciborum uſu, ueniunt eſitanda.*

## De aſparagis & olerum germinibus, ex Gal. II. de Alim. fac. & alijs iam dictis.

- Aſparagi
  - Altiles
    - Calidi ſunt & humidi.
    - Renum dolores ſedant.
    - Vrinæ ſtillicidijs conferunt.
    - Regium morbum curant.
    - Guſtu delectabiles exiſtunt.
  - Syluestres
    - Calidiores & ſicciores habentur, ut denotat eorum amaror.
    - Vrinam & menſes cient.
    - Ventriculo proſunt.
    - Obſtructiones aperiunt.
    - Podagrizantibus tamen nocent.
    - Viſum accuunt.
    - Pectus dilatant.
    - Toti corpori redolentiam præbent, ſed urinam fœtentem efficiunt.

GAL. IBIDEM.

¶ *Multa ſané olera, & in ſumma plantæ multæ ſuapte natura huiuſcemodi germina producunt quidem, non omnia tamen manduntur. Braſsicæ igitur germen minus quàm braſsica ſiccat, tametſi aliorum caulis temperatura eſt ut plurimum, quàm folia ſicciore potiſsimum, cum iam prope eſt, ut ſemen profundant. Dico autem alia olera eſſe hæc, lactucam, atriplicem, blitum, betam, maluam. Contra uerò accidit, ut radiculæ aſparagus, & rapæ, ſinapi, cardami, pyrethri, & omnium propemodum acrium & calidorum ſit humidior.*

## De pinea carduo, quæ uulgò carcioſus uel archichiocus dicitur, ex Theophraſto, lib. 6. cap. 4. de Plant. hiſto.

- Carduus pinea
  - Calida eſt & ſicca.
  - Ventriculo competit.
  - Vrinam prouocat.
  - Flatuoſitates diſſoluit.
  - Obſtructiones aperit.

¶ *Ex hoc genere ſunt cardui, qui uulgo cardones dicuntur, quos pro bellarijs cum pipere & ſale eſitant. Hi enim cùm crudi aſſumuntur, laborem uentriculo inferunt, quod & carduus pinea facit, cùm cruda & ipſa comeditur. Ex hoc genere eſt & cinara, de qua Gal. de Aliment. facult. tractauit. Nam & ipſa ægré concoquitur, & prauum generat ſuccum, biliosumq́; gignit humorem & atrabilarium.*

## De radicibus, ex Gal. II. de Alim. fac. & alijs.

- Radices
  - Crudæ
    - Concoctu ſunt difficiles.
    - Ventriculum infeſtant & mordent.
    - Ructus mouent.
    - Torſiones excitant.
  - Elixæ
    - Flatuoſos generant ſpiritus.
    - Venerem excitant.
    - Viſum acuunt.
    - Craſſum generant ſuccum.
    - Obſtruunt non probè coctæ.
    - Aluum nec mouent nec retinent.
  - Aſſatæ ſuper flammam, ſuffocant, & anhelitum lædunt.
  - Aſſatæ ritè
    - Omnium ſunt optimæ.
    - Facilè digeruntur.
    - Vrinam prouocat.
    - Saporoſiores euadunt.
    - (all four:) Præſertim ſi cum pipere & ſale edantur.

## De napis.

- Napi
  - Calidi ſunt & humidi.
  - Crudam pituitam prouocant.
  - Venerem augent.
  - Pectus dilatant.
  - Vrinam cient.
  - Modicè alunt.

## De dracontio, ex Gal. v. de Alim. fac.

**Dracontium**
- *Craſſos ac lentos humores in pulmone & thorace incidit eijcitq́;.*
- *Eſus ineptum eſt, niſi elixetur bis uel ter, quo ad medicamentoſum omne depoſuerit.*
- *Parum nutrit.*

## De aſphodelo.

**Aſphodelus**
- *Magnitudine, figura & amarore ſcillæ radici ſimilis eſt.*
- *Facultatem tenuandi & aperiendi habet, quemadmodum & dracontij radix.*
- *Ictericis confert.*
- *Eſus ſunt inepti, niſi ſæpius elixentur macerenturq́;.*

## De bulbis.

**Bulbi**
- *Apparentiam excitant.*
- *Craſſos ac lentos humores incidunt, in pulmone exiſtentes.*
- *Semen genitale augent.*
- *Ad Venerem alacriores reddunt homines.*
- *Flatus & tormina excitant, niſi bellè fuerint concocti.*
- *Craſſi ſunt ſucci.*

## De paſtinaca, dauco & caro.

**Paſtinaca, daucus, carum**
- *Minus quàm rapæ alunt.*
- *Manifeſtè calefaciunt.*
- *Ægrè conficiuntur.*
- *Vrinam pellunt.*
- *Immodicè ueſcentibus, prauum generant ſuccum.*

¶ *Gal. ibid. Minus tum noxia eſt cari radix, quàm paſtinacæ. Quidam uerò paſtinacam agreſtem uocant daucum, qui urinam quidem mouet potentius, medicamentoſior tamen iam eſt, multumq́;, ſi quis eo ueſci uelit, eſt elixandus.*

## De tuberibus.

**Tubera**
- *Craſſum generant ſuccum.*
- *Ægrè concoquuntur.*
- *Colicam faciunt.*
- *Venerem excitant.*
- *Atrabilarijs nocent.*

¶ *Gal. Hæc quoq; radicibus & bulbis ſunt annumerãda, ut quæ nullam qualitatem habeant inſignem. Proinde qui ipſis utuntur, utuntur ad condimenta excipienda, quemadmodum & alijs, quæ uocant inſipida, & innoxia, & ad guſtum aquoſa. Quibus omnibus eſt cõmune, ut alimentum, quod ab ipſis in corpus diſtribuitur, nullam inſignem habeat facultatem, ſed ſubfrigidũ quidem ſit, craſſitie uerò, quale id ipſum eſt, quod ſumptũ fuerit: craſſius quidem eſt, quod ex tuberibus: humidius autem ac tenuius, quod ex cucurbita: atque in alijs proportione.*

## De fungis.

**Fungi**
- *Alimentum corpori præbent pituitoſum.*
- *Mali ſunt ſucci.*
- *Stuporem* / *Apoplexiam* } *Generant.*
- *Vrinam retinent.*
- *Cum piris edi dicuntur.*

¶ *Gal. ibid. Ex fungis boleti, ſi bellè in aqua elixi fuerint, propè accedunt ad cibos inſipidos. Hi omnium fungorum minimum ſunt noxij: ſecundi autem poſt hos ſunt Amanitæ. Reliquos uerò tutius eſt omnino ne attingere quidem: multi enim ex ipſorum eſu interierunt.*

¶ *Inter fungorum genera, hi omnibus alijs in Ethruria præualent qui uulgò Pinguoli appellantur, qui Aprili menſe tantùm cæteris ſaporoſiores & innocentiores habentur.*

## De radicula, quæ Græcis raphanus dicitur.

**Radix**
- *Domeſtica*
  - *Calida eſt & ſicca.*
  - *Malum præbet alimentum.*
  - *Ægrè concoquitur.*
  - *Capiti* / *Dentibus* / *Ventriculo* / *Oculis* } *Aduerſatur.*
  - *Vrinam cit.*
  - *Præſumpta cibum ſuſpendit.*
  - *Poſt ſumpta uentrem & cerebrum lædit.*
- *Syluestris, ſiccior acutiorq́; domeſtica exiſtit, ualentius'ue in omnibus operatur.*
- *Ruſticana quàm paſſim raphanum appellant*
  - *Calida eſt & ſicca ualde.*
  - *Vrinam cit.*
  - *Renum calculos eijcit.*
  - *Caput lædit.*
  - *Sanguinem adurit.*
  - *Ventriculum calefacit.*
  - *Ructus commouet.*

## De allio.

- **Allium**
  - Calidum eſt & ſiccum.
  - Flatus pellit.
  - Vocem clarificat.
  - Alui tineas necat.
  - Venerem excitat.
  - Vrinam cit.
  - Morboſis particulis dolorem inſert.
  - Vtero gerentibus nocet.

## De cæpis.

- **Cepa**
  - Communis
    - Calida eſt & ſicca.
    - Venerem excitat.
    - Cibi appetentiam prouocat.
    - Caput dolore tentat.
    - Inutilem generat ſuccum.
    - Pectus dilatat.
    - Inflat.
    - Sitim accendit.
    - Vrinam cit.
  - Aſcalonica
    - Calida eſt & ſicca.
    - Malum generat ſanguinem.
    - Neruis obeſt.
    - Corpus infeſtat.

## De porro.

- **Porrum**
  - Domeſticum
    - Calidum eſt & ſiccum.
    - Vrinam & menſtrua cit.
    - Ructus commouet.
    - Inflat.
    - Atrabilarium generat ſuccum.
    - Caput offendit.
    - Pectus dilatat.
  - Sylueſtre
    - Calidum eſt & ſiccum magis.
    - Alui tineas necat & educit.
    - Caput infeſtat.
    - Gingiuas & dentes corrumpit.
    - Viſum hebetat.
    - Atrabilarium generat ſuccum.
    - Mordicat & inflat.

### GAL. IBIDEM.

☞ *Harum quoque plantarum radices quidem uulgò frequentiſſimè eſitant. Corpus enim excalfaciunt & craſſos in eo humores extenuant, lentoſq; incidunt. Bis tamen aut ter in aqua decoctæ acrimoniam quidem deponunt, tenuant tamen adhuc, & alimentum corpori dant pauciſſimum, quod certe prius quàm elixæ eſſent omnino non dabant. Cæterum aut allium quidem mandunt, non ut obſonium, ſed ut ſalubre medicamentũ, quod digerẽdi & obſtructiones aperiendi habet facultatem. Quòd ſi elixum paulùm fuerit, adeò ut acrimoniam depoſuerit, uires quidem habet imbecilliores, ſucci autem prauitatem non amplius retinet. Quemadmodum nec porra quidẽ nec cepæ, cum elixe bis fuerint. Acrium uerò omniũ, aſſiduus uſus eſt euitãdus, præſertim ei qui natura fuerit bilioſus. Solis enim, qui uel ſuccum pituitoſum, uel crudum & craſſum ac lentum aceruarint, cibi eiuſmodi ſunt accommodati.*

## De carota & ſiſere.

- **Carota**
  - Parum alit.
  - Manifeſtè excalfacit.
  - Vrinam cit.
  - Obſtructiones aperit.
  - Ventriculum iuuat.

*Eiuſdem generis eſt & ſiſer, ſæpius à Tiberio Cæſare, ex Gelduba Germaniæ caſtello, Rheno impoſito, ſummo cum deſiderio expetitum.*

## De inulæ radice.

- **Inula**
  - Calida eſt & ſicca.
  - Craſſam è pectore pituitam ducit.
  - Genitale minuit ſemen.
  - Capitis dolorem aufert.
  - Vrinæ ſtillicidia emendat.
  - Triſtitiam & mœrorem fugat.
  - Concluſa foramina aperit.

## De frumentaceis & leguminibus, ex Gal. & alijs.

- Frumentacea & legumina
  - Noua
    - Craßi, ac lenti ſunt ſucci.
    - Ægrè concoquuntur.
    - Ventrem & aluum inflant.
  - Medij temporis
    - Probatiorem præbent alimoniam.
    - Facilius permeant.
    - Rectius concoquuntur.
  - Seneſcentia nullo pacto eſitanda ſunt, nam non ſolùm carie & ſitu labefactantur, uerùm etiam grauiter olent.
  - Inconcoctibilia
    - Concoctu pertinacia habentur.
    - Ventriculum aggrauant.
    - Flatuoſ. generant.
    - Vapores in caput trudunt.
    - Integra egeruntur.

Ex his ea inter cætera probantur quæ ſunt
- Denſa.
- Grauia.
- Plena.
- Conferta.
- Foris undeq; tenſa.
- Non rugoſa.

Illa uerò quæ per ingentem molem ſupra quam eorum fert natura, oſtentant, cum molli, laxi, & uanitate quadam coniuncta. Sicco enim hæc humore excrementitio redundare & commemoratis eſſe duriora.

### Gal. 1. de Alim. fac. cap. de typha, olyra & zeia.

¶ *Semina quæ parua mole multum ſubſtantiæ continent, eamq; craſſam ac glutinoſam probißimi ſunt ſucci & nutrimenti, haud tamen facilè per aluum deſcendunt. contra quæ molem minimæq; denſam ſubſtantiam habent, eamq; magna ex parte furfuraceam, commodius deijciuntur, ſed tenuiter alunt. In ipſis uerò quæ graueolentia & guſtu neſcio quo inſuauia, ſed manifeſtè omnia & praui ſucci & difficilis ſunt concoctionis.*

## DE FRVMENTACEIS.

### De tritico in aqua elixo, ex Gal. 1. de Alim. fac.

#### De alica.

- Alica
  - Lentum generat ſuccum.
  - Valenter nutrit.
  - Tardius ſubſidet.
  - Iecur obſtruit.
  - Calculos in renibus gignit.
  - Laborantibus nocet.

- Triticum
  - In uentriculo ad inſtar incumbentis luti ſentitur.
  - Languorem uentriculo infert.
  - Flatuoſitates generat.
  - Caput dolore tentat.
  - Oculos obtenebrat.
  - Tineas in aluo generat.
  - Obſtruit ſuo lentore.
  - Craſſum & lentum generat ſuccum.

#### De amylo.

- Amylum
  - Pectoris, Arteriæ: Aſperates leuigat.
  - Panibus lotis ſimilem habet facultatem.
  - Non excalfacit.
  - Exiguum corpori præbet alimentum.

#### De hordeo.

- Hordeum
  - Frigidum eſt & ſiccum in primo.
  - Minus alit quàm triticum.
  - Febrientibus conuenit.
  - Inflat, niſi diu concoquatur.
  - Acido nocet uentri.

#### De zea, uulgo ſpelta.

- Zea
  - Hordeo ualentius nutrit.
  - Ori gratior, Ventriculo utilior: Quàm hordeum.
  - In pane facto minus alit quàm triticum.

¶ *Idem de olyra perſuadeas, nam ſpecies eſt & ipſa zeæ, uerùm minus nutrit.*

#### De typha.

- Typha
  - Nutrit admodum.
  - Non magno negotio conficitur.

## De auena.

- **Auena**
  - Zea & olyra minus nutrit.
  - Panis ex ea factus inſuauis eſt.
  - Equorum potius quàm hominum cibus.

## De milio.

- **Milium**
  - Frigidum eſt & ſiccum.
  - Aluum cohibet.
  - Exigui eſt alimenti.
  - Humẽtem ſtomachũ exiccat.
  - Panico præſtantius eſt.

## De panico.

- **Panicum**
  - Similis eſt milio, minus tamen nutrit.

**Gal. 1. de Alim. facult.**

Hæc cum lactæ paranda ſunt (ut melius ſuauiusq́; edulium euadat) præſertim panicum quod noſtra in Aſia naſcitur. Nam apud alias gentes, ſicut in Italia, multò melius prouenit.

## De farre.

- **Far**
  - Naturale
    - Tritico
      - Ferè correſpondet.
      - Facilius concoquitur.
    - Bonum generat ſuccum.
  - Artificiale illius ſeminis facultatem retinet, ex quo far ipſum conficitur.

Hac ætate non modò far ipſum naturale ſemicontuſum eſitant, uerùm ex zea & alica confectum mandunt.

## De bellarijs & placentis, ex Gal. 1. de Alim. fac.

- **Bellaria & placenta, quæ aqua & farina conficiuntur & in ſartagine oleo uel butyro coquũtur**
  - Craſſum / Crudum — Generant ſuccum.
  - Aluum cohibent.
  - Flatus gignunt.
  - Ægrè concoquuntur.

Eiuſmodi edulia hac ætate ſæpius eſitanda ueniunt, aliquando melle, aliquando uerò ſaccharo conſperſa, ut non tantùm conſtringendo aluo ſint obnoxia (ut dicit Gal.) ſed ut palato ſapidiora exiſtant. Nos enim fritellos Ethruſca lingua uocamus.

## De Itrijs, ſeu Libis.

- **In itriorũ genere ſunt, quæ noſtris tẽporibus uocantur**
  - Laganæ
  - Macarones
  - Vermiculi omnia ex paſta confecta
- **Hæc igitur**
  - Craßi ſunt ſucci.
  - Tardè permeant.
  - Iecoris meatus, per quos alimentum defertur, obſtruunt.
  - Lienis imbecillitatem augent.
  - Calculos in renibus gignunt.
  - Cum melle parata mixtam acquirunt temperaturam.
  - Satis tamen ualenter alunt, modò concoqui & in ſanguinem probè cõuerti queant. Verùm ſuccus ex his proueniẽs non ſolùm craßitudinẽ retinet, uerùm etiam anguſtis uaſorũ oſculis, ſeu finibus penitus infarctus, tenacitate uix diſſolubili cõcluditur et adhæreſcit, præſertimq́; ubi qs aliquo uiſcere laborat.

# De leguminibus.

## De oryza.

- **Oryza**
  - Calida eſt & ſicca.
  - Aluum cohibet.
  - Difficilius concoquitur / Tenuius alit — Quàm alica.
  - Plus frigidis quàm calidis confert.

## De lente.

- **Lens**
  - Cum cortice
    - Vehementer aſtringit.
    - Craßi / Terreſtris — Succi exiſtit.
    - Si elixatur, & eius ius cum ſale & oleo bibatur, aluum deijcit.
    - Bis decocta
      - Alui fluxiones cohibet.
      - Os uentriculi / Inteſtina / Totum uentrem — Corroborat.
  - Sine cortice
    - Aſtringendi uehementiam amittit.
    - Magis nutrit, quàm quæ cortice ſpoliata non eſt.
    - Craſſum & prauum generant ſuccum.
    - Tardè commeat.
    - Elephantiaſim / Cancrum — Generat, ſi nimio habeantur in uſu.
    - Malo habito affectis, ob aquam in carne diffuſam, conuenit.
    - Viſum hebetat.
    - Menſtruis purgationibus non eſt accommoda.
    - Muliebri profluuio utilißima eſt.
    - Cum ſalſis carnibus eſitata craſſos humores auget. Quod & de ea intellige, quæ cum cortice comeditur.

## De fabis.

- Fabæ
  - Recentes
    - Frigidæ ſunt & humidæ.
    - Suſpiria & prauas inducunt meditationes.
    - Pituitam generant.
    - Cum pipere & origano comedendæ ſunt.
    - Ventriculum grauant.
    - Excrementoſæ magis, quàm maturæ, exiſtunt, & minus nutriunt.
  - Maturæ
    - Integræ
      - Fungoſam generant carnem.
      - Inflant, quocunque modo parentur, etiam ſi elixatæ diutiſsimè fuerint.
      - Frigidæ ſunt & ſiccæ.
      - Craſſum generant ſuccum.
      - Caput dolore tentant.
      - Ægrè concoquuntur.
    - Freſæ
      - Minus quàm integrè inflant.
      - Frixæ flatum deponunt, ſed ægrius concoquuntur.

## De piſis, ex Gal. 1. de Alim. fac.

- Piſæ
  - Tota ſubſtantia cum fabis quandam habent ſimilitudinem.
  - Non æquè ut fabæ inflant.
  - Non abſtergunt, ideoq; ſegnius, quàm fabæ per aluum ſecedunt.
  - Ventriculum aggrauant.

## De ciceribus, ex Gal. de Alim. fac.

- Cicer
  - Album
    - Non minus inflat quàm faba.
    - Valentius quàm faba nutrit.
    - Venerem ſtimulat.
    - Semen auget.
    - Abſtergit.
  - Rubeum
    - Omnes albi facultates, ualentius habet.
    - Vrinam cit & menſtrua.
  - Nigrum
    - Calculos in renibus genitos euidenter frangit, ſi eo cum iure in potu utatur affecti.
    - Vrinam & menſtrua potentius ducit.

Veſcuntur & adhuc uirentibus ciceribus homines ante quàm ſint matura, quomodo & fabis. Modò autem cùm de fabis ageremus, commune eductum de omnibus immaturis fructibus protulimus.

## De lupinis dulcoratis, ex Gal. 1. de Alim. fac.

- Lupini dulcorati
  - Duræ ac terreſtris ſubſtantiæ.
  - Ægrè concoquuntur.
  - Craſſum & crudum generant ſuccum.
  - Tardè commeant.
  - Aluum neque mouent neque cohibent.

Cùm lupini inter parandum omnem amaritudinem amiſerunt, inſipidis ſimiles euadunt. Sic autem edulia quædam medici appellant, nulla præpellēte qualitate, quæ ſenſu percipiatur, prædita, quæ uel aluum ad excertionem irritare, uel ab ea coërcere queant. Proinde conſentaneum eſt lupinos nec decoctioni, nec alui fluentis retentioni appoſitos eſſe.

## De fœno Græco, ex Gal. 1. de Alim. fac.

- Fœni Græci
  - Semen
    - Manifeſtè calefacit.
    - Eundem in cibo uſum præſtat, quem lupini.
  - Foliæ, quibus nōnulli ueſcūtur, antequā planta ſemen producat cum aceto garo & oleo
    - Caput ferit, ſi copioſius ſumpta fuerint.
    - Stomachum quibuſdam ſubuertit.
  - Succus, cum melle ſumptus
    - Ad omnes prauos humores, qui in inteſtinis habentur, ſubducendos eſt accommodus.
    - Abſtergendi facultatem poßidet.
    - Diuturnis thoracis affectibus citra febrem prodeſt, modò pingues cum eo palmulæ fuerint elixatæ.

## De phaſelo & ochro, quam eruiliam dicunt.

- Phaſelus & ochrus
  - Succum habent copioſioris alimenti, quàm fœnum græcum, cùm cocti, atque in corpus diſtributi fuerint.
  - Inter ea quæ
    - Bonum ſuccum & ea quæ prauum gignunt
    - concoctu facilia & difficilia ſunt.
    - Tardè citoq; tranſeunt.
    - Flatulenta & flatus expertia ſunt.
    - Parum & multum alunt
    - Medium quodāmodo locum obtinēt. Nullam enim efficacem habent qualitatem, inſtar quorundā, quæ acres aut auſteros aut acerbos aut ſalſos aut amaros aut dulces habēt ſapores.

## De cicercula, ex Gal. 1. de Alim. fac. & Iſaac in Diætis.

- Cicercula
  - Phaſelis et eruilijs ſuccum habet
    - Plurimum conſimilem.
    - Conſiſtentia craßiorem, ideoq; illis plus nutrit.
  - Somnia hor. repræſentat.
  - Ægrè concoquitur.

## De aracis, ex Gal. 1. de Alim. facult.

- **Aracus**
  - Facultati cicerulæ eſt adſimilis, niſi quod araci ſint duriores, minusq; facilè elixentur.

## De dolicho .i. hortenſi ſmilace, ex Hipp. & Gal. Dioſc. & alijs.

- **Dolichus, ſiue Hort. ſmilax**
  - Facilius deijcitur, Parcius inflat, Magis alit, Vrinam cit — Quàm piſa.
  - Tumultuoſa ſomnia facit.
  - Pectus dilatat.
  - Corrigitur
    - Pipere.
    - Origano.
    - Sinapi.

## De orobo .i. eruo, ex Gal. de Alim. fac.

- **Eruum**
  - Boum potius, quàm hominum cibus eſt, inſuauiſſimum enim eſt.
  - Prauum ſuccum generat.
  - Cum melle paratum craſſos thoracis & pulmonis humores expurgat.

## De ſeſamo, ex Gal. de Alim. fac.

- **Seſamum**
  - Modicè calidum eſt.
  - Sitim excitat.
  - Craſſi ſucci eſt.
  - Celeriter implet.
  - Stomachum ſubuertit.
  - Halitus grauitatem facit.
  - Tardè concoquitur.
  - Pingue corpori præbet alimentum.

## De papauere, ex Gal. de Alim. fac.

- **Papauer**
  - Refrigerandi habet facultatem.
  - Somnum conciliat modicè ſumptum, immodicè uerò ſoporem etiam inducit.
  - Corpori nulli commemorabile præſtat alimentum.
  - Ægrè concoquitur.
  - Inhibet quæ ex thorace & pulmone tuſſi expuuntur.
  - Confert ijs, qui à catarrhis fluxu tenui à capite diffluentibus infeſtantur.

## De lini ſemine, ex Gal. 1. de Alim. fac.

- **Lini ſemen**
  - Stomacho noxium eſt.
  - Difficulter concoquitur.
  - Exiguum corpori alimentum exhibet.
  - Aluum neque mouet neque cohibet.
  - Exiguum mouēdæ urinæ habet facultatem, præſertim cùm frixum ſumitur.

## De hormino.

- **Horminum**
  - Parum alimenti in ſe ipſo habet.
  - Vtuntur hoc frixo, & in farinam redacto, cum melle.

## De canabis ſemine, ex Gal. 1. de Alim. fac.

- **Semen canabis**
  - Concoctu eſt difficile.
  - Stomacho, Capiti — Nocet.
  - Praui ſucci eſt.
  - Calidum & medicamentoſum eſt.
  - Vaporem ſurſum ad caput mittit.

## De uiticis ſemine, ex Gal. 1. de Alim. fac.

- **Semen uiticis**
  - Calidum & ſiccum eſt.
  - Exiguum corpori præbet alimentum.
  - Caput non ferit, ut canabis.
  - Flatus uentris diſcutit.
  - Venereos appetitus inhibet.

## De aphace & uicia, ex Gal. 1. de Alim. fac.

- **Aphace & uicia**
  - Brutis potius quàm hominum cibus eſt.
  - Eſui inſuauia ſunt.
  - Difficulter concoquuntur.
  - Aluum inhibent.
  - Craſſum alimentum corpori præbent, ob id melancholicum ſuccum generant.

## De fructibus in genere, ex Gal. & alijs.

- Fructus
  - Humidi, ut ſunt
    - Mora.
    - Pruna.
    - Ceraſa.
    - Ficus.
    - Vuæ dulces
    - → *Facilis ſunt tranſitus, ideò*
      - *Minus nocent.*
      - Tenuem / Humidam → *Præbent alimoniam* → *Hi cum facilius putreſcant & uentrem leniant, ſemper præſumi debent.*
  - *Sicci, ut*
    - *Pira.*
    - *Citonia.*
    - *Corna.*
    - *Meſpila.*
    - *Vuæ auſteræ*
    - → Non tam facilè permeant → Plus
      - Nocent
      - *Alunt.*
      - → *Hi omnibus cibis poſtponendi ſunt, cùm difficilius permeant, niſi conſtringendi neceſsitas urgeat.*

## Quibus magis, quibus minus noceant fructibus, ex Gal. ibid. & Iſaac in Diætis.

- *Fructus nocent*
  - Multum
    - Quieſcentibus.
    - Lucubrantibus.
    - Deliratis.
    - *Capite affectis.*
    - *Ventriculo laborantibus.*
    - *Pueris.*
    - *Senibus.*
    - *Cholericis & ſanguineis.*
  - Parum
    - *Itinerantibus.*
    - *Laborioſis.*
    - *Cholera rubra refertis.*
  - → *Verùm inter omnes deteriores habentur.*
    - *Horarij ſiue fugaces.*
    - *Immaturi.*
    - *Carioſi.*

## De fructibus qui ex oleribus colliguntur, & primò de Cucurbita, ex Gal. II. de Alim. fac.

- Cucurbita
  - Cruda
    - *Inſuauis eſt.*
    - *Concoctu difficillima eſt.*
    - *Stomachum lædit.*
    - *Ventriculo pondus frigidum infert.*
  - *Cocta*
    - *Elixa*
      - *Inſipida eſt, ſi ſolo iure decoquatur.*
      - Humidum / Frigidum / Exiguum → *Alimentum corpori præbet.*
      - *Leuiter per aluum ſubſidet tum*
        - *Suæ ſubſtantiæ lubricitate.*
        - *Communium omnium ciborum humidorum ratione.*
      - *Non ægrè concoquitur, modò prius corrupta non fuerit, quod illi nonnunquã accidit cùm*
        - *Aut uitioſè fuerit parata.*
        - *Aut ſuccus prauus in uentriculo fuerit aceruatus.*
    - *Aſſa ſeu frixa in ſartagine quàm plurimum de propria humiditate deponit, reliquum autem ipſius nullam inſignem obtinet facultatem, ut nec in iure ſiplici parata fuerit.*

### GAL. IBIDEM.

¶ *Quemadmodum cucurbita pura quantum in ſe ipſa eſt, ſuccum, qui in totum corpus alendi gratia diſtribuitur, habet qualitatis ad ſenſum expertem, ita cum alicui eorum, quæ uehementem habent facultatem, fuerit iuncta facilè illi aſsimilatur, ut ſi cum ſinapi ſumpta fuerit, ſuccus qui ex utroque in corpus diſtribuetur, acris cum manifeſta caliditate erit. Eadem ratione ſi cum ſalſo quopiam manſa fuerit (ut quidam in patinis cum ſalſamento ſtruunt) ſuccum in corpore ſalſum generabit.*

## De Peponibus, ex Gal. ibidem.

- Pepones
  - *Frigidi ſunt, cum copioſa humiditate.*
  - *Vim quandam abſtergendi habent.*
  - *Vrinam cient.*
  - *Celerius quàm cucurbita & melopepones permeant.*
  - *Succum in corpore gignunt uitioſum, præſertim ſi probam concoctionem non aſſequantur.*
  - *Morbum, qui cholera dicitur gignunt.*

## De Melopeponibus, ex Gal. ibid.

- Melopepones
  - *Minus humidi* / *Innocentiores* → *Quàm pepones ſunt.*
  - *Minus peponibus urinas mouent.*
  - *Tardius quàm pepones deorſum deſcendunt.*
  - *Ad uomitum excitandum, non tantum, quantum pepones, habent momenti: ſicut nec celeriter adeò, ut illi in uentriculo corrumpuntur.*

¶ *Gal. ibidem, Etſi in iuuando ſtomacho melopepones autumnalibus fructibus longè ſunt inferiores, haudquaquam tamen ut pepones ſunt noxij.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0121-2

## De cucumeribus, ex Gal. ibidem.

**Cucumeres**
- *Frigidi ſunt & humidi.*
- *Frigidum & mediocriter craſſum præbent alimentum.*
- *Febres malignas accendunt.*
- *Vrinam cient, ſed minus quàm pepones.*
- *Non facilè ut pepones in uentriculo corrumpũtur, quoniã ipſorum ſubſtantia minus humida eſt.*

## Gal. lib. de Boni & mali ſucci.

¶ *Inter fructus quoq; cucumeres, pepones, melopeponesq; annumerantur, quorum nullus boni ſucci eſt. Quòd ſi celeriter concoqui perficiq; non poßint, in ſuccum ferè lethabilem, uenenis ſimilem uertuntur.*

## GAL. IBIDEM.

¶ *Qui cucumeres bellè concoquunt cum eo ipſi ſiſi affatim iis ſe impleuerint, iis tãdem longo temporis tractu, gelidum & craſſum humorem in uenis aceruari contingit, qui in ea coctione, quæ fit in uenis haud facilè mutationem in probum ſanguinem recipiant. Proinde omnibus praui ſucci edulijs cenſeo abſtinendum, quantumuis probè à nonnullis conficiuntur. Nobis enim non aduertentibus, prauus ſuccus ex ipſis in uenis colligitur, qui poſtea exiguam ad putreſcendum occaſionem nactus, febres malignas accendit.*

## De malis inſanis, ex quibuſdam Neotericis.

**Mala inſana**
- *Frigida ſunt & humida.*
- *Lentum præbent alimentum.*
- *Obſtructiones generant.*
- *Ægrè concoquuntur.*

## ANNOTATIO.

¶ *Opinio eſt quorundam recentiorum, eiuſmodi malorum ſucco in cibis operato uenus maximè concitetur, aſſeruntq; à multis expertum eſſe.*

## De anguria, ex Auic. Serap. & Iſaac in Diæt.

**Anguria**
- *Frigida eſt & humida.*
- *Vrinam cit.*
- *Renum arenulas eijcit.*
- *Ventriculo frigido obeſt.*
- *Febrium calores extinguit.*
- *Gutturis ſcabritiem leuigat.*
- *Sitim ſedat.*
- *Animam recreat.*

## De fragis, ex quibuſdam Neoter.

**Fraga**
- *Frigida ſunt & ſicca.*
- *Choleræ* / *Sanguinis* — *Feruorem extinguunt.*
- *Sitim ſedant.*
- *Vrinam cient.*

# De fructibus, qui ex arboribus colliguntur.

## De ficubus, ex Gal. 11. de Alim. fac. & Iſaac in Diæt.

**Ficus**
- **Recentes**
  - *Facilè permeant.*
  - *Inſignem abſtergendi facultatem habent.*
  - *Arenulas à renibus propellunt.*
  - *Nutribiliores ſunt cæteris autumnalibus fructibus.*
  - *Vetriculum flatibus implent.*
  - *Omni ferè noxa uacant, quæ prorſus maturæ ſunt.*
  - *Aluum leuigant.*
  - *Sudorem mouent.*
- **Siccæ**
  - *Non admodum probum ſanguinem gignunt affatim eſitatæ.*
  - *Pediculos multos generant.*
  - *Incidunt.*
  - *Extenuant.*
  - *Reſoluunt.*
  - *Concoquunt.*
  - *Abſtergunt.*
  - *Iecori* / *Lieni* — *Inflammatione obſeßis officiunt.*

¶ *Gal. ibidem. Nam mediocrem uentriculo moleſtiam inferrent flatuoſitatibus quas generant, niſi etiam celerem deſcenſum eſſent adeptæ: cuius beneficio celeriter peruadentibus, flatus quem excitant, non diu manet, atque in eo minus cæteris fructibus autumnalibus lædere conſueuerunt.*

## Gal. 11. de Alim. fac. de Vuis.

¶ *Ficus & uuæ, quemadmodum inter fructus autumnales principatum obtinent, ita fugacibus omnibus magis nutriunt, minimumq; praui ſunt ſucci, præſertim cùm exactam maturitatem fuerint adeptæ. Nutritionis autem maximo argumento ſunt ij, qui uinearũ fructum cuſtodiunt, qui cùm duos menſes ſolis uuis ac ficubus, quorũ cuſtodiæ præſunt ueſcantur (niſi fortè panis quidpiam cum illis addant) corpulenti tamen admodum fiunt: at caro quæ ex ipſis gignitur, haudquaquam eſt firma ac denſa, quemadmodum ea quæ ex carnibus fit, ſed laxa eſt, & præhumida, ob id celeriter etiam, cùm ueſci ipſis deſierint, conſtringitur ac conſidet.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0122-8
DFG

## De uuis recentibus, & aſſeruatis, ex Gal. ibidem.

- *Vuæ recentes*
  - *Dulces*
    - *Cæteris uuis calidiores exiſtunt.*
    - *Sitim excitant.*
    - *Inflant.*
    - *Aluum ſubducunt.*
    - *Impinguant.*
  - *Acidæ & auſteræ*
    - *Frigidioris ſunt ſucci.*
    - *Aluum cohibent.*
    - *Ægrè concoquuntur.*
    - *Parum nutriunt.*
  - *Acerbæ, ſimiliter acidis quantumuis longa ſuſpenſione, in dulcem ſaporem nequeunt tranſmutari. Quo circa eſum earum perpetuò cauere oportet.*
  - *Carneo liquore refertæ omnium excellentiores habentur. Tutiſsimè ergo illis uti quis poterit, ſi quæ in uite ſummam maturitatem obtinuerint, ſiue per ſuſpenſionem id quod deerat obtinuerint.*
  - *Vinoſæ, inter calidum & frigidum medium locum obtinent.*
  - *Vinaceis fictilibusq́; aſſeruatæ*
    - *Ventriculum diſſolutum confirmant.*
    - *Cibi auiditatem, faſtidioſis inducunt.*
    - *Non facilè per aluum dilabuntur.*
    - *Largius manſæ, caput inuadunt.*
    - *Vuarum omnium concoctu optimæ ſunt.*
  - *Penſiles*
    - *Nullam capiti noxam inferunt.*
    - *Minus inflant.*
    - *Ventrem deijciunt.*

¶ *Acidæ quamuis exactam maturitatem in ipſa uite aſſecutæ ſuſpendantur, nec ſic quidem miteſcunt. Auſterarum quædam ad dulciorem naturam tranſeunt quàm diutiſsimè ſuſpenſæ.*

*De dulcibus intellige. Nam auſteræ & acidæ contrarium operantur, & cùm tractu temporis inaruerint, inutiles euadunt.*

### GAL: IBIDEM.

¶ *Vuæ ficubus minus alunt, maximumq́; id ipſis ineſt commodum, quod uelociter ſubſideant. Quo circa ſi aliquando retineantur, grauiter lædunt, cum id maturis ficubus non inſit. Hæ nanque etſi non magnoperè deorſum concedant, modò probè in uentriculo coctæ fuerint, innoxium corpori dant alimentum: quorum neutrum uuis adeſt: neque enim retentæ probè concoquuntur: & dum in iecur uenasq́; diſtribuuntur, crudum ſuccum generant, qui non facilè in probum ſanguinem mutetur.*

## De uuis paſsis.

- *Vuæ paſſæ*
  - *Dulces*
    - *Ampliorem præbent alimoniam quàm aliæ.*
    - *Inter acerbas & auſteras medium quodammodo locum obtinent: nam neque ſtomachum diſſoluunt, neque aluum ſubducunt.*
    - *Virtutem quandam contemperandi & mediocriter detergendi poſsident, quibus duabus facultatibus exiguas mordicationes, quæ os uentriculi infeſtant, obtundunt. Nam grauiores mordicationes conſtat, præſtantiora ſibi auxilia expoſcere.*
  - *Acerbæ, uentrem ualentius cohibent, quàm auſteræ.*
  - *Auſteræ*
    - *Temperamento frigidiore ſunt, & ceu dulces calidiorè.*
    - *Ventriculum corroborant.*
    - *Ventrem conſtipant.*
    - *Parum præbent alimenti.*

*Aphri qui tempore Gal. floruerunt, uuas paſſas, hepati, renibus, ueſicæ, inteſtinorum doloribus, pectori, & pulmoni conferre unanimiter atteſtati ſunt.*

### GAL. IBIDEM.

¶ *Eandem uuæ paſſæ cum alijs uuis rationem obtinent, quàm caricæ cum ficubus. Multæ enim fiunt dulces, acerbæ autem omninò paucæ. Plurimæ uerò ex dulci auſteraq́; qualitate ſunt miſtæ: quãquam dulces nonnihil auſteræ quoque qualitatis habent, & auſteræ dulcedinis. Propterea quemadmodum caloris diſcrimen nihil ad paſſularum uirtutem facit, ita nec magnitudo: ſola enim guſtabilis qualitas, omnem facultatem poteſt diſcernere.*

## De ſycaminis ſiue moris, ex Gal. ibidem, & Auic. Iſaac, & Aphris cæteris.

*Alba calidam habere facultatem ſua ingenti dulcedine præ ſe ferunt. Ideoq́; aluum molliorē reddere poſſunt. Verùm cùm de his ab antiquis ſcriptum nihil inuentum, nihil eſt quod de eis amplius ſcribam.*

- *Mora*
  - *Matura*
    - *Primis epulis ſumpta celerrimè pertranſeunt.* — *Vbi in purum uentriculum inciderint.*
    - *Alijs cibis, ſuo uelut ductu, uiam parant.* — *Vbi in purum uentriculum inciderint.*
    - *Pauciſsimè nutriunt.* — *Vbi in purum uentriculum inciderint.*
    - *Vrinam prouocant.* — *Vbi in purum uentriculum inciderint.*
    - *Poſt alios cibos ſumpta, celerrimè unà cum alijs cibis corrūpuntur nouo quodā corruptionis generē.* — *Vbi prauum ſuccū in uentriculo offenderint.*
  - *Immatura*
    - *Frigida ſunt & ſicca.*
    - *Aluum bile fluentem, conſtringunt.*
    - *Sanguinis & bilis feruorem extinguunt.*

## De ceraſis, ex Iſaac, in Diætis, & alijs.

- Ceraſa
  - Dulcia
    - Cito à uentre labuntur.
    - Aluum molliunt.
    - Mollia citius putreſcunt.
    - Dura meliora habentur.
    - Aquoſum ſanguinem generant.
  - Auſtera
    - In uentriculo longiori permanent tempore.
    - Parum nutriunt.
    - Sitim ſedant.
    - Non adeò facilè putreſcunt.
  - Acetoſa
    - Cæteris ſicciora habentur.
    - Incidunt.
    - Ventriculo pituitoſo conferunt.
    - Sitim extinguunt.
    - Appetitum excitant.
    - Nauſeam & uomitum inhibent.
    - Calore itinere affectos, maximè refocillant.
- Ceraſa ſicca
  - Ventriculum cohibent.
  - Linguæ ſcabritiem leuigant.
  - Ardenti ſiti repugnant.
  - Cibi appetentiam reſtituunt.
  - Bilis feruorem reprimunt.
  - (Præſertim auſtera et acetoſa. nam dulcia imbecilliora ſunt.)

### GAL. II. DE ALIMENT. FAC.

¶ Ex ceraſis quædam ſunt, quæ moris ſimilia ſunt, quædam ruborum fructui, ut ea quæ euidentius aſtringunt: quædam autem ſunt, quæ uel ualentius ijs aſtringant. Proinde memoratæ cuiuſq; ſpeciei facultatem, ex ijs quæ de moris & rubi fructibus dicuntur, conijcere licebit.

## De rubi fructu, ex Gal. ibidem.

- Rubi fructus
  - Magis quàm mora aſtringit.
  - Liberalius ingeſtus, capitis dolorem affert.
  - Alui excrementa non expellit.
  - Immaturus, aluum longè uehementius coërcet.

Quo fit, ut omnia quæ ex mori ſucco medicamenta parantur ex huius liquore parata efficaciora habeantur.

### GAL. IBIDEM.

¶ Eſt & in hoc genere, qui ſtomachum quoque laceſſat. Quapropter abluere hunc oportet prius quàm aſſumatur, maximè in moris quoque eſt faciendum.

## De canirubi fructu, ex Gal. v. de Alim. fac.

- Fructus canirubi
  - Multò magis quàm ruborum, aſtringit.
  - Ventrem ualentius cohibent.
  - Exiguum alimentum corpori præbet.

## De fructu iuniperi, ex Gal. v. de Alim fac.

- Fructus iuniperi
  - Calefacit.
  - Hepar & renes purgat.
  - Succos craſſos attenuat.
  - Parum nutrit.
  - Largiter eſus, ſtomachum mordet, & caput calfacit, ob idq; ipſum interdum replet.
  - Ventrem neque proritat, neque cohibet.
  - Vrinas mediocriter ciet.

## De fructu cedri, ex Gal. v. de Alim fac.

- Fructus cedri
  - Nullum corpori præbet alimentũ, niſi quis ipſum aqua macerarit, ideò potius in genere medicamentorum haberi debet.
  - Ventriculum mordet.
  - Capiti dolorem infert, niſi quis ipſum parciſſimè ſumpſerit.

## De nuce pinea, ex Gal. v. de Alim. fac.

- Nux pinea
  - Boni & craſſi eſt ſucci.
  - Multum nutrit.
  - Non facilè coquitur.

## De fructu myrti, ex Gal. v. de Alim. fac.

- Fructus myrti
  - Tenuiter nutrit, æquè ac fructus iuniperi.
  - Valenter aſtringit.
  - Aluum ſiſtit.

## De Perſicis, ex Iſaac in Diætis, & alijs Aphris, ac nonnullis Neoter.

- *Perſica*
  - *Quæ ab oßibus ſeparantur*
    - *Aluum molliunt quæ matura ſunt.*
    - *Immatura uerò contrà agunt.*
    - *Ori pectori à uentriculo prodeunti efficaciter reſiſtunt.*
    - *Frigida ſunt & humida.*
    - *Olfactu cardiacæ maximè proſunt.*
  - *Oßibus inhærentia*
    - *Ægrius concoquuntur.*
    - *Febres procreant.*
    - *Humores facilè putreſcibiles generant.*
  - *Sicca uerò*
    - *Plus nutriunt.*
    - *Ægrius concoquuntur.*
    - *Tardè meant.*
    - *Mali ſunt ſucci.*
    - *Aluum cohibent.*
    - *Pulmoni conferant melle aſſeruata.*

GAL. IBIDEM.

¶ *Perſicorum ſuccum facilè corrumpi & penitus noxium eſſe pronunciamus. Quamobrem poſt alios cibos minimè manden la ſunt, ut quibuſdam mos eſt. Nam in ſuperficie natantia, citò corrumpuntur. Quare huius quoque dicti meminiſſe decet: Omnia uidelicet cibaria prauum ſuccum, cum humiditate & lubricitate obtinentia, & facilè deorſum deſcendentia, prima menſa ſumenda eſſe, Nam ſi poſtremò aſſumantur, unà ſecum alia, in corruptionem trahunt.*

## De Armeniacis & præcocibus, ex Gal. ibidem.

- *Armeniaca & præcocia mala in hoc à perſicis diſcrepant, quod*
  - *Minus mala ſunt.*
  - *In uentriculo non ſimiliter corrumpuntur atque aceſcunt.*
  - *Suauiora guſtui* / *Stomacho utiliori* — *Exiſtunt.*

## De Malis, ex Galeno.

- *Mala*
  - *Dulcia ſunt*
    - *Mediæ temperaturæ, ad calidius nonnihil tendentia.*
    - *Diſtributioni accommodatiora.*
    - *Guſtui amica.*
  - *Inſipida*
    - *Ventriculo minimè utilia.*
    - *Cibo omnino iniucunda.*
  - *Auſtera*
    - *Ventriculo*
      - *Calida intemperie affecto* / *Copioſa humiditate imbecilla* — *Conferunt.*
    - *Infernas deiectiones cohibent.*
  - *Acida, uentriculo craſſo humore, non tamen adeò frigido affecto conferunt.*
  - *Quando quidem ſuccus frigidus, non acida ſed acriora poſtulat.*

GAL. IBIDEM.

¶ *Cæterùm, optima genere poma, non ſunt antè colligenda, quàm in arboribus maturuerint. Concoctu enim ſunt difficilia, frigida, tardi tranſitus, & praui ſunt ſucci, ut interim omittam, quod ſuccum etiam habent frigidum, ac leuiter craſſum. Quæ uerò bellè matura in hyemem, atq; proximum uer aſſeruantur, ea ſæpe in morbis maximum afferunt præſidium, uel cataplaſmatis modò cum farina admota, aut in calidis cineribus mediocriter aſſata, aut pulchrè in aqua bullientis uaporibus percocta. Danda autem ſunt ſtatim à cibo, & aliquando etiam cum pane ad uentriculum ſtomachumq; roborandum.*

## De Cotoneis & Strutheis malis, ex Dioſc. Gal. Iſaac, & alijs quampluribus.

- *Cotonea*
  - *Frigida ſunt & ſicca.*
  - *Aluum*
    - *Cohibent, ſi prius aſſumantur.*
    - *Laxant, ſi pòſt edantur.*
  - *Cunctis cordis affectibus conferunt.*
  - *Vomitum ſedant.*
  - *Crapulam & ebrietatem auferunt, ſumpta à cibo.*
  - *Sitim extinguunt.*
  - *Ventriculum roborant.*
  - *Vapores, caput petentes, reprimunt, ſecunda cœna.*
  - *Cruda omnino mala, cocta uerò maximè conferunt.*
  - *Vrinam prouocant per accidens.*
  - *Eximium quid præ alijs malis poßident.*

Dioſcor. *Illa quæ ſtruthea appellantur, in omnibus facultatibus, cotoneis malis, inferiora indicantur.*

## De Piris, ex Gal. Iſaac, Auic. & cæteris Aphris.

- *Pira*
  - *Dulcia*
    - *Mediæ temperaturæ ſunt, ad calidius nonnihil accedentia.*
    - *Succum ſatis laudabilem generant.*
    - *Concoctionem uigorant.*
    - *Aluum*
      - *In cibo ſumpta mouent.*
      - *Poſt cibum ſumpta cohibent.*
    - *Vapores, caput repetentes, reprimunt.*
  - *Auſtera*
    - *Terreſtria* / *Stiptica* — *Exiſtunt.*
    - *Parum alunt.*
    - *Bilioſum uomitum cohibent.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0125-5

- Si uerò ſicca fuerint aſſeruata
  - Aluum potentius cohibent.
  - Vomitum ſedant.
  - Ventriculum roborant.
  - Plus nutriunt quàm recentia.
  - Fungorum ſtrangulationibus aduerſantur.

GAL. IBIDEM.

¶ *Si quæ de malis diximus, omnia ad pira transferantur, nihil nouo alio ſuper his ſermone opus erit. Nam in iſs quoq; alia auſtera, alia acerba apparent: alia acida, alia dulcia, alia & horum miſtione compoſita, & alia quæ nullam penitus huiuſmodi qualitatem exuperantem habent: quo fit, ut cùm aquea ſint ac hebetia, omnis facultatis roborãdi ſint expertia. Pirorum igitur uſus, pomorum uſui omnino eſt ſimilis.*

## De Sorbis & Meſpilis, ex Gal. ibidem.

- Sorba & meſpila
  - Frigida ſunt & ſicca.
  - Vomitum cohibent.
  - Aluum præaſſumpta, retinent.
  - Parum uel minimè alunt.
  - Meſpila tamen magis aſtringit, ſorba uerò maiori cum uoluptate ſumitur. Nam nihil acerbi ut meſpila obtinet.

¶ Gal. ibidem. *Illud porrò minimè puto latere hæc omnia parcè, non affatim ut ficus uuasq; eſſe comedenda. Nequaquã enim eis, ut cibus, ſed magis, ut medicamentis, egemus.*

## De Palmulis, quos Dactilos uocant, ex Gal. ibid.

- Palmulæ
  - Virides
    - Per omnia nocentiores ſunt, largius manducatæ.
    - Inflationes pariunt, ſicuti ficus.
  - Siccæ
    - Concoctu pertinaces ſunt.
    - Caput infeſtant, liberalius ingeſtæ.
    - Ventriculi os, aliquo modo mordent.
    - Craſſum omnino generant ſuccum, & id magis pinguiores.
    - Iecur obſtruunt, quæ dulciores ſunt.

GAL. IBIDEM.

¶ *In regionibus non admodum calidis hi fructus ad plenam maturitatem nequeunt peruenire: ideoq; nec reponi commodè poſſunt. Quo fit, ut cùm homines cogantur ipſis uiridibus ueſci, crudis ſuccis impleãtur, rigoribusq;, qui ægrè calfiant, & hepatis obſtructionibus prehendantur.*

## De Oliuis, ex Gal. Auic. Iſaac, & cæteris Aphris.

- Oliuæ
  - Maturæ
    - Temperatæ ſunt caliditatis.
    - Ventriculum molliunt.
    - Parum nutriunt.
    - Mali ſunt ſucci.
    - Facilè putreſcunt.
  - Immaturæ
    - Ventriculum roborant.
    - Appetitum excitant.
    - Vomitum, Aluum fluentem — Cohibent.
    - Ægrè concoquuntur.
  - Si uerò aſſeruentur
    - Sale
      - Caliditatem acquirunt.
      - Sitim excitant.
      - Aluum mouent.
      - Appetitum prouocant.
    - Aceto
      - Bilem, Sitim — Extinguunt.
      - Vomitum, Aluum — Cohibent.

## De Iuglandibus, ex Gal. ibid.

- Iuglandes, ſiue nuces
  - Siccæ
    - Aſtringunt.
    - Facilius quàm auellanæ concoquuntur.
    - Stomacho utiliores præcipuè cum ficubus comeſtæ.
    - Non multum nutriunt.
  - Virides
    - Parum uel nihil conſtringunt.
    - Non adeò oleoſam poßident facultatem.
    - Qualitatis quodammodo ſunt expertes.
    - Citius concoquuntur.

## De Auellanis, ex Gal. Iſaac, & aliis.

- Auellanæ
  - Magis nutriunt.
  - Minus oleoſa ſunt.
  - Concoctu contumaciores.
  - Bilem generant.
  - Capitis dolores inducunt.

## De Caſtaneis, ex Gal. de Alim. fac. & Iſaac in Diæt.

- Caſtaneæ
  - Inter omnes glandes principatum tenent.
  - Solæ, agreſtium fructuum, alimentum memorabile præbent, ſi concoquantur.
  - Capiti dolorem inferunt.
  - Flatuoſitates pariunt.
  - Crudos lentosq; humores generant.

Gal. lib. de attenuante uictu: *Caſtaneæ ſiue elixentur ſiue aſſentur, ſiue denique frigantur, ſemper ſunt prauæ, & multò magis, ſi crudæ comedantur.*

## De Amygdalis, ex Gal. Dioſc. Iſaac, & alijs.

- *Amygdalæ dulces*
  - *Extenuant.*
  - *Abſtergunt.*
  - *Pectus* / *Pulmonem* — *Leniunt.*
  - *Non ualde nutriunt.*
  - *Cum ſacharo ſemen genitale augent.*
  - *Soporem inducunt.*
  - *Viſum clarificant.*
  - *Recentes cum ſuo putamine, humida ſtomachi uitia emendant.*

## De Amygdalis amaris.

- *Amygdalæ amaræ*
  - *Attenuant.*
  - *Detergunt.*
  - *Craſſos ac lentos humores incidunt.*
  - *Viſcera purgant.*
  - *Humores è pulmonibus ac thorace ſputis expectorant.*
  - *Ebrietatem arcent, ſi quinque uel ſeptem præſumantur.*

## De Piſtacijs, ex Gal. Auic. ibidem, & alijs.

- *Piſtacia*
  - *Calida ſunt & humida.*
  - *Parum alunt.*
  - *Iecur infarctu liberant & roborant.*
  - *Pectoris humiditates eijciunt.*
  - *Renes purgant.*
  - *Ventriculum corroborant.*
  - *Nauſeam fugant.*
  - *Venenis repugnant cum uino cocta.*
  - *Venereis medicamentis utiliter interponuntur.*

### ANNOTATIO.

¶ *An piſtacia uentriculo noxia an utilia ſint, an aluum ducant, an ſiſtant, ſe nullum habere teſtem fatetur Galenus. Verùm Auicenna, in uentriculo roborando, ac in nauſea expellenda, piſtacia maxime commendauit.*

## De Prunis.

- *Pruna*
  - *Matura*
    - *Minimum alimenti corpori præbent.*
    - *Aluum mediocriter*
      - *Humectant.*
      - *Refrigerant.*
      - *Subducunt.*
    - *Frigida ſunt & humida.*
  - *Immatura*
    - *In cibo ſumpta permoleſta* / *Ventri mouendo non idonea* — *Habentur.*
- *Verùm ſiccata utiliter permanent, quarum datur*
  - *Prima laus Damaſcenis. Nam hæc præclaram aſtringendi uim oſtendunt. Optima autem inter ipſa ſunt, quæ cum mediocri conſtrictione magna ſunt & laxa.*
  - *Secunda, uerò Iberieis. Nam in his nulla aſtringendi facultas inuenitur.*

## De Sericis, ex Gal. ibidem.

- *Serica*
  - *Difficilè concoquuntur.*
  - *Ventriculum lædunt.*
  - *Exiguum corpori præbent alimentum.*
  - *Mulierum atque infantium effrenatorum eſt edulium.*

## De Ceratijs, ſiue Siliquis, ex Gal. ibidem, & Iſaac, in Diætis, & alijs.

- *Ceratia*
  - *Lignoſa exiſtunt.*
  - *Prauos generant ſuccos.*
  - *Concoctu contumaces.*
  - *Aluum cohibent.*
  - *Vrinam prouocant.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0127-7

## De Capparibus, ex Gal. ibidem, & Iſaac. in Diætis.

- Cappares
  - Recentes & non ſaliti.
    - Plus
      - Nutrimenti præbent — Quàm ſaliti.
      - Apperiunt obſtructiones — Quàm ſaliti.
    - Minus calidi ſunt quàm ſaliti.
    - Mali ſunt ſucci, ſecundum Iſaac.
  - Saliti
    - Calidi ſunt & ſicci.
    - Reſoluunt.
    - Aperiunt.
    - Abſtergunt.
    - Parum nutriunt.
    - Aſthmaticis proſunt.
    - Lieni / Hepati — Obſtructio conferunt.
    - Alui tineas necant.
    - Appetitum excitant.
    - Pituitam ue ıtri adhæreſcentem deijciunt & detergunt.

## De malis Citrijs, ex Gal. ibidem, Iſaac, Auic. & cæteris Aphris.

- Citri
  - Cortex
    - Odoris ſuauitatis commendatur, ut — Guſtu. / Olfactu.
    - Concoctu perdifficilis eſt.
    - Vt medicina uerò concoctionem adiuuat, & eadem ratione ſtomachum corroborat, modicè ſumptus.
    - Peſtilentem aërem odore reficit.
  - Caro
    - Concoctu pertinax eſt.
    - Ventriculum & aluum inflat.
    - Parum nutrit.
  - Acidus ſuccus
    - Frigidus eſt & ſiccus.
    - Rubeam bilem extinguit.
    - Acutis / Peſtilentialibus — Febribus opem fert.
    - Sitim extinguit.
    - Ventriculum frigidum lædit.
    - Putrefactionibus reſiſtit.

## De Limonibus, ex quibuſdam Neotericis.

- Limonum
  - Cortex
    - Concoctu pertinax eſt.
    - Odoris ſuauitate commendatur, ut citrum.
    - Acrior citri cortice.
  - Acidus ſuccus
    - Frigidior ſicciorq́; citri ſucco habetur.
    - Appetitum excitat.
    - Vomitum & nauſeam reprimit.
    - Craſſos humores incidit.
    - Acutis febribus repugnat.

## De Aureis pomis quæ Arantia uocant, ex quibuſdam Neotericis.

- Arantia
  - Dulcia
    - Ad aliqualem caliditatem uergunt.
    - Pituita & melancholia febricitantibus opem ferunt.
    - Obſtructiones reſerant.
  - Dulcedine & acore miſta
    - Guſtui gratiora exiſtunt.
    - Febricitantibus conferunt.
    - Appetitum excitant.
    - Guttur leniunt.
    - Ventriculo frigido obſunt.
    - Sitim extinguunt.
    - Vomitum / Aluum — Cohibent.
    - Febribus bilioſis aduerſantur.
  - Acetoſa
    - Sitim extinguunt.
    - Appetitum excitant.
    - Vomitum / Aluum — Potentius quàm miſta cohibent.
    - Infrigidant.
    - Stipticant.
    - Pectus, uenas & arterias exaſperant.

### De punicis malis, ex Dioſc. Gal. Auic. & cæteris Aphris.

- **Punica mala**
  - Dulcia
    - Parum nutriunt.
    - Stomacho non inutilia.
    - Febricitantibus minimè conueniunt, propter caliditatem & flatuoſitate n, quam inducunt.
    - Aluum leniunt.
    - Pectus & ſpiritualia membra humectant.
    - Vrinam prouocant.
    - Os uentriculi abſtergunt.
  - Media
    - Ventriculo utiliora, quàm cotonea mala.
    - Nauſeam & uomitum cholericum tollunt.
    - Sitim ſedant.
    - Acutis febribus maximè conferunt.
    - Guſtui cæteris præſtantiora.
  - Acetoſa
    - Magis quàm cætera urinam prouocant.
    - Cæteris frigidiora ſunt.
    - Bilis feruores extinguunt.
    - Fluxiones ad uiſcera currentes impediunt.
    - Abſtergunt.
    - Conſtringunt.
    - Pectori, Ventriculo } Frigido nocent.
    - Acutis febribus plus cæteris opem ferunt.
    - Inflammationes extinguunt.
    - Vapores caput petentes, inhibent.

## De obſonijs & ciborum condimentis.

### De oleo, ex Gal. Iſaac, Auic. & alijs.

- **Oleum**
  - Recens
    - Maturum, dulce
      - Humidum eſt & moderatè calidum.
      - Hepar impinguat & auget.
      - Aluum lenit.
      - Cibi appetentiam minuit.
    - Omphacinũ
      - Quantum in ſe habet aſtrictionis, tantùm etiam illi ineſt frigiditatis.
      - Sanis corporibus aptiſſimum habetur.
      - Ventriculum roborat.
      - Aluum cohibet.
  - Vetus
    - Maturũ
      - Calidius ac potẽtius exiſtit. Nam
        - Nimis calefacit.
        - Valdè inflammat.
        - Incendium gutturi infert.
      - Ciborum condimentis haud rectè conuenit.
    - Omphacinum dum reliquum quippiam ſeruauerit adſtrictionis, miſtæ permanet facultatis: ubi uerò illam prorſus abiecerit, reliquo fit ſimile.

### De aceto, ex Gal. Iſaac, Auic. & alijs.

- **Acetum**
  - Ex contrarijs qualitatibus compoſitum eſt, calidiſſimum & frigidiſſimum.
  - Exiccat.
  - Subtiliat.
  - Incidit.
  - Concoctionem adiuuat.
  - Mortiferis medicinis reſiſtit, ſi calidum bibatur.
  - Aquam inter cutem generat, affatim bibitum.
  - Appetitum excitat.
  - Sitim ſedat.
  - Neruis, Ventriculo, Inteſtinis, Vtero, Macilentis } Obeſt.

GAL. LIB. IIII. DE SIM. MED. FAC. CAP. XII.

¶ Ariſtoteles rectè dixit acetum proprio quidem uini calore eſſe frigidum, aſcititio uerò calidum. At omphacis ſuccus calorem non habet, ac proinde neque acrimoniam. Siquidem acetũ omphacis ſucco tenuius eſt. Cuius rei & ſenſus adſtipulatur.

DIOSC. LIB. PRIMO.

¶ Oleum, quod ex immaturis oliuis exprimitur, ad multos uſus rectè ualentibus accommodatiſſimum. Omphacinũ id appellatur, præſtat recens odoratum, quod non mordeat. Id enim, quod ſyluestres oliuæ fundunt, uehementer aſtringit, & ad uſum ſanorum ſecundum ſibi locũ uendicat.

## De omphacio, ex Gal. Iſaac, Auic. & aliјs.

- Omphacium
  - *Frigidum eſt & ſiccum.*
  - *Inflammatis* / *Aduſtis* — *Confert magis quàm acetum.*
  - *Cholericis* / *Sanguineis* — *Conuenit.*
  - *Cibis*
    - *Calidis rectè* / *Frigidis haud rectè* — *Commiſcetur.*

## Gal. lib. tertio, cap. duodecimo, de Simp. med. fac.

¶ *Etenim inter omphacas aliæ plus acerbitatis, aliæ aciditatis minus obtinent. Sunt etiam quæ pari portione ambas ſortitæ ſunt: omnes tamen ad refrigerandos ardores non abs re conueniunt: quippe cùm non ſolùm quod acidum eſt, frigidum ſit, ſed & quod acerbum.*

## De melle, ex Gal. III. de Alim. fac.

- Mel
  - Coctum
    - In corporibus
      - *Calidis facilè in bilem uertitur.*
      - *Frigidis aut per* Ætatem / Morbum / Naturam — Accommodatiſsimũ.
    - *Haud ſegniter in corpus digeritur.*
    - *Ad* *Diſtributionem* / *Concoctionem* — *Conuenientiſsimum efficitur.*
    - *Vrinam mouet.*
    - *Pectus mundificat.*
    - *Bellè nutrit ſi concoquatur.*
    - *Opilat affatim ſumptam.*
  - ¶ *Hoc quidem cum aqua coctum, quouſque ſpumam omnem abiecerit, omnino efficitur, ſed per ſe ſiue aqua coctum idem facit, ſed tum urinam ſegnius ciet.*
  - Crudum
    - *Guſtu acre exiſtit.*
    - *Aluum ad excretionem prouitat.*
    - *Vomitum excitat.*
    - *Inteſtina inflationibus implet.*

## GAL. LIB. DE ANTIDOTIS.

¶ *Mel quod optimum eſt probatur dulciſsimum & acerrimum, colore luteum, corpore neq; craſſum neq; concretum, neq; ualde diluum, ſed uniforme totum, atq; ita tenax, ut ſi digito particulam ex ipſo ſuſtuleris, diffluereq; permiſeris, perinde atq; uiſcum deſcendat, non ceſim neq; fruſtratim.*

## De ſaccharo, ex Gal. VI. de Simp. med. fac. Iſaac, Auic. & aliјs.

- *Saccharum*
  - Abſtergit / Deſiccat / Digerit — Sicuti mel.
  - *Stomacho haud inimicatur.*
  - *Sitim non affert.*
  - *Melle plus nutrit.*
  - Guttur / Pectus / Pulmones / Aluum — Lenit.
  - *In cibis ferè omnibus eſt gratiſsimum.*

## De uino cocto, quod ſapam uocant, ex Dioſc. & aliјs.

- *Vinum coctum*
  - Nigrum
    - *Multum alit.*
    - *Craſſum generat ſuccum.*
    - *Ventris reumatiſmum tollit.*
  - Album
    - *Nigro tenuius eſt.*
    - *Magis quã cætera emollit aluum.*
  - *Mediũ, medias ſortitur facultates.*
- Omnia tum
  - *Obſtruunt.*
  - *Ventriculo aduerſantur.*
  - *Inflant.*
  - *Craſſum generantur alimentum.*
  - *Ægrè concoquuntur.*
  - *Pectori* / *Pulmoni* — *Conferunt.*
  - *Veſicæ ac renum* *Pruritui* / *Exulcerationibus* / *Roſionibus* — Opem ferunt.
  - *Contra*
    - *Venena quæ exulcerãdo necant cum oleo pota.*
    - *Cicutam* / *Meconium* / *Phanicum* / *Concretũ in grumas lac* / *Toxicum* — Non parum ualent.

## De ſinapiſmo, ex quibuſdam Neotericis.

- *Sinapiſmum*
  - *Flatuoſitates diſſoluit.*
  - *Ventriculum roborat.*
  - *Hepar inflammat.*
  - *Caput lædit.*
  - *Lentos craſſosq; humores incidit.*
  - *Oculos obtenebrat.*

## De ſale, ex Dioſc. Gal. Iſaac, & alijs.

- *Sal*
  - *Marinum*
    - *Calidum eſt & ſiccum.*
    - *Abſtergit.*
    - *Digerit.*
    - *Reſoluit.*
    - *Aſtringit.*
    - *Exiccat.*
    - *Attenuat.*
    - *Aluum ſtimulat.*
    - *Appetitum prouocat.*
    - *Inflammat.*
    - *A putredine conſeruat.*
  - *Foßile*
    - *Marino*
      - *Craßius eſt.*
      - *Magis adſtringit.*
      - *In medicamentis magis competit.*
    - *Laudabilius quod calculis caret.*

## Gal. lib. IIII. de Simp. med. fac.

¶ *Omni enim ſali obſcura quædam aſtringendi uis ineſt, qua eas quæ cōdiuntur carnes conſtringit, denſatq;: potißimum ubi durus & minimè fragilis extiterit. Talis eſt exactißimus quidem foßilis ferè omnis, minus autē illo marinus, tum qui multis in locis aquis leuiter ſalſis areſcentibus prouenit.*

## De aniſo, ex Dioſc.

- *Aniſum*
  - *Calfacit & exiccat.*
  - *Oris halitum iucundum facit.*
  - *Vrinam ciet.*
  - *Inflationes alui eijcit.*
  - *Lac mulieribus præbet.*
  - *Venerem ſtimulat.*
  - *Stomacho utile exiſtit.*

## De coriandro, ex Dioſc. & Gal.

- *Coriandrum*
  - *Largius ſumptum, mentem non ſine periculo mouet, quare à copioſiore uſu abſtinendum.*
  - *Ex contrarijs compoſitum eſt facultatibus.*

### ANNOTATIO.

¶ *Hallucinātur ergo Neotericorum pleriq;, qui Dioſcoridis ſcripta contemnentes, corroborando capiti coriandrum exhibent.*

## De croco, ex Dioſc. & Aphris.

- *Crocum*
  - *Concoquit.*
  - *Emollit.*
  - *Subſtringit.*
  - *Vrinam cit.*
  - *Elegantem colorem præſtat.*
  - *Crapulæ aduerſatur ex paſſo bibitum.*
  - *Venerem ſtimulat.*
  - *Cor roborat.*
  - *Obſtructiones aperit.*
  - *Pectus dilatat.*
  - *Somnum inducit.*
  - *Partum accelerat.*

## De cinnamomo, ex eiſdem.

- *Cinnamomum*
  - *Calidum eſt & ſiccum.*
  - *Emollit.*
  - *Concoquit.*
  - *Vrinam cit.*
  - *Venenis reſiſtit.*
  - *Cerebrum, Ventriculum, Hepar, Splen* — *Roborat.*
  - *Oculos clarificat.*
  - *Renibus, Veſicæ* — *Vtile exiſtit.*

### ANNOT.

¶ *Etſi cinnamomo omnino caremus, loco tamen eius uti poterit quis optima caßia, quam Canellam uocant.*

## De galanga, ex eiſdem.

- *Galanga*
  - *Calida eſt & ſicca.*
  - *Attenuat.*
  - *Flatuoſitates tum*
    - *Expellit.*
    - *Conſumit.*
  - *Dolores tum* { *Renum*, *Coli* } *Mitigat.*
  - *Venerem ſtimulat.*
  - *Frigido uentriculo opem præſtat.*
  - *Ructos acidos emendat.*
  - *Vrinam cit.*

## De caryophyllis, ex Serap. Auic. Raſi.

- *Caryophylli*
  - *Calidi ſunt & ſicci.*
  - *Membra omnia principalia roborant.*
  - *Ventriculum uigorant.*
  - *Aluum cohibent.*
  - *Vomitum reprimunt.*
  - *Oris halitum emendant.*

## De mace, ex quibuſdam Neotericis.

- *Macis*
  - *Calidus eſt & ſiccus.*
  - *Ventriculum roborat.*
  - *Vomitum prohibet.*
  - *Aluum ſiſtit.*
  - *Vrinam cit.*
  - *Nucis myriſticæ facultates poßidet.*

## De nuce myriſtica, ex Aphris.

- *Nuces myriſticæ*
  - *Calidæ ſunt & ſiccæ.*
  - *Aſtringunt.*
  - *Ventriculum roborant.*
  - *Vomitum ſedant & nauſeam.*
  - *Oris halitum commendant.*
  - *Oculos clarificant.*
  - { *Hepati*, *Spleni* } *Conferunt.*
  - *Vrinam mouent.*
  - *Aluum cohibent.*
  - *Flatuoſitates diſſoluunt.*

## De pipere, ex Gal. & alijs.

- *Piper*
  - *Nigrum*
    - *Calidum eſt & ſiccum.*
    - *Abſtergit.*
    - *Concoquit.*
    - *Reſoluit.*
    - *Appetitum excitat.*
    - *Flatuoſitates expellit.*
    - *Frigefactas particulas calefacit.*
  - *Album*
    - *Nigro acrius eſt, proinde & calidius.*
    - *Venerem ſtimulat.*
  - *Longum, eſt cæteris*
    - *Humidius, ideo carie citius corrumpitur.*
    - *Minus acre, etſi eius caliditas pluſculum duret quàm aliorum.*

## De gingibere, ex Gal. Auic. Iſaac, & alijs.

- *Gingiber*
  - *Calidum eſt & humidum.*
  - *Flatuoſitates diſcutit.*
  - *Longiore tempore calefacit quàm piper.*
  - *Ventriculo plus conuenit frigido.*

### GAL. VI. DE SIM. MED. FAC.

¶ *Vbi totum corpus celeriter calefacere conſilium eſt, ea tunc exhibenda ſunt, quæ & celerrimè à caloris noſtri contactu incaleſcant, & promptiſsimè undiquaq; ferantur, quod à pipere tum albo tum nigro facilè perſpicitur. Verùm ubi partem quamuis refrigeratam recalfacere ſtudemus, contrà agendum: nimirum quæ tardè caleſcentia plurimo tempore perdurent, ea præbendo. Quod gingiber & longum piper agere facilius ualent, quoniam hæc plus humiditatis, illa uerò plus ſiccitatis in ſe continent. Nam ſicut ab aridis calamis flamma ſimul celerrimè accenditur, & undequaque diſpergitur: eundem in modum, quæ à ſiccis poteſtatem medicamentis editur caliditas. At quæ prodit ab humoribus, ceu ligna ſunt uiridia, & tardius accenditur, & durat diutius.*

## De potu in genere.

### Quibus cauſis potus ſit neceſſarius, ex Gal. lib. de Diſſol. cont. Haliab. quinto theoricæ, & Iſaac in Part. diætis.

*Potus eſt neceſſarius duabus de cauſis*
- *Primò, ut*
  - *Corpus humectet.*
  - *Loca humidarum ſubſtantiarum repleat quæ continuè diſſoluuntur.*
- *Secundò, ut cibū tranſmittat, & ad omnia perferat membra corporis, et eum adeò attenuet ut per meatus & uias facilius tranſmittatur.*

*Eſt enim potus*
- *Commiſſiuus, qui ſimul cum alimentis ſumitur in prandio uel cœna.*
- *Delatiuus, qui ſumitur completa concoctione in uentriculo, & completa in hepate, ut cibum per corporis particulas penetrare faciat. Is enim in conſuetis, & his qui impinguari uolunt concedens eſt, inſuetis uerò, & qui commixtiuum, ſcilicet rectam metam hauſerunt, minimè.*

### Quæ in potu obſeruari debeant, ex Hipp. quinto Aphoriſ. Gal. ſexto Aphoriſ. lib. de Diſſol. cont. Auicenna tert. primi 11.13. & ſecundo Can. & Rhaſi quarto ad Almaſorem.

*Obſeruanda in potu*
- *Vinum in ieiuno non eſt bibendum. Nam corpori uniuerſo & neruis maximè nocet & podagram generat & ſpaſmum.*
- *Poſt exercitium, balneum, coitum minimè bibendum.*
- *Famelici ante cibum non bibant, niſi uelint in mentis alienitatem & ſpaſmum incurrere.*
- *Potus tum uini tum aquæ uitandus eſt antè præaſſumpti cibi deſcenſum. Quoniam & cibum ſupernatare facit, & concoctionem intercipit. Verùm ubi ſitis adeò intenſa fuerit, ut quis à potu minimè abſtinere poſſit, piuſſando uel ſugendo aliquo uaſculo anguſtioris orificij aquam potius quàm uinum bibat. Haud etiam parum prodeſt dormire, & ſitim tolerare, ubi ſcilicet ſitis ex crapula acceſſerit.*
- *Tantam uini quantitatem accipiat, quanta in poto, aut ciborum ingeſtorum commiſtionem ſat ſit. Nam cùm ſuperat cibum ipſum in ſtomacho natare facit.*
- *Cum acutis & tenuibus alimentis uinum bibere omnino ſuſpectum eſt.*

### Vinum quibus dare debeat per ætates, & quibus non, ex Galeno.

*Vinum*

*Pueris ineptiſſimum eſt, neque dari debet, uſq; ad ætatis eorum annum duodeuigeſimum, docentes haudquaquam ignem igni ſuperindere in corpore, atque animum oportere prius, quàm ſubire labores incipiant. Sanè quidem ne guſtare uinum puerum ſuaſerim. Quippe quod hauſtum & humectat nimium, & calefacit corpus nimium, tum caput halitu replet ijs, qui calido humidoq; temperamento ſunt, quale eſt eiuſmodi puerorum. Cùm autem ſit omnis exceſſus fugiendus, maximè hunc fugere expedit, ex quo non corpori modò, uerùm etiam animo damnum accedit.*

*Adoleſcentibus pugnatiſſimum eſt uinum, ſiquidem feruentem eorum naturam ac uehementer agitatam ſupra modum calefacit, atque ad immenſas immanesq; motiones furibundos extimulat. Igitur niſi immodicè ſumptum eo uſque tempore, quo iam ferè adoleuerint eſt utile: quod uidelicet ad iram præcipites, & ad iniuriam incontinentes facit, & partem animi rationalem hebetem turbidamq; reddit.*

*Gal. lib. Quòd animi mores ſequantur, &c. Primo de Sanitate tuenda.*

*Iuuenibus haud liberalius exhibendum uſque ad eorum ætatis annum quadrageſimum: tunc enim in conuiuijs oblectari poſſunt in ſeniorum conſortio.*

*Senibus quidem utilis potio uini eſt, ut quæ ætatis frigiditatē ad ſymmetriā caloris reuocet. Deligendum pro ſenibus illud uinum erit, quod & ſubſtantia ſit tenuiſſimum, & colore fuluum ſiue flauum. Verùm & commodum eſt, quod pallidum dicitur. Nam eiuſmodi uina & ſanguinem augent & corpus nutriunt: quo fit ut ea utilia ſenibus interdum ſint: utiq; quo tempore nec feroſam humiditatem in uenis habent, & alî liberalius deſiderant. Nam plurimi, qui hac ſunt ætate ijs uinis indigent, quæ urinas cient, propterea quod aquoſum excrementum in ipſis abundat. Quæ uerò diu in uentre morantur, eorum ſanè nullum aptum ſeni eſt.*

*Gal. 5. lib. Quòd animi mores ſequantur temp. Secundò, de Sanitate tuenda.*

### GAL. LIB. QVOD ANIMI MORES, &c. cap. 10. ex Platone in Timæo.

¶ *Multò magis, quàm Cretenſium, Lacedæmoniorumq; uſum Carthaginienſium legem probarem, ut nunquam in caſtris quiſquam guſtare uinum audeat: ſed toto illo tempore aqua bibatur. & in ciuitate nunquam uini uſu ſeruo, aut ſeruæ concederem. Sed nec magiſtratibus eo anno, quo magiſtratu fungūtur. Gubernatores etiam, ac iudices munus ſuum obituros à uino penitus prohiberem. Deliberaturos quoque de rebus non omnino negligendis. Ac nulli penitus interdiu uinum concederem, niſi exercitationis corporeæ, morborumq; cauſa hoc potu opus fuerit. Neq; etiam noctu uiro, uel mulieri, quando liberis operam dare uolunt.*

## Quid corporibus noſtris inferat uinum moderatè bibitum, quid'ue immoderatè hauſtum, ex Gal. & alijs.

- *Vinum bibitum*
  - Moderatè
    - Nutritioni, Concoctioni, Digeſtioni, Sanguinis generationi — Confert.
    - Animum fideliorem reddit.
    - Mitiorem animum reddit.
    - Concocta diſtribuit.
    - Citò aſſimilatur.
    - Celerrimè alit.
      - (Gal. Quòd animi mores corporis temp. ſequantur. Tertio lib. de Temperamentis. Secundo Aphoriſmorum, aphoriſmo 28.)
    - Ingenium clarificat.
    - Animam dilatat.
    - Spiritum roborat.
    - Cor lætificat.
      - (Auicenna pluribus in locis. Iſaac in Part. diætis. Haliab. 5. Theoricæ.)
    - Flatuoſitates expellit.
    - Vrinam cit.
    - Calorem naturalem auget.
    - Conualeſcentes impinguat.
    - Appetitum excitat.
    - Sudores prouocat.
    - Sanguinem turbidum clarificat.
    - Obſtructiones aperit.
    - Alimenta in uniuerſum deſert corpus.
    - Pituitam incidit.
    - Plumbeum colorem rectificat.
    - Corporis excretiones pellit.
      - (Auicenna multis in locis. Raſis 4. ad Almanſorem, capite 22. Haliab. 4. Theoricæ.)
  - Immoderatè
    - Corpus totum infrigidat.
    - Calorem naturalem ſuffocat.
    - ANNOT. EX GAL. LIB. de cauſis morb. cap. 3.
      ¶ Alimentorum abundantia eo pacto naturalem noſtri corporis calorem ſuffocat, quo magna lignorum ſtrues incenſum ignem, & olei plus quàm par ſit, lucernæ & lampadis flãmam extinguit.
    - Cerebro, Neruorum origini, Neruis — Maximè nocet.
    - Apoplexiam, Paraplexiam, Attonitum morbum, Caros & comata, Neruorum reſolutiones, Epilepſiam, Conuulſiones, Tetanum, Tremorem — Generat.
      - (Gal. 3. de Victus ratione in morbis acutis. De morborum cauſis. De ſympt. cauſis. Ariſt. 30. Proble. primo.)
    - Homines facit — Loquaces., Contumelioſos., Maniacos., Stupidos., Homicidas., Luxurioſos. — Ariſt. ibidem.
    - Mentem corrumpit.
    - Animum attenuat.
    - Animales facultates deſtruit.
    - Naturalem facultatem attenuat.
    - In aliquibus uentriculis conuertitur in
      - Bilem tum rubeam, tum melancholicam.
      - Purum acetum. Auic. 3. primi.

## De uſu uini arte infrigiditati, & aqua frigidiſsima, ex Hipp. 5. Aphoriſ. Auic. 2. & 3. primi: Iſaac, in Part. diæt. & Raſ. 4. ad Alman.

- *Vinum arte infrigidatum*
  - *Neruis*, *Cerebro*, *Pulmoni*, *Pectori*, *Ventriculo*, *Inteſtinis*, *Hepati*, *Spleni*, *Renibus*, *Veſicæ*, *Vtero*, *Dentibus* — *Maximè nocet.*
  - *Venereas flammas extinguit.*
  - *Neruorum reſolutiones progignit.*
  - *Frigidos procreat morbos.*
  - → *Idem de frigidiſsima aqua intellige, quæ ſcilicet niue uel glacie ad intentiſsimam frigiditatem ſit redacta.*

### GAL. LIB. DE CIBIS BONI ET MALI ſucci, cap. 12.

¶ *Qui minimè exercentur, ac caloris multũ præſentiunt, æſtate ingente, tuto ij fontanam biberint, repudiatâ niue. Nam tametſi ipſa ſtatim nix noxa ſenſibili non uideatur iuuenum corporibus officere, increſcente tamen temporis proceſſu occulto, paulatimq; noxa, uergente nempe ætate, articuli his, neruiq; ac uiſcera morbis corripiuntur, uix, aut nunquam ſanandis.*

## De uino nouo medio & uetere, ex Gal. & alijs.

- *Vinum*
  - *Nouum*
    - *Sæpe ut aqua in uentre ſuſpenſum remanet.*
    - *Sanguificationi*, *Nutricationi* — *Minimè confert.*
    - *Pituitam facilè generat.*
    - *Nullatenus calfacit.*
    - *Haud commodè per aluum tranſit.*
    - *Ægrè digeritur.*
    - *Vrinam minimè prouocat.*
    - *Facilè aceſcit liberalius hauſtum.*
    - *Id minus nocet, quod tenuius eſt.*
    - → *Gal. de cibis boni et mali ſucci, alijsq; in locis.*
  - *Mediæ ætatis, optimum eſt, præſertim quod eſt*
    - *Subſtantia purum & perlucidum.*
    - *Colore ſubflauum & album.*
    - *Odoriferum.*
    - *Guſtu neq;*
      - *Aqueum omnino.*
      - *Cum aliqua inſigni qualitate.*
      - *Dulce.*
      - *Acre.*
      - *Amarum.*
    - → *Galenus in Artè medic.*
  - *Vetus*
    - *Medicamentis potius quàm alimentis eſt conueniens.*
    - *Parcius hauſtum neruoſis particulis prodeſt, aliter uerò cõtrarium.*
    - *Expulſiuam facultatem roborat.*
    - *Flatuoſitates reſoluit.*
    - *Genitale ſemen exiccat.*
    - *Cerebri membranas lædit liberalius ſumptum quàm par ſit.*
    - *Interficit liberalius hauſtum.*
    - → *Auic. 3. primi 15. & 20. tertij. Iſaac in Particul. diætis. Haliab. 5. Theor.*

### GAL. LIB. II. DE LOCIS AFFECTIS.

¶ *Grammaticus quidam ſingulis diebus balneum petens, unum de pueris ſecum ducebat, altero domi relicto, qui rem familiarem ſeruaret, atque ea, quæ ad uictum eſſent neceſſaria pararet. Puer itaq; uehementi ſiti cruciaretur, nec eſſet ei aquæ copia, uinum antiquum liberaliter potauit, atque ex reliquo tempore uigil omnino permanſit, poſtea correptus febre, unà cum uigilijs oborto delirio perijt.*

### IDEM LIB. III. DE VICTVS RATIONE in morbis acutis.

¶ *Quatenus tempore acriora & calidiora ſunt uina, atq; unà cum his colorem tum ſubſtantiã, tum odorem mutant, eatenus differentiam aliquam in uinis tempus facere uidetur. Quòd ſi nihil horum immutetur, neque ab aliquo uinum uetus dicetur neque recens. Non enim ob tempus uina uel lædunt uel iuuant, ſed ex propriarum differentiarum mutatione.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0135-1

## De uino odorifero, inodoro & malum odorem habente, ex Gal. & alijs.

- *Vinum*
  - Odoriſerum
    - *Cæteris uinis calidius exiſtit.*
    - *Caput alijs omnibus magis tentat.*
    - *Bonos humores gignit, ſed caput infeſtat, et præcipuè quod colore fuluum exiſtit.*
      - → *Gal. de attenuante uictu. De cibis boni & mali ſuci.*
    - *Cæteris penetrabilius.*
    - *Cor confortat.*
    - *Spiritus uiuificat.*
    - *Animam lætificat.*
    - *Concoctibilius cæteris eſt.*
    - *Vrinam prouocat.*
      - → *Auicenna decimatertia tertij. Iſaac in Part. diætis.*
  - Inodorum
    - *Craſſum.*
    - *Graue.*
    - *Incoctibile.*
    - *Triſtitiam gignit.*
    - *Illaudabile præbet alimentum.*
    - *Odorifero in omnibus eſt contrarium.*

### GAL. DE CIBIS BONI ET MALI SVCCI.

¶ *Inodorum uinum omnino uitandum eſt, præcipuè auſterum, quod guſtui repugnet.*

## De uino nigro, rubeo & ſubrubeo, ex Gal. & alijs.

- **Vinum craſſum**
  - *Nigrum*
    - Dulce
      - *Multum alit.*
      - *Craſſo ſanguine uenas replet.*
      - *Thoracis / Pulmonum — Affectibus confert.*
        - → *Gal. de Attenuante uictu.*
      - *Lapidem in renibus generat.*
      - *Hepar / Lienem — Obſtruit.* Iſaac in Part. diætis.
    - Auſterum
      - *Sanguinis Nigri / Craſſi Materia exiſtit.*
      - *Reijciendum eſt. Nam*
        - *Malos & prauos ſuccos generat.*
        - *Tardè permeat.*
      - *Ventri utile exiſtit, quando uel plura iuſto deſcendunt, uel ramentoſa.*
    - Turbidum
      - *Deteſtabile exiſtit.*
      - *Concoctu contumax.*
      - *Oculos obtenebrat.*
      - *Sanguinem flatulentum procreat.*
    - → Gal. de Atra bile. De Tuenda ſanitate. Lib. 9. de Hipp. & Plat. decretis. De uictus ratione in morbis acutis, lib. 3.
  - Rubeum
    - Dulce
      - *Thoraci / Pulmonibus — Maximè confert.*
      - *Valde nutrit.*
      - *Viſcera obſtruit.*
        - → *Gal. de Attenuante uictu. De diſſol. cont.*
    - *Simpliciter*
      - *Sanguini generando eſt accommodatiſſimum.*
      - *Nam minima eget mutatione, ut ſanguis fiat.*
      - *Plus alit, quàm cætera uina. Ineſt autem ei certiſſimè nutrire corpora euacuata, & adiectione indigentia.*
        - → *Gal. lib. 3. de Aliment. facult. Lib. 2. Aphoriſ. Apho. 11.*
    - *Auſterum*
      - *Aluo conſtringendo perutile eſt.*
      - *Pectori exaſperato / Capiti imbecilli / Vrinæ detentæ — Inutile eſt.*
        - → Gal. lib. de Hippoc. & Plat. decretis.
  - *Subrubeum*
    - *Multum corpus alit.*
    - *Vincitur à nigro nutriendo.*
      - → Gal. 2. Aphoriſmorum, Aphoriſmo. 11.
    - *Bonum generat ſuccum.*
    - *Facilè meat.*
    - *Vrinam cit.*
      - → *Iſaac in Part. diætis.*

## De uino albo, flauo & ſimilibus, ex Gal. & alijs.

- Vinum
  - Album
    - Subtile, aquoſum
      - Parum alit.
      - Facultate, Colore, Conſiſtentia — Aquæ ſimile exiſtit.
      - Craſſos incidit humores.
      - Citò concoquitur.
      - Sanguinem per renes purgat.
      - Caput, Neruos — Minimè lædit.
      - Corpus haud caleſacit.
      - Facilè in omne corpus deducitur, præſertim quod uetus eſt.
      - (Gal. lib. 3. de Aliment. fac. De att. uictus ratione. 12. methodi, cap. 4. Lib. 3. de Victus ratione in morbis acutis. Secundo Aphoriſ.)
      - Ventriculi, Venarum — Concoctionem adiuuat.
      - Parum ſanguinis gignit.
      - Humores humectat.
      - Cæteris uinis febricitantibus innocentius eſt.
      - Vrinam ciet.
      - Incidit.
      - Somnum inducit.
      - Ægris plus quàm ſanis conuenit.

      **GAL. METHODI MED. LIBRO SEPTIMO. CAP. VI. & 5. lib. 3. & 4. de Victus ratione cap. 3. & 12.**

      ¶ Aquoſum natura uinum appello, quod tenue eſt & purum & ὀλιγόφορον. Eſt autem ὀλιγόφορον, quod minimam ſuſtinet aquæ miſtionem, imbecilliſſimũ & aquoſiſſimum: præterea aquæ tum colore tum ſubſtantia ſimile eſt. Perſpicuum & ſplendidum, purum & ſubſtantia tenue. Nulla enim earum quæ cæteris uinis inſunt, habet qualitatem.
    - Craſſum
      - Tantùm
        - Craſſis — Subrubeis, Nigris — Minus alit.
        - Plus alit albis & tenuibus.
        - Neque uelociter neq; uniuerſim alit.
        - (Lib. 2. Aphoriſmorũ, Aphoriſmo 18.)
      - Et
        - Dulce, in thoracis & pulmonis affectibus maximè ualet. — Libro de Attenuante uictu.
        - Turbidum
          - Ægrè concoquitur.
          - Inflat.
          - Obſtruit.
          - Calculum generat.
          - Viſum obtenebrat.
          - (Iſaac in Part. diætis. Auicenna tertia primi.)
    - Auſterum
      - Minimè calidum inter uina exiſtit.
      - Is quæ ad uentrem fiunt deſtillationibus idoneũ eſt.
      - Vrinas non abundè ciet.
      - (Lib. 3. de Victus ratione in morb. acutis.)
  - Flauum
    - Dulce, inter nigrum & craſſum & dulce & album tenue cõſiſtentia mediũ exiſtit. Nam nõ ut craſſa ſanguinẽ craſſum generãt, neq; ut alba p urinas ſecedũt. — Lib. 3. de Aliment. fac.
    - Non dulce
      - Concoctioni, quæ uel Ventriculo, Venis — Agitur, magis conducit.
      - Ad ſucci bonitatem oportunum eſt ac utile.
      - Multum nutrit.
      - Caput ferit.
      - Vitioſum ut plurimum eſt ac potens.
      - (Gal. lib. methodi med. 12. cap. 4. De uictus ratione in morb. acutis.)
    - Tenue
      - Senibus eſt utile.
      - Vrinam ciet.
      - Citò nutrit.
      - Probè concoquitur.
      - (Gal. de Sanitate tuenda.)
    - Craſſum
      - Magis nutrit.
      - Tardius in corpus deducitur.
      - Auſtero penetrabilius exiſtit.
      - Vitioſos corrigit ſuccos.
      - (Libro duodecimo Methodi, capite quarto.)
    - Pallidum, inter fuluum & album medium,
      - Sanguinem auget.
      - Corpus nutrit.
      - Excalfacit.
      - Vrinam cit.
      - Citò nocet.
      - Facilè meat.
      - (Præcipuè ſi fuerit ſubſtantia pingue. Gal. 2. de ſanitate tuenda.)

## De Vino diluto, ex Hipp. Gal. & alijs.

**Vinum dilutum**
- In præcordijs diutius moratur.
- Ventris robur exoluit.
- Flatuoſitates excitat.
- Sitim ſedat plus quàm uinum meracum & aqua pura.
- Somnum inducit.
- Cerebro, uiſceribus imbecillibus obeſt.
- Velociter inebriat.
- Sudorem prouocat.
- Robuſtis, carnoſis, laborioſis conuenit, ſed potius æſtate quàm hyeme.

Hip. 2. de Victus ratione in morb. ac.
Gal. ibidem.
De Simp. med fac. lib. 1. cap. 19.
Lib. 7. Methodi med. cap. 5.
Ariſt. 3. Probl.
Auic. tertia primi.

## De Lora, quæ poſt uini expreſsionem aqua uinaceis ſuperinfuſa, efficitur, ex Gal. ſecundo, de Alim. fac. cap. de Vuis.

**Lora, quæ Græcis δευτερία & τρυγ[illegible] uocatur**
- Capiti dolorem infert, niſi dilutior bibatur.
- Ocius per urinam redditur.
- Valentior uinoſiorq́; efficitur, cùm in uer uſque uel æſtatem ſeruatur.
- Hyemis tempore uſibus apta. Nam & caput minus tentat, ita & ſegnius meitur.

**Verùm non pauca ſubeſt differentia pro uaria uuarum ſpecie, ex quibus ſunt uinacei. Nam lora ſi uinacei fuerint**
- Dulces
  - Longè ſuauior exiſtit.
  - Citius per ueſicam excernitur.
- Acerbi
  - Inſuauior eſt.
  - Minus cit urinas.

## De Vinorum ſaporibus, ex Gal.

**Vinum**
- **Dulce**
  - Facilius in uentriculo concoquitur quàm auſterum, eo quòd calidius eſt.
  - Pulmonum, Thoracis — Affectibus peridoneum eſt.
  - Aluum ducit.
  - Caput grauat, Mentem tentat — Minus quàm uinoſum.
  - Facilius quàm aliud per inteſtina deſcendit.
  - Lienem auget.
  - Amara bile affectis non idoneum: quoniam eis ſitim excitat.
  - Superiora inteſtina inflat.
  - Sputum educit magis quàm aliud, minus tamen quàm aliud ijs, quibus ſitim affere conſueuit.
  - Tardè meat.
  - Hepati affecto maximũ affert detrimentum, præſertim ubi uel phlegmone uel ſcirrhus occupauerit, ſed moderatius lædit, ubi uel ab humorum craßitie uiſcus opilatum, uel imbecillitate afficitur.
  - Febricitantibus omnino inutile.
  - Facilè in bilem conuertitur.

    (Gal. 3. de Alim. facult. De attenuante uictus ratione. De cibis boni & mali ſucci.)
  - Calculo affectis omnino inutile eſt. — Iſaac in Part. diætis.
- **Auſterum**
  - illaudabilem ſuccum generat.
  - Laxum tum Ventriculum, Aluum — Firmat, præſertim calido morbo exiſtente.
  - Ipſius digeſtioni, Sanguinis confectioni, Bonis gignendis humoribus, Vrinæ facilè reddendæ, Sudoribus eliciendis, Deijciendæ aluo — Haud quicquam commodi affert.
  - Caput inter omnia uina minimè tentat.
  - Thoracem lædit.
  - Minimè calidum inter uina exiſtit.

    (Gal. de Victus ratione. De Cibis boni & mali ſucci. Lib. 2. Aphoriſm. Lib. 12. Methodi med.)

  ### ANNOTATIO.

  ¶ Idem de acerbo intellige. Nam auſterum & acerbum (ut ſuperius diximus de ciborum ſaporibus) parum inter ſe differunt.
- Amarum præ uetuſtate uinum, ne ſumito: nanq́; laudabilem ac ſimul nutriẽtem uini ſuccum iam amiſit: cumq́; iniucundum ſit, hoc ipſo ſtomachum offendit. Gal. 12. Methodi med. cap. 4.

## De potentibus, mediocribus & imbecillibus uinis, ex Galeno.

- *Vinum*
  - *Potens*
    - *Caput celeriter uehementerq́; calefacit & ferit.*
    - *Bile, Æſtu, Fame, Ardore, Mœrore* — *Vexatis nunquam dari debet, præſertimq́; ubi anni tempus, regio & ætas calida fuerint.*
    - *Pituitoſis, Frigidis, Cruditate refertis, Frigidis in locis degentibus, Ocioſis* — *Confert.*
    - → *Gal. de Cibis boni & mali ſucci. Lib. 3. de Victus ratione in morbis acutis.*
  - *Medium, in omnibus mediocriter ſe habet.*
  - *Imbecillum, potenti omnino contrarium eſt.*
  - → *Lib. 3. de Victus ratione in morbis acutis.*

## De Vinorum ſubſtantijs, ex Galeno.

- *Vinum*
  - *Craſſum*
    - *Ægrè conficitur.*
    - *Multum alit, ſi rectam concoctionem aſſequatur.*
    - *Ciendis urinis inutile habetur.*
    - *Craſſo ſanguine uenas replet.*
    - *Atrabilarium generat ſuccum.*
  - *Tenue*
    - *Craſſos incidit humores.*
    - *Sanguinem per renes purgat.*
    - *Vrinam ciet.*
    - *Citò in corpus digeritur.*
    - *Flatus non gignit.*
  - *Medium, medio ſe habet modo.*
  - → *Galenus*
    - *De Natural. facult. lib. 3.*
    - *De Aliment. facult.*
    - *De Cibis boni & mali ſucci.*
    - *De Atra bile.*
    - *Lib. 4. de Sanitate tuenda.*
    - *De Attenuant. uictus ratione in morbis acutis.*

## De Aqua, ex Galeno.

- *Aqua eſt elementum & corpus ſimplex, quod nunquã putreſcit, ſed in aliud conuertitur ſimplex. Verùm hæc aqua non inuenitur in toto mundo. Ideoq́; à noſtra potabili aqua plurimum differt. Nam illa ſynceriſsima eſt, & omnis miſtionis expers. Hæc uerò ad amuſsim ſyncera non eſt, ſed ut ad ſenſum & uſum, & eſt duplex*
  - *Bona, quæ probatur*
    - *Guſtu, uidelicet ut nullam offerat qualitatẽ. Ideoq́; ſit*
      - *Inſipida.*
      - *Non*
        - *Salſa.*
        - *Dulcis.*
        - *Amara.*
        - *Acida.*
        - *Acris.*
      - *Omnis qualitatis expers.*
    - *Olfactu, uidelicet, ut non ſit*
      - *Fœtens.*
      - *Nidoroſa.*
      - *Putris.*
      - *Horribilis.*
    - *Viſu, uidelicet, ut ſit*
      - *Pellucida.*
      - *Pura.*
      - *Tenuis.*
      - *Non*
        - *Cœnoſa.*
        - *Turbida.*
    - → *Hæc enim eſt*
      - *Tenuium partium.*
      - *Facilis tum*
        - *Concoctionis.*
        - *Diſtributionis.*
      - *Præcordia facilè tranſit.*
      - *Citò*
        - *Calefit.*
        - *Refrigerat.*
      - *Læuiſsima eſt.*
  - *Mala, quæ à bona degenerat tum qualitate tum ſubſtantia. Ideoq́; eſt hæc aut*
    - *Dulcis.*
    - *Amara.*
    - *Salſa.*
    - *Sulphurea.*
    - *Aluminoſa.*
    - *Nitroſa.*
    - *Bituminoſa.*
    - *Acris.*
    - *Acida.*
    - *Fœtens.*
    - *Putris.*
    - *Turbida.*
    - *Cœnoſa.*
    - *Aliqua indicabili qualitate affecta.*
  - → *Gal. de Ptiſan. Lib. 6. de Morb. uulg. De Renum med. Primo de Elementis. Primo de Simp. med. fac. De Bonitate aquæ.*

## Quomodo aquarum tum bonitas tum malitia ex fontium ſcaturienſium ſitu, diſcerni poſsit.

- Aqua, cuius fons
  - Ad orientem ſolis erūpit, & per meatum aliquem mundum, aut puram terram colatur
    - Calefit, Refrigeratur: Ociſsimè.
    - Omni ætati utiliſsima eſt.
    - Humiditate, Tenuitate, Claritate, Bono odore: Cæteras antecellit.
  - Contra ſeptentrionem fluit
    - Ægrè concoquitur.
    - Tardè meat.
    - Calefit, Infrigidatur: Tardè.
    - Frigidiſsima exiſtit.
  - Ad occidentem ſolis diſcurrit
    - Concoctu contumax eſt.
    - Valenter infrigidat.
    - Grauis exiſtit.
    - Pleureſim, Fluxiones, Spaſmum: Generat.
  - Ad meridiem fluit
    - Cæteris calidior, Salſa ſæpius: Exiſtit.
    - Vrinam prouocat.

Gal. de Bonitate aquæ. De Simp. medic. facult.

GAL. LIB. VI. DE MORB. VVLG. COMM. IIII.

¶ *Olera, legumina, fructus & radices, in optima aqua celerrimè in uitioſa tardiſsimè elixantur.*

## De aquarum facultatibus, quæ mineralium commiſtione calidæ fiunt, ex Paulo & Galeno de Simp. med. fac.

- Aqua
  - Salſa & nitroſa
    - Capiti, Thoraci: Fluxione tentato,
    - Stomacho humentiori
    - Aquæ inter cutem
    - Tumoribus laxis, ex morbis prouenientibus,
    - Pituitoſis
    - → Accommodata eſt.

GAL. I. DE SIMP. MED. FAC. CAP. II.

¶ *Aqua ſalſa grauior eſt cæteris aquis.*

  - Aluminoſa
    - Sanguinis reiectioni
    - Stomacho uomitioni oportuno
    - Immoderatis mulierum purgationibus
    - Continuis abortibus
    - Omnibus ulceribus, præſertim fluxione tentatis
    - → Vtilis exiſtit.
  - Sulphurea
    - Calefacit.
    - Neruos emollit.
    - Dolores mitigat.
    - Stomachū: Eneruat. Euertit.
    - Hydropicis idonea exiſtit.
  - Bituminoſa
    - Caput replet.
    - Inſtrumenta cunctorum ſenſuum offendit.
    - Calefacit, Emollit: Temporis alicuius proceſſu.
    - Aqua intercute affectis peridonea eſt.
  - Aërea
    - Ori, Tonſillis, Vuæ, Oculi: Confert.
  - Terrea
    - Stomacho, Lieni, Renibus: Vtilis eſt.

GAL. EODEM LIB. CAP. VII.

¶ *Imitari autem potes, ſicut marinam ſic aliarum quamlibet, ſubſtantia uidelicet admiſta, quæ in quaq; uincere conſpicitur. Nam ſulphure in aquam dulcem indito, ſulphuroſam effeceris: alumine, aluminoſam: ac eodem modo aliarum unamquanque.*

GAL. EODEM LIB. CAP. VI.

¶ *Multa eſt diuerſitas potabilium aquarum, & muriæ ſeu maris: ſimiliter uerò & earum quæcunq; ſulphur, aut bitumen, aut nitrum, aut chalcantum, aut myſi, aut chalcitim, aut (ut ſimpliciter dicam) quæ calidorum natura medicamentorum guſtu aliquod referunt. Inimicæ enim ſunt omnes calidis noſtrorum corporum affectibus. Ex quo claret, has omnes facultatibus eſſe calidas, ſolam uerò aquam potabilem, frigidam.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0140-8
DFG

## De diuerſarum aquarum potabilium facultatibus, ex Gal. & alijs.

- Aqua
  - Pluuialis
    - Recens
      - Quieta
        - Læuiſsima
        - Tenuis
        - Pura
        - Limpida
        - Oculorum medicamentis efficax
        - → Omnino exiſtit.
      - Tonitrualis, id eſt quæ à nubibus cum tonitru deſcendit, parum à quieta degenerat.
      - Nimboſa & procelloſa mala eſt, cùm nulla elaboratione ſit effecta.
    - Aſſeruata in ciſternis, ſi recens ſit, uel omni prorſus putredine uacans, optima & ipſa iudicari poterit. Verùm cùm aqua ab imbre delapſa facilè putreſcat, quod etiam ſtatione omnibus aquis euenire ſolet, animaduertendum eſt, ne potantem decipiat.

### PAVLVS LIBRO PRIMO.

¶ Pluuialis aqua, quæ media æſtate decidit cum tonitru, omnium optima eſt, eo quòd ſol leuiſsimum & tenuiſsimum attrahat, ac id non ex alia aqua ſolũ, uerum ex mari quoq; & corporibus. Quapropter etiã omniũ promptiſsimè cõputreſcit, ut quæ diuerſis ex qualitatibus ſit conſtata. Nemo autem aquã putrefactioni opportunã eſſe exiſtimet: nam mutationis facilitas, uirtuti potius quàm uitio tribuitur. Quæ igitur aqua optimas notas habet, ſi promptè etiam putreſcat, ea cenſebitur ſaluberrima. Hæc Paulus ſumpſit ex Gal. quarto, de Morbis uulgaribus.

  - Ex glacie & niue proueniens
    - Mala, Frigida, Dura → Exiſtit.
    - Digeſtioni, Concoctioni, Vrinæ reddẽdæ → Non idonea eſt.
    - Pectori, Ventriculo, Lateribus → Nocet.
    - Spaſmum, Tetanum → Generat.
    - Sanguinis expuitiones excitat.
    - Empyemata gignit.
    - Diu in uentre moratur.
    - Flatuoſitates contumaces parit.
    - → Gal. lib. de Bonitate aquæ.
  - Fontana, quæ
    - Æſtate frigida, Hyeme calida → Exiſtit.
    - Ad orientem ſpectat.
    - Ab alto defluat.
    - Super Liberam terram, Petras, Arenam → Currit.
    - → Optima eſt, aliter uerò contrarium. Gal. lib. de Bonitate aquæ.
  - Putealis uel ex ſtarionarijs fontibus
    - Subſtantia potius craſſa quàm tenuis habetur.
    - Ad madefaciendum cibum idonea eſt.
    - Ægrè: Concoquitur. Digeritur.
    - Vrinæ reddendæ inhabilis exiſtit.
    - Non omnino putrefactione caret.
    - Potabilior eſt, quæ frequenter hauritur.
    - → Gal. lib. de Bonitate aquæ. Auic. 2. primi.
  - Lacunalis & paluſtris
    - Peſsima eſt.
    - Lutoſum, Paluſtrem → Odorem redolet.
    - Putredine eſt affecta.
    - Æſtate calida, Hyeme frigida → Exiſtit.
    - Sciſsiones, Pleuritides, Tuſſes → Progignit.
    - Splenem auget.
    - Hydropem generat.
    - Malum infert habitum.
    - Febres putridas facit.
    - Oculos obtenebrat.
    - → Gal. lib. de Bonitate aquæ.
  - Fluuialis propter diuerſarum terrarum admiſtionem uituperatur. Verùm
    - Remota à ciuitatibus melior habetur.
    - Means per ciuitates ob fimi & cloacarum putredine peſsima eſt, niſi ut Romæ fieri adſolet, diu fictilibus uaſis defecata exiſtit.
    - → Ea tamen quæ ſuper lapides & puriorem arenam currit limpida & clara, non omnino improbatur, præſertim ſi in ipſo fluminis exortu accipiatur. Auerrhoes 5. Colliget, Iſaac in Part. diæt.

### GAL. DE RENVM curatione.

¶ Niualis aqua etſi iuuenilia corpora offendere non uideatur, noxa uidelicet quæ paulatim increſcit, non percepta: tempore tamen procedenti, cùm ætas declinat, difficulter ſanabiles aut incurabiles planè morbos inducere nata eſt, in neruis, articulis & uiſceribus. Nam quando congelatur, ab ea exprimitur id quod ſubtiliſsimum eſt.

### GAL. I. DE TVENDA ſanitate.

¶ Aqua etſi ſit limpida et potui non inſuauis, tamen ſi circa præcordia hæret, uitio non caret.

### GAL. IBID. ET PRIMO DE Sanitate tuenda, Auic. 2. primi.

¶ Sola autem paludoſa, quam uidi in Ægypto ſana eſt. Nam æſtate quidem non putreſcit. Autumno autem replens eam Nilus, antiquam quidem extrahit & nouam adfert.

### GAL. LIB. I. DE SANIT. TVENDA, ET COMMENT. IIII. in ſexto de Morb. uulg. & primo de Sim. m. f.

¶ Sæpius porrò aqua fluuialis limoſa eſt, ſicut eſt aqua Nili & quæ in Ægypto eſt. Sed ea per fictilia uaſa percolata, quouſq; amplius non ſubſidat, planè pura efficitur. In Alexandria autem & Ægypto percolatur aqua per teſtas raras ſicut per linteum.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0141-3
DFG

## De aquæ tum calidæ tum frigidæ facultatibus, ex Gal. & alijs.

- *Aqua bibita, actu*
  - *Calida*
    - *Concoctionem corrumpit.*
    - *Alimentum in uentre ſuſpendit.*
    - *Aquam inter cutem generat.*
    - *Hecticam febrem procreat.*
    - *Haud illicò extinguit ſitim.*
    - *Ventriculi uires euertit.*
  - *Frigida*
    - *Prodeſt*
      - *Admodum calidis.*
      - *Pinguibus.*
      - *Carnoſis.*
      - *Laborioſis.*
      - *Frigidam potare conſuetis.*
    - *Nocet*
      - *Non admodum calidis.*
      - *Macie affectis.*
      - *Ocioſis.*
      - *Inſuetis frigidam bibere.*
      - *Ventriculi imbecillitate affectis.*
      - *Neruorum morbis laborantibus.*
      - *Thoraci.*
      - *Lateribus.*
      - *Imbecilla habentibus inteſtina.*
      - *Dentibus.*

### GAL. I. DE SIMP. MED. FAC. CAP. XXXI.

¶ *Si cum uino bibatur aqua ſitim efficacius extinguit, quàm ſi ſola, ſcilicet uino ipſam ad diſtributionem promouente. Itaq; refrigerationem, ſitiſq; ſanationem ab aqua prouenire, ut quæ frigidæ naturæ ſit & humidæ.*

### GAL. LIB. VI. DE MORB. VVLG. COMM. IIII.

¶ *Aquæ potus ea ratione cibi appetitiones excitare, qua & gelidam bibentes aut frigidum cibarium aſtringens ue aſſumentes appetentiores euadunt. Alibi nanq; oſtenſum eſt quæque uentriculi tergorum ſanguinem in arctum conſtringentia appetentias augere ac procreare: contra uerò calefacientia fundentiaq; ſanguinem delere finireq; appetentias. Hac igitur ratione aqua uorax exiſtit.*

## De aqua cocta, ex Gal. 6. de Morb. uulg. comment. 4.

- *Impura aqua, limoſa, fœtens, lutulenta, cùm elixatur*
  - *Optima, Limpida, Tenuius* — *Redditur.*
  - *Putorem, quem ex putredine plerunque contraxit, abijcit.*
  - *Lutum, Limum, Terreſtre omne* — *Quod prius immiſtum erat, deponit ad imum.*

### GAL. IBIDEM.

¶ *Verùm ſtatim ab elixatione bibenda non eſt. Nam antequàm refrigeratur adhuc motione agitatur, atq; ideo omnes eius particulæ permiſtæ ſunt, ſed ea refrigerata graues ac terreæ fundum petunt, leues ſuperfluitant.*

### IDEM IBIDEM.

¶ *In refrigerando aquam poſt cocturam, ubi alicuius putei, in quem uaſculum demittamus, nobis facultas eſt, aliquo tegumine uaſculum claudere, atq; undiq; diligenter obſtruere neceſſe eſt. Vbi uerò puteo caremus, detectũ uas, ut frigidum aërem admittat, relinquere conuenit. Verùm cùm in puteum demittitur, uel in fluuium rapidè labentem, refrigerandi cauſa, quemadmodum Alexandriæ facere conſueuerunt, tum uas aliqua ex parte inane eſſe melius fuerit, quo aër inter operculũ & aquam in uaſe poſitam contentus, ipſe prius refrigeratus ſic deinde attactu uicinã aquam refrigeret.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0142-9

## De aquæ potu in morbis acutis, ex Hipp. & Gal. lib. tertio, de Victus ratione in morbis acutis.

**Aqua pota in morbis acutis**
- *Neque in peripneumonicis*
  - *Tuſſim ſedat*
  - *Sputum educit*
  - → *Imò cæteris minus.*

  HIPPOCRATES.

  ¶ *Verùm ſi inter oxymeli & mulſam paulùm aquæ inſtilletur, ob qualitatis potionum tranſmutationem ſputum educit.*
- *Inundationem parit intus.*
- *Sitim non ſedat.*
- *Amareſcit.*
- *Bilioſis ſuapte natura, ea bilioſa exiſtit.*
- *Hypochondrijs*
  - *Infeſtiſſima.*
  - *Mala.*
- *Vires maximè labefactat, ubi in uacuitatem uenerit.*
- *Lienem auget.*
- *Iecur ubi phlegmone obſidetur, lædit.*
- *Tardè lædit, eo quòd frigida & incoctibilis eſt.*
- *Aluum minimè deijcit.*
- *Vrinas non mouet.*
- *In bilioſo uentriculo corrumpitur, & illa cùm ex uentriculo in ieiunum inteſtinum ægrè peruenit, in*
  - *Thoracem*
  - *Pulmonem*
  - *Hepar*
  - *Renes*
  - → *Haud facilè diſſoluitur.*
- *Tranſpirationem nullam in corpus molitur.*
- *Siccitatem non humectat.*
- *Vitalem facultatem minimè roborat, eo quòd nihil alat.*

## De exercitio.

### Ex Gal. ſecundo, de Sanitate tuenda. & libro de Renum medicatione, & primo & ſecundo Aphoriſmorum.

*Exercitium eſt motus uoluntarius, alterans reſpirationem in maius uel minus: cuius cõmoda genere duplicia ſunt: hæc quidem ad excrementorum inanitionem: illa uerò ad commoda corporis habitudinem efficacia. Nam cùm uehementior motus exercitatio ſit, neceſſe quidem eſt tria hæc ab ea perfici in corpore, uidelicet*
- *Membrorum duritiem, ex qua ſequitur*
  - *Partium durities.*
  - *Ad labores robur.*
- *Genuini caloris augmentum, ex quo corpori cõparamus*
  - *Deducendorum in corpus ualidum attractum.*
  - *Immutationem magis expeditam.*
  - *Nutritionem magis fœlicem.*
  - *Singularum partium corporis perfuſionem.*
  - → *Cuius affectus beneficio*
    - *Solidæ partes molleſcunt.*
    - *Humidæ attenuantur.*
    - *Exiguos corporis meatus laxiores habentur.*
- *Spiritus citatiorem motum, ex quo*
  - *Meatus omnes purgantur.*
  - *Excrementa omnia expelluntur.*

### Quot modis calor naturalis excitetur in corporibus noſtris, ex Gal. ſecundo de Sanitate tuenda.

*Omnis exercitationis commune illud eſt, quòd animali ipſi, ex ipſa, caloris augmentum excitat. Quippe caleſiunt corpora noſtra*
- *Laconicis uaporibus.*
- *Calidarum aquarum lauacris.*
- *Inſolatione calidarum tempeſtatum.*
- *Ignis fotu.*
- *Calidorum medicamentorum perfrictu.*
- → *Verùm ab his tanquam ab extremo, eſt omnis eiuſmodi calor aſcitus, nec de proprio principio, ſed aliunde accenſus auctuſq́;.*
- *Exercitatione, qua inſiti caloris augmentum animalibus ex ipſorum corporibus excitatur. Atque is omnium exercitationum communis affectus eſt, proprius tamen earum effectus non eſt, ſi modò*
  - *Iratis*
  - *Perturbatis*
  - *Pudore affectis*
  - → *Naturalis etiam calor augetur.*

### Quot motionum differentiæ tot exercitationum ſunt genera, ex Gal. primo de Sanitate tuenda.

*Exercitationum tria ſaltem prima annotãtur genera utique quot motionum differentiæ. Quippe aut mouentur*
- *A nobis ipſis.*
- *Ab alijs.*
- *A medicamentis.*
- → *Horum tamen tertia ſpecies ad ſanos nequaquam pertinet, ſed qui ab altero præſtatur motus, uidelicet*
  - *Nauigando.*
  - *Equitando.*
  - *Vehendo.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0143-5
DFG

## Quòd exercitationes tum uictu tum medicamentis præſtent, ex Gal. ibidem.

*Exercitationis commoda uictu ac medicamentis attenuãtibus præſtant. Nam*

*Medicamenta, quæ obſtructos meatus tum craßitudine tum abundantia tum excrementorum lentore, reſerare ualent, ea quidem tum calida tum ſicca eſſe oportet. Ideoq́; & carnem liquant, & ſolida extenuant, quod etiam ab extenuatoria uictus ratione fieri accidit.*

*Exercitationes tum ſoluere excremẽta poſſunt, tum per ſudoris meatus eijcere nullo corporis noſtri habitus incommodo. Nam ijs firmitas quædam membris accedit: cùm & naturalis ipſe calor accenditur, & ex partium intra ſe attritu duritia quædam indolentiaq́; comparatur.*

### AVIC. III. PRIMI, DOCT. II. CAP. I.

¶ *Excrementa autem, quæ demißis exercitationibus generantur in corpore, in aceruum congeſta, putreſcunt, putridas generant ægritudines, ac inde ſæpius tum temperamentorum malitiam, tum repletionis accidentia, tum tumores præter naturam generabunt: quo fit, ut putreſcentes uapores ſpiritus inficiant. Quamobrem neceſſarium erit ipſa excrementa euacuare, quorum tum eductio ſecundum plurimum non completur neque perficitur, niſi cum medicinis fiat uenenoſis, quæ proculdubio naturam frangunt. Quapropter dicebat Hippocrates medicina purgat & inueterat. Nam cum humore ſuperfluo & naturales humiditates & ſpiritus euacuantur. Quæ etſi uenenoſa non ſit, fieri tamen nequit, quin naturam detereat.*

## Quo tempore ſit exercendum corpus, ex Gal. ſecundo, de Sanitate tuenda.

**Exercitatio, quoniam**

*Digeſtionem in corpus adiuuat, non debet cùm adminiſtratur, crudi incoctiq́; cibi aut ſucci multitudo, uel in uentre uel in uenis contineri. Quoniam periculum eſt, ne in omnes animalis partes rapiatur. Nam ſi hominem, uel pituita, uel flaua bile, uel atra, uel ipſo etiam ſanguine plenum uolueris ad exercitationem perducere, aut in morbum comitialem, aut apoplexiam efficies. Si autem hæc mala non euenient, periculum imminet, ne aliquo rupto in pulmone uaſe in morbum incidat inſanabilem.*

*Exiguos meatus expurgat, & excrementa expellit, utilius eſt ante cibum eam adhiberi. Siquidem, quæ impura corpora ſunt, atq́; ab excrementis parum purgata, hæc quo magis nutries, eò magis lædes. Ex his itaque patere arbitror tum eſſe ad exercitationem commodißimum tempus, cum heſternus cibus duplici concoctione iam prorſus ſit confectus, & ea quæ in uentriculo, & ea quæ in uaſis ſanguinis agitur, ac iam denuò cibandi tempus inſtet. Quòd ſi aut prius aut poſterius exercitatione utere, aut crudis humoribus hominem impleueris, aut pallidæ bilis prouentũ auxeris. Sanè huiuſce temporis nota, color eſt urinæ. Quæ enim aquæ ſpeciem præfert, crudum adhuc in uenis eſſe indicat ſuccum eum, qui à uentriculo ſubmittitur. Quæ uerò ruffa clarioſaq́; eſt, iam dudum concoctum eſſe huiuſmodi ſuccum. Quæ modicè pallet, peractæ modo ſecundæ concoctionis eſt ſignum. Præter hæc, qui exercendi ſunt, excrementa tum alui, tum ueſicæ prius abijciantur.*

### GALENVS DE CIBIS BONI ET mali ſucci.

¶ *Ad ſanitatem tuendam, ſi corpora moderatè exercentur, mirum in modum prodeſt, ac contrà quies & ocium diuturnum maximè illis nocumento eſt. Neque enim morbo quiſquam corriperetur, ſi accuratè obſeruaret, ne in cruditates incideret, aut uehementer poſt cibum ſe exerceret. Nam ſicuti bonæ ualetudini ante cibum exercitatio maximum affert commodum, ſic qualiſcunque ſumpto cibo, motus noxius admodum eſt. Alimentum enim ex uentre ante concoctionem, in diuerſas corporis partes diſtribuitur, propter crudi humoris copiam per uenas aggeritur, quæ multiplices morbos affert, niſi aut multis laboribus is humor diſſoluatur, aut à iecinoris, uenarumq́; facultate concoctus uerſusq́; in ſanguinem fuerit.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0144-1
DFG

## Quo tempore & termino ab exercitatione ſit deſiſtendum, ex Gal. 2. de Sanitate tuenda, & Quinto.

- Qui exercetur, exercere debet corpus, quouſque
  - Intumeſcat.
  - Floridus ſpirat.
  - Motus prõptè æqualiter et cõmune edat.
  - Sudorẽ cum calido uapore miſtum cernas.
    - Nam cùm aliquod horũ fuerit mutatum, ſtatim inhibẽda exercitatio eſt quippe ſi
      - Contractior paulò corporis moles uidebitur, deſiſtendum illicò eſt. Si enim ultra quid pergat, etiam boni ſucci nonnihil educetur, atque ita corpus fiet tum gracilius tum aridius, tum ad incrementum minus habile.
      - Coloris gratia uaneſcat, ceſſandũ eſt, quando ſi exercitationem continues, corpus tunc frigidum efficies, & nimium exhauries.
      - Motus alacritas, æquabilitas uel cõcinnitas collabitur & remittitur, utiq; ſtatim deſinere conuenit.
      - Sudoris ulla accidat qualitatis quãtitatis'ue mutatio, quippe quem & copioſum & incalentem magis edi par eſt, prout motibus uehementiæ plus acceſſerit, tum ſcias digeri exhauririq;, corpus ac refrigerari ſiccariq; plus iuſto.
        - Ideò exercitatio
          - Acuta
          - Lenta
          - Multa
          - Mediocris
            - Corpus
              - Attenuat.
              - Craſſum reddit.
              - Siccat.
              - Obeſum præſtat.

## Quid agant exercitationes, quæ modum excedunt, quid ea quæ intra modum ſubſiſtunt, ex Gal. de Sanitate tuenda.

- Cogitationis mentiſq; ſegnitia ac animus omnino deſes, decoloratos atque ex nutriendi defectu graciles, ob naturalis caloris imbecillitatem homines reddant. Hunc enim calorem præter cætera, intra ſanitatis fines cuſtodire oportet tum corporis tum animi exercitijs. Nam motus qui modum non ſeruant, uituperandi ſunt, ſiue cientur ex parte animi
  - Rationali
  - Appetitoria
  - Animoſa,
    - Nam motus
      - Qui modum nimium exceſſerunt
        - Bilioſum animal reddunt.
        - Febres, Freneſim — Efficiunt.
        - Eryſipelas & cæteros calidiores affectus generant.
      - Qui intra modum ſubſiſtunt
        - Pituitoſum animal efficiunt.
        - Iecinoris, Viſcerum — Obſtructiones pariunt.
        - Epilepſiam, Apoplexiam, Fluxiones — Concipiũt.

### GAL. IBIDEM.

¶ *Nos ægros quotannis non paucos perſanauimus ſolis animi motibus ad debitum modum reuocatis.*

### IDEM II. DE SANITATE TVENDA.

¶ *Quoniam autem eorum quæ ad aliquid dicuntur, eſt, quod uehementius dicitur, fieri poteſt, ut idem motus alteri ſit exercitatio, alteri uerò non ſit. Terminus igitur uehementiæ eſto anhelitus alteratio: quando in quibus motibus nulla fit anhelitus mutatio, hos nondum exercitationes uocamus. Quòd ſi quis maius minus'ue, celerius aut crebrius, iam ex motu aliquo reſpirare cogitur, hunc certe tantus motus exercitatio fuerit. Ea igitur communiter exercitatio uocatur.*

## Quid iuuamenti exercitatis particulis, quid'ue ocio marceſcentibus nocumenti adueniat, ex Gal. de conſuetudine.

- Particulæ corporis, quæ
  - Exercentur
    - Fortiores
    - Robuſtiores
    - Solidiores
      - Fiunt, & ſecundum hoc poſſunt ferre proprios motus alijs melius.
  - Non exercẽtur,
    - Molliores
    - Imbecilliores
      - Euadunt.

## Quòd diuerſis exercitationibus ſint exercitandi, qui diuerſa patiuntur incommoda, ex Gal. lib. 5. de Sanit. tuenda.

Quos omni ætate ex leui cauſa
- Vertigines. Comitiales morbi. Grauis ophthalmia. Aurium dolores. Tonſillarum inflãmationes. Antiades. Aginæ. Gingiuarum, Vuæ — Inflãmatiões. Dentium dolores. Ceruicis, Capitis — Fluxiones. — Malè habent ijs inclinato capite dorſo'ue, aut humi uolutatis exercitari non expedit, imò ſæpe tum —
  - Ambulatione.
  - Curſu mediocri.
  - Geſtatione in uehiculis.
- Crurũ imbecillitas afficit, his ſuperiorib. partibus exercitari eſt ſatius, uidelicet
  - Chironomijs.
  - Acrochiriſmis.
  - Diſci iactu.
- Brachiorum, Crurum — Mediarum partium affectio tentat, ijs quoduis exercitationum genus idoneum fuerit, modò ne reliquarum conſiderationum ulla prohibeat.
- Thoracis affectus opprimit, ij magis inferiorum exercitatione iuuantur.
- Renum, Veſicæ — Morbus afficit, ij ſuperiorum exercitatione maximè indigent.
- Ventriculi, Lienis, Iecoris, Inteſtinorum — Morbi afficiunt, ijs tam ſuperiorum quàm inferiorum exercitatio ſaluberrima indicatur.

GAL. IBIDEM.

Corpus quod eſt aut
- Cruribus { Craſsis — Vltra quam / Gracilibus — par eſt. }
- Pectore lato.
- Thorace admodum { Exiguo. / Anguſto. }
- Valgum.
- Varum.
- Alio quouis pacto à mediocritate recedens.

— Id ad pleraſq; exercitationũ eſt ineptũ. Quippe uitioſæ figuræ thorax in iis, quæ per uocem adminiſtrantur, offenditur. Crura uerò per inambulationem læduntur. Ad eundem modum de
- Manibus
- Collo
- Humeris
- Lumbis
- Coxis
- Spina

— Intelligendum eſt.

## Quæ exercitationum pueris, iuuenibus, ſenibus'ue competentiores ſint, ex Gal. 1. & 5. de Sanit. tuenda.

Exercitationes ſecundum ætates hominibus ſunt uariandæ. Nam
- Pueri
  - Recenter nati, ualentem motum, quàm eſt, qui uehiculis, nauigijs equis'ue præſtatur, non deſiderant. Immaturi enim omnino haud cogendi ſunt, ne eorum artus diſtorqueantur. Nam per ſe tum primùm moueri pueris licet, cùm iam repere cęperunt, magiſq; etiam, cùm ingredi.
  - Tertium aut quartum annum agentes, his nauigio uehiculoq; modicè agitari licet.
  - Septenes, ualentiores motus tolerant, ita ut æquitare iam aſſueſcant. Sanè uel hac ætate facilè declaratur, quanta ſit noſtræ naturæ cum exercitijs ſocietas, cùm pueros, nec ſi concluſeris loco aliquo, prohibeas, quo minus diſcurrant, ac pullorum uitulorumq; ritu laſciuiant. quippe ſua cuiq; animanti natura ſatis eſt ad proprias conuenienteſq; exercitandas appetitiones, quibus ſanitatem ſalutemq; tueatur.
- Iuuenes optimi ſtatus corporis, ad uehementiſsimos quoſq; labores idonei ſunt: ſed quantò magis ad ſenectutem accedunt, ad mediocres.
- Senes non minus quàm iuuenes exercitationes poſtulant, cùm inſitus alioqui calor extingui in his periclitetur. Nam corporum quæ in florente ætate ſunt, non deſunt, quæ quietem poſtulant, de quibus Hippocrates prodidit. Senum uerò nemo quietem ex toto poſtulat, ſed nec exercitium uehemens. Ceu enim uentulo quodam excitari accendiq; calor eorum deſiderat: uehementiore autem deijcitur. Quæ uerò his præcipua ad ſanitatem exercitia ſunt, hæc per ualentiores corporis partes ſunt obeunda. Quippe cum quibus reliquæ ſimul mouentur exercenturq;. Porrò quibus operibus arte opus eſt, ea ne attingere quidem debebũt: non tibia, non tuba ſonare, non cithara: non magis quàm quæ in palæſtra geruntur, qui luctæ ſunt ignari. Conſuetis igitur laboribus ſenes omnes exercendi ſunt, ſed tamen uehementia eorum remiſſa.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0146-2
DFG

### GAL. IBIDEM.

¶ *Non exercitari uerò imbecillis partibus, ſolis ſenibus ſuadeo: ex cæteris quanto quiſque remotior à ſenio fuerit, tanto illi magis exercenda pars infirma eſt.*

### GAL. V. DE SANITATE TVENDA.

¶ *Conſuetudo maximam uendicat partem ad exercitationis ſpeciem deligendam. Nam quæ conſueta ſunt, ut minimè laſſant: ſicuti è diuerſo, quæ inſueta ſunt tum diſplicent, tum laxant.*

## Hipp. de Salubri diæta.

- *Exercitantes*
  - *Hyeme, his quidem*
    - *Currere*
    - *Luctari*
  - *Æſtate, his quidem*
    - *Currere minimè*
    - *Luctari parum*
    - *Ambulare in frigore*
- *Conuenit.*

## Qui ad exercitationes ignaui qui'ue animoſi ſint, ex Gal. ſecundo, de Sanitate tuenda.

- *Ad exercitationes ſunt*
  - *Ignaui,*
    - *Frigidi natura.*
    - *Plethorici.*
    - *Qui frigidos ſuccos in uentre, aut toto corpore collegerunt.*
    - *Frigidi & humidi natura.*
  - *Animoſi, qui calidi ſunt tum natura, tum acquiſititio affectu. Sunt namq; certaminis auidi, & ad actionem plus, quàm expedit, prompti.*
  - *Mediocres, neque calidi neque frigidi, nec qui animum omnino iacentem ac demiſſum, ac contentionis contumeliæq; percupidum habent: iis modò in operationibus indicia integra manent, illæſaq; ſeruantur, & prima ſtatim die, & multò magis præcedente tempore.*

### GAL. LIB. VI. DE TVENDA SANITATE.

¶ *Qui bilioſi ſunt, non acutis exercitationibus & præuegetis, ſed potius tardis & mollibus exercitari his utilius eſt. Sunt enim omnes, qui hoc ſtatu ſunt graciliores. Acutæ uerò exercitationes conſenſu gymnaſtarũ omniũ extenuant: ſed lentæ contrà corpus implent. Sunt uerò ex iis, qui impenſe calido temperamento ſunt, qui exercitari prorſus non deſiderant, ſed abundè his ſatisfaciunt inambulatio, balneum, & mollis ex oleo frictio.*

## De ſomno.

### De Somni definitione, ac eius neceſsitate, ex pluribus.

- ARIST. *Somnus eſt impotentia ſenſuum ab utili humore cerebrum imbuente ac aggrauante perueniens.*
- GAL. *Somnus eſt quies uacatioq; ab animarijs actionibus. Hunc conciliat utilis materia, quæ ex ſtomacho in cerebro colligitur: uel eſt remiſſio animæ ſecundum naturam à finibus ad principatum.*
- AVERRHOES, *Somnus eſt ligamentũ & quies ſenſuum, & reuerſio ipſorum ab inſtrumentis eorum ad partem intrinſecam corporis.*
- PAVLVS, *Somnus eſt animalium uirium requies ab utili humiditate cerebrum madefaciente proueniens.*
- AVICEN. *Somnus uniuerſaliter eſt reditus ſpiritus animalis ab inſtrumentis ſenſuum & motuum ad principium, cum quo priuantur ipſorum inſtrumenta à ſpiritibus in actu, niſi quæ neceſſaria ſunt ad hoc, ut uita permaneat.*

*Hic enim neceſſarius eſt, ut*

- *Senſus ab exercitatione quieſcant.*
- *Alimentum non modò in uentriculo cõcoquatur, ſed in toto animalis corpore.*
- *Reſolutæ corporis facultates reſtaurentur.*
- *Corpus totum, labore affectum refocilletur.*

### GAL. I. PRORRHETICORVM COMM. II.

¶ *Demonſtrauimus autem uigilantiam quidem fieri propter tum ſiccitatem, tum caliditatem primæ ſentientis partis, id eſt cerebri: ſomnium uerò ex contrarijs, cum ſcilicet ex humidi utilis copia grauetur corpus, quo modo ex crapula profundus ſomnus oritur.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0147-8

## De ſomno oportuno & importuno, ex Gal. pluribus in locis, & Paulo lib. 1. Auic. 3. 1.

- Somnus
  - Oportunus
    - Alimenta conficit.
    - Succos digerit.
    - Diſtentis ac rigidis laxationem reddit.
    - Mentem furentem cohibet.
    - Arterias humectat.
    - Calorem natiuum & humidum auget.
    - Hebetes clarificat & illuſtrat.
    - Dolores mulcet.
    - Laßitudinem ſolatur.
    - Fluxiones retinet.
  - Importunus
    - Animales facultates imbecillitate afficit.
    - Pituitam generat.
    - Pituitoſis ægritudinibus nocet.
    - Corpus infrigidat.
    - Innatum calorem extinguit, præſertim corpore inanito.
    - Caput aggrauat.
    - Memoriam deſtruit.
    - Nauſeam inducit.
    - Colorem inficit.
    - Malum totius corporis habitum gignit.

### GAL. COMMENT. DE VICTVS RATIONE in morbis acutis.

¶ Quæ ad ſomnum multum, eumq́; ſtudium quodam accerſitum inſueta fit mutatio, ſegnitiem corporis, & capitis grauitatem efficit. Humectat enim ſomnus ſpiritumq́; & effluuia cohibet. Non igitur abſque ratione in eorum, qui plurimum præter conſuetudinem dormiunt, corpore halituoſa redundant excrementa, atque ob eam rem tota ipſorum conſtitutio ex coctis ſimiliter exoluta redditur.

## De ſomno probabili & improbabili, ex Auicenna, Paulo, & alijs.

- Somnus
  - Probatur nocturnus, cùm iam cibus in ima uentriculi parte reſidet: nam ad concoctionem perficiendam longiori ſomno indiget. Id enim longè melius nocte, quàm die fieri poteſt: nec tamen ob hoc longiori tempore quàm par ſit, eſt protrahendus, etſi in his, qui optimam corporis conſtitutionem ſunt ſortiti. Nam hi ſemper tunc à ſomno excitãtur, cùm corpus ampliori quiete non eget. Id enim ſeptem aut octo horarum ſpatio perfici ſolet.

    ANNOT. PAVL. LIB. I.

    ¶ Nocturni ſomni omnium præſtantißimi ſunt. Siquidem nox naturali humiditate & quiete ſua animum in ſomnum deducens, concoctionem omnibus modis abſoluit.
  - Reprobatur
    - Inanitis: quoniam
      - Corpus
        - Infrigidat.
        - Laßitudine afficit.
      - Naturales facultates corrumpit.
    - Repletis: quoniam
      - Caloris exuperantiam, Corpus tumidum — Facit.
      - Oculorum aciem hebetat.
      - Inquietum generat.
    - Poſt exercitationẽ, balneum & euacuationem: quoniam
      - Innatum calorem extinguit.
      - Macie corpus afficit.
      - Vires imbecilles reddit.
    - À cibo ſtatim: quoniam
      - Oculis obeſt.
      - Caput replet.
      - Corpus ſtatim multis impedit modis.
    - Meridianus: quoniam
      - Humentes procreat morbos.
      - Colorem inficit.
      - Neruos imbecilles reddit.
      - Segnitiem parit.
      - Febres, Abſceſſus — Generat.
      - Memoriam ſtupidam reddit.

      AVIC. III. I.

      Nam cùm frequenter interrumpatur naturam ab eo in quo probatur, diſterminãs, ſtupidam omnino reddit.
    - Inquietus: quoniam
      - Concoctionem protrahit.
      - Flatuoſitates contrahit.
      - Confuſionem præbet.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0148-4
DFG

### PAVLVS LIBRO PRIMO.

¶ *Tempus ſomni optimum eſt à cibo, ſed interdiu captus haud omnibus eſt idoneus. Tempus enim quo obdormiſcunt, ad abſolutam ciborum concoctionem non ſufficit. Interrupta enim ante horam ſuam concoctione, à meridie reſurgentes, ſubinde acidos ructus ædunt, & flatibus replentur. Nonnulli uerò fluctuatione uentris inſtantur, niſi uel ex conſuetudine, uel ſufficienti ſomno uſi, eiuſmodi mala effugiant.*

## Quæ in ſomno ſint decubitus formæ, earumq; tum iuuamenta tum nocumenta, ex Auic. 3.1.

- *Decubitus forma*
  - *In latus*
    - Dextrum
      - *Aſtrictam aluum habentibus leuitatem præbet.*
      - *Alimenta citius in corpus diſtribuit.*
      - *Principio ſomni ſemper conueniens.*
    - *Siniſtrum* — *Competit.*
      - *Leuem habentibus aluum*
      - *Frigidum habentibus uentriculum*
      - *Iecinoris calore affectis*
      - *Concoctricem facultatem imbecillem ſentientibus*
  - *Super*
    - *Ventrem*
      - *Ventriculi concoctionem in ſanis mirum in modum adiuuat, & innatum præſeruat calorem.*
    - *Dorſum*
      - *Fluxione tentatis peſtilens eſt.*
      - *Gignit.*
        - *Phrenitidem*
        - *Comitialem morbum*
        - *Apoplexiam*
        - *Paralyſim*
        - *Ephialtim*

### ANNOTATIO.

¶ *Decubitus in ſanis. Primum in dextrum latus, deinde in ſiniſtrum fieri debet, quo cibus promptè ad uentriculi fundum deſcendat, ut à iecore illic incumbente concoctio adiuuetur.*

### GAL. II. DE MOTV MVSCVLORVM.

¶ *Supinum iacere & hiare damnat Hippocrates: decubitum autem in alterum latus laudat. Itaque ſupinum iacere & hiare non abſque actione ſtertendi, aut exolutionis, aut ebrietatis, aut ignauiæ ſunt ſigna.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0149-2
DFG

## De ſomnijs, ex Hipp. Gal. lib. de ſomnijs, Auic. 4. de Anima, Artemidore, & alijs.

*Somnium (inquit Artemidorus) eſt motus aut figmentum animæ multiformæ ſignificantium futurorum bonorum aut malorum. Conciliator, eſt phãtaſma factũ à motu ſimulachrorũ dormientis, in eo quòd dormit, & eſt uel*

- *Diuinum, ſeu cœleſte eſt, quod à diuinis ſiue cœlorum animabus cauſatur, quæ motores etiam dicuntur orbium, operantes quandoque formam in imaginatione ſecundum cõparationem eorum: & comperationem animarum ipſorum ſecundum aptitudinem. Quoniam animæ noſtræ habent maiorem comparationem cum ſubſtantijs ſeparatis, quàm cum corporibus ſenſibilibus, quo fit, ut ſint eiuſmodi ſomnia cæteris ueriora.*
- *Animale, nullius aut quàm paucæ ueritatis exiſtit: eſt enim magis illuſio eorum quædam circa quæ anima fuit ſollicita & occupata in uigilia: ceu fameſcenti repræſentantur cibi, appetentiq; mingere cloaca, & ſtrepitus agonizanti.*
- *Naturale, quod multis fit modis, uel*
  - *Dominio temperamenti naturalis.*
  - *Exuperantia nõnullorũ humorũ, in corpore exiſtentiũ, ut*
    - *Sanguinis*
      - *Nuptias.*
      - *Conuiuia.*
      - *Dulcia alimenta.*
      - *Sanguinem è corpore manantem.*
      - *Rem quamlibet rubentem.*
      - *Muſicos concentus.*
      - *Reges.*
      - *Prælatos.*
      - *Principes.*
    - *Bilis*
      - *Incendia.*
      - *Fulgura.*
      - *Æſtus.*
      - *Hypocauſta.*
      - *Balnea.*
      - *Prælia.*
      - *Lites.*
      - *Aurea ueſtimenta.*
      - *Milites.*
      - *Prædones.*
      - *Carnifices.*
      - *Lictores.*
      - *Ebrioſos.*
      - *Arbores florentes & infructuoſæ.*
    - *Pituitæ*
      - *Niues.*
      - *Glaciem.*
      - *Frigus.*
      - *Imbres.*
      - *Grandinem.*
      - *Maria.*
      - *Flumina.*
      - *Nudas arbores.*
      - *Res albas.*
      - *Nautas.*
      - *Piſcatores.*
    - *Atræ bilis*
      - *Fumum.*
      - *Caliginem.*
      - *Profundas tenebras.*
      - *Terrores.*
      - *Cruciatus.*
      - *Mortuorum cadauera.*
      - *Calcodæmones.*
      - *Æthiopes.*
      - *Cerdones.*
      - *Cementarios.*

### GAL. I. PRORRHETICORVM.

¶ *Ex ſanorum genere, his quidem, qui ieiunè parciusq; ſunt cibati, ſomnia conſpicua fiunt: repletis uerò temulentisq; ita, ut uiſis uidui deſtitutiq; uideantur, phantaſmatibus propter obſcuritatem paruitatemq; ita effluentibus, ut ne reliquias quidem, & ueſtigia in memoria relinquant: ſic & affectiones, quæ cum cerebri humiditate fiunt, comatoſæ ſunt, ſomniculoſæ & uiſis deſtitutæ.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0150-3

## Somnia tum ſanitatem tum ægritudinem monſtrantia, ex Hipp. & Gal. de Somnijs.

*Somnia repræſentantia*

- *Aſtra cœleſtia, agilia ſplendentiaq́; etſi etiam uideantur de cœlo labi, uel de loco ad locum moueri.*
- *Mortuos, puris ueſtibus albis inductos, qui puri aliquid tribuant.*
- *Deos aliquid boni uel pulchri dantes.*
  - → *Sanitatem promittunt & proſperitatem.*
- *Corpora ipſa cœleſtia obſcuritate affecta, præſertim cum ad occaſum uel ad ueſperã ferri cernuntur aut in mari, aut in terra, aut ſurſum omnia, quæ in mare feruntur. Quæ in terra, tubercula: quæ uerò ſurſum, capitis deſluctiones moliuntur.*
  - → *Ventris morbos indicant.*
- *Mortuos nigris ueſtibus amictos, qui aliquid demant, ſemper aliquid mali præſagiunt.*
- *Puteos uel fontes agitatos, flatus circa ueſicam coaceruari minantur.*
- *Mare perturbatum, uentris morbos indicant.*
- *Formas peregrinas perterrentes*
  - *Repletionem ciborum*
  - *Bilis ſecretionem*
  - *Periculoſum morbum*
    - → *Præ ſe ferunt.*
- *Monſtra terrifica*
- *Formas peregrinas*
- *Hoſtes armatos*
- *Fluuium tranſitiones*
  - → *Inſaniam futuram deſignant.*
- *Tranſitus per anguſta loca, anhelitus anguſtiam oſtendunt.*
- *Grauedinem aliquem opprimentem*
- *Curſum aut uolatum*
- *Deambulationem per cœnum & loca fœtida*
- *Manſionẽ in uiridarijs & bene olentibus locis*
  - → *Indicant humorum*
    - *Ingentem molem.*
    - *Leuitatem.*
    - *Putredinem.*
    - *Munditiam.*

GALENVS.

¶ *Quæ in ſomnijs uel uident, uel ſe facere putant ægrotantes, quæ ſæpiſſimè nobis & ad defectus & ad exceſſus, & qualitates denique humorum cognoſcendas conducunt.*

## De uigilijs,

### Ex Gal. Medicæ finitionum, Methodi medendi, lib. 12. de Sanit. tuenda, lib. 3. ſecundo & tertio Aphoriſ. ac alijs in locis, Auic. 3. 1.

*Vigilia, eſt intenſio animæ à principio ad corporis partes omnes, atque particulas: quæ ſi fuerit*

- *Temperata*
  - *Senſus admodum excitat.*
  - *Vires ad functiones componit.*
  - *Corporis excrementa reſoluit.*
- *Excedens*
  - *Cerberi temperaturam corrumpit.*
  - *Delirium facit.*
  - *Humores adurit.*
  - *Acutos excitat morbos.*
  - *Famelicos homines efficit.*
  - *Maciem inducit.*
  - *Concoctricem facultatem imbecillem reddit.*
  - *Spiritus reſoluit.*
  - *Caput uaporibus replet.*
  - *Corporis ſplendores reficit.*
  - *Profundos reddit oculos.*
  - *Calorem auget.*
  - *Bilem accendit.*

## De repletione cibi ac humorum in humano corpore, ex Gal. primo Aphoriſ. lib. de Plenitudine, & XIII. Methodi medendi.

Plenitudo, quæ Græcis πληθώρα dicitur, eſt duplex:
- Qualitatis nudæ, citra humoris exceſſum, ubi ſcilicet ſanguis aut alius quiſpiam humor uel calidus, uel frigidus, uel craſſus, uel tenuis plus iuſto eſt affectus.
- Quantitatis
  - Cibi Græcis πλησμονὴ, Latinis uerò ſatietas dicitur: & eſt duplex, aut ad
    - Vaſorum amplam capacitatem, ubi ſcilicet tanta alimentorum copia aſſumatur, ut inde uentriculum diſtendi contingat.
    - Virtutem, ſcilicet ubi plus cibi ingeritur, quàm natura noſtrum corpus gubernans conficere queat.
  - Humorum, uel
    - Omnium, quæ Græcis πλῆθος καὶ πληθώρα, Latinis uerò plenitudo & multitudo appellatur: quæ fit quando æqualiter omnes humores adaucti ſunt, & eſt duplex, aut ad
      - Vaſa, ubi ſcilicet tanta ſit humoris ſiue ſanguinis copia, ut ipſa diſtendantur.
      - Virtutem ubi uidelicet tanta ſit humorum multitudo, quæ uirtutem ipſam opprimat.
    - Vnius, quæ κακοχυμία, Latinis uerò ſuccus uitioſus appellatur. Accidit enim hæc, ubi flaua bilis, uel atra, uel pituita, uel humorum ſeroſitate refertum fuerit corpus. Nam ſi lutea ſolùm, & flaua dicta bilis aliquando (ut in ictericis) ſuperfluit, non etiã talis affectus plenitudo, aut plethorica diſpoſitio nuncupanda uenit, ſed κακοχυμία, id eſt humorum uitium. Itidem quoque in atra bile & pituita.

### GAL. LIB. DE PLENITVDINE.

¶ Plenitudo eſt humorum in animantis corpore exuperãtia. Nihil eſt igitur, ut neq; humorum ſingillatim ſpecies, neque cacochimiæ hoc ſermone cupias audire, ſed cum uniuerſi iuxta priſtinam proportionem aucti fuerint, aut unus ex iis breuem quendam ceperit exceſſum. Debet itaque ſanguis in plethoricis diſpoſitionibus exceſſum ampliſsimum adipiſci, aliorum uerò humorum nullus.

## De inanitione ſeu euacuatione, ex Galeno.

Inanitio, ſeu uacuatio eſt, peccantium humorum excretio, quorum alij
- Superuacui ſunt: & hi à ſanguine, ut naturæ ſecreti, tanquã alendo corpori inutilem procul expelluntur. Nam profunditur
  - Bilis ad fellis ueſiculam
  - Ater ſuccus in lienem
  - Seroſitas per renes ad ueſicam,

  Hos à benigno iecoris et uenarum ſanguine natura ſeiungit, ut
  - Sudores ex halitu corporis.
  - Mucum nariũ ex cerebro.
  - Sputũ ex pulmonibus.
- Propriè ſucci ſunt, quorũ ſubſtãtia corpus nutritur, ut ſunt
  - Venarum ſanguis.
  - Humores, qui ſecũdarij dicũtur, & ſunt 4.
    - Primus, quem primogenitum uocant, eſt uiuentium uitalis ſpiritus ſedes in ſolida ſubſtantia poſitus, à quo partium robur & firmitas exiſtit.
    - Secundus, eſt carnoſa uocata ſubſtãtia, quæ ceu concretus liquor fibris adhæreſcens, molles ſit ſimilarium partium.
    - Tertius, is eſt quo partes ſingulæ aluntur, ceu ros aliquis per ſimilarium partium ſubſtantiã diffunditur, deinde propius illis adductus apponitur, poſtea annectitur & agglutinatur, adhæreſcentibusq; tandem in partis ſubſtantiam conuertitur & aſsimilatur, fitq; tunc ex hoc ſecundum humoris genus, quod cambium uocant.
    - Quartus, in exilibus arterijs uenisq; continetur: hinc mox ex earum finibus in uacua partium loca influxurus, eſtq; purioris ſanguinis portio multiplici concoctione exquiſitè elaborata.

Hi enim corpori inſidẽt quandoque
- Secundum naturã, uidelicet quoties
  - Venarum ſanguis
  - Humores ſecundarij
  - Bilis flaua in ſua cyſti
  - Ater ſuccus in lienem

  Decoram & cõſentaneam tum quantitatẽ tum qualitatem obtinet, & ſanitas integrè conſiſtit.
- Præternaturam, uidelicet quoties humores tam principales quàm ſecundarij à ſua naturali cõſtitutione, tam in quãtitate quàm in qualitate recedunt.

*Finis ſecundæ partis Theorices.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0152-5 DFG

# ΠΑΘΟΛΟΓΙΚΗ.

## Pathologia, tertia pars Theoricæ, res præternaturam continens, ut morbos, ſymptomata, eorumq́ cauſas.

### De differentijs morborum ſimilarium, ſimplicium & compoſitorum, ex Gal. de Morborum differentijs, cap. 4. 5. & 12.

Morbus eſt affectũs præter naturã, actionem primò lædens, & eſt uel

- Partis ſimilaris
  - Simplex, et eſt intemperies ſola primarũ 4. qualitatum
    - Calida, eueniẽs
      - Intrinſecus
        - Corpore toto, ut febris.
        - Parte una, ut calor nimius
          - Pedum.
          - Manuum.
      - Extrinſecus
        - Ambuſtio à ſole uel igne.
        - Calor immodicus à nimio motu uel alia cauſa calefaciente.
    - Frigida
      - Intrinſecus
        - Apoplexia.
        - Epilepſia.
        - Conuulſio, &c.
      - Extrinſecus, ut congelatio totius uel partis à frigore uehementi.
    - Humida, ut quibuſdam partibus laxitas, & mollities tactu & uiſu perceptibilis.
    - Sicca, ut maraſmus totius uel partis.
    - (Humida & Sicca:) Hæ intrinſecus tantùm fiunt, nulla extrinſecus affluente cauſa.
  - Compoſitus: et eſt intẽperies
    - Sine materia
      - Calida & humida.
      - Calida & ſicca.
      - Frigida & humida.
      - Frigida & ſicca.
    - (Simplex & Sine materia:) Omnes hi morbi, niſi ſint magni, difficulter à medicis noſcuntur.
    - Cum materia
      - Vnius humoris
        - Sanguinis, ut Phlegmone.
        - Bilis, ut in Eryſipelate & herpete.
        - Pituitæ, ut in Œdemate.
        - Atræ bilis, ut in Scirrho, cancro.
      - Pluriũ
        - Æqualiter
          - Omnium, nomen accipit ab omnibus.
          - Duorũ, ut
            - Sanguinis &
              - Bilis, Phleg. & Eryſipelas ſimul.
              - Atræ bilis, Phleg. & Scirrh. ſimul.
              - Pituitæ, Phleg. & Œdema.
            - Bilis &
              - Atræ bilis, Eryſipelas & Scirrhus.
              - Pituitæ, Eryſipelas & Œdema.
            - Atræ bilis & pituitæ, Scirrhus & Œdema ſimul.
        - Inæqualiter, ut
          - Phlegmone
            - Eryſipelatodes.
            - Œdematodes.
            - Scirrhodes.
          - Eryſipelas
            - Phlegmonodes.
            - Œdematodes.
            - Scirrhodes.
          - Œdema
            - Phlegmonodes.
            - Eryſipelatodes.
            - Scirrhodes.
          - Scirrhus
            - Phlegmonodes.
            - Eryſipelatodes.
            - Œdematodes.
          - (Inæqualiter:) Nomen à uincenti humore denominationem à miſto accipiunt. Huc reducuntur ſtrumæ, phymeta, lepra, pſora, &c.
      - (Cum materia:) H' morbi neminem latere poſſunt: qa faciunt tumorẽ præter naturã.
- Inſtrumentalis, *
- Vtrique parti communis, & uocatur hic morbus Vnitatis ſolutio. #

## De differentijs morborum inſtrumentalium, ſimplicium & compoſitorum, ex Gal. de differentijs morborum, cap. 6. 7. 8. 9. 10. 13.

- * Morbus inſtrumentalis
  - Simplex: quadruplicem habet differentiã. Naſcitur enim quãdo uel à naturali habitu decedit
    - Conformatio, eiusq; morbi uel ſunt
      - Aduentitij, quando uel
        - Figura uitiatur, ut
          - Simitas à natura, ictu & caſu.
          - Vacitas.
          - Varitas.
          - Luxatio membrorum.
          - Mala curatio fractorum oſsium.
          - Callus eminentior innatus articulis.
          - Cordis, pulmonis, & reliquarum partium uitioſa figura, à qua etiam meatus aliquis ut plurimum uitiatur.
        - Magnitudo & multitudo cauitatum
          - Nimis patentium.
          - Clauſarum: id quod multis modis fit, uel
            - Obſtructione.
            - Meatibus coaleſcentibus.
            - Inflammatione.
            - Craſsis, lentis, uiſcidis humoribus.
            - Exiccatione partis.
        - Partes leues fiunt aſperæ, ut fauces aſperæ factæ, generatur tuſsis.
        - Partes aſperæ fiunt leues, ut oſſa quæ carnes retinent.
      - Natiui, qui in utero matris contrahuntur, à prima conformatione peccante.
    - Numerus, in eo uel
      - Abundantia
        - Naturalia, quæ ſunt uel
          - Cauſæ morborum, ut
            - Manus ſex digitorum.
            - Tubercula } Quæ meatus obſtruunt.
            - Varices — } Quæ meatus obſtruunt.
          - Morbi, ut pterygion in oculo. Nam cùm pupillam totam obſcurauerit, actionem impedit.
        - Prorſus non naturalia, uel
          - Cauſæ morbi
            - Lapis in ueſica.
            - Lumbrici.
            - Grando in oculo.
          - Morbi
            - Suffuſio.
            - Lepra.
            - Vitiligines.
            - Atheromata, Steatomata.
            - Meliceridès, Acrochordones.
      - Defectus
        - A prima generatione quædam
          - Radicitus perierunt.
          - Veluti ex dimidio mutilata ſunt.
        - Poſtquã animal in lucem editum eſt, ut amiſſo
          - Digitorum
            - Manuum.
            - Pedum.
          - Cruris.
          - Cubiti.
          - Venarum uaricoſarum.
          - Glandularũ induratarum.
          - Dentium.
          - Gurgulionis.
          - Aurium, narium.
          - Harum quædam
            - Vnam tantùm functionem obtinent, & cum hæ læduntur, ſunt cauſæ morborum.
            - Duas functiones obtinent, quæ cùm læduntur, duplicem habent rationem, nempe cauſæ & morbi.
    - Magnitudo, quando partes
      - A prima generatione
        - Increſcunt, ut quando lingua ad tantam magnitudinem increſcat, ut ad nullam partem oris ſeſe flectere poſsit.
        - Minuuntur, quando lingua adeò exigua eſt, ut non omnes eius partes attingat.
      - Poſt ortum animalis
        - Increſcat, ut
          - Priapiſmus.
          - Caro ſupercreſcens in ulceribus.
          - Auctio teſticulorum, mammarum.
          - Struma immoderatius aucta.
          - Oculorum anguli aucti, &c.
        - Minuĩtur, ut
          - Oculorum anguli diminuti.
          - Atrophia, id eſt cibi defectus.
          - Tabes.
    - Compoſitio, in
      - Poſitu
        - Luxatio } Articulorum.
        - Commotio } Articulorum.
        - Epiplocele, quando omentum in ſcrotum deuoluitur.
        - Enterocele, quando inteſtinum in ſcrotum deuoluitur.
      - Conſenſu inter ſeſe uicinarum partium, quæ à naturali habitu diſcedunt, ut
        - Si ligamentum uel laxum, uel nimium intentum uel abruptum fuerit, ut impediat in ea parte motum articulis debitum.
        - Immodica uincula
          - Linguæ.
          - Pudendorum.
        - Partes omnes, quæ ob ulcus præternaturam coaleſcunt, ut
          - Labia.
          - Palpebræ.
          - Digiti.
          - Sedes.
  - Compoſitus
    - Proprius eidem inſtrumento, ut in oculo ſuffuſio cum pterygio, in lingua magnitudo nimia & aſperitas.
    - Accidens eidem, ut ceratoidis eroſio, prolapſus rhagoidis, & pupillæ contortio. Hi tres affectus ſunt oculi morbi per accidens, & non proprij. In ophthalmia, phlegmone, cohærentis tunicæ morbus proprius eſt, oculi uerò per accidens.
    - Proprius ac accidens ſimul, ut luxatio cum phlegmone.

¶ Poteſt etiam morbus inſtrumentalis componi cum unitatis ſolutione, quemadmodum in tumoribus præternaturam.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0154-6
DFG

## De differentijs morborum, tam partibus ſimilaribus quàm inſtrumentalibus, communium, ſimp. & compoſitorum, ex Gal. de morb. diff. cap. 11.

- *Morbus utrique parti communis, ideſt unitatis ſolutio, uel*
  - *Simplex, in*
    - *Carne, ut*
      - *Vulnus.*
      - *Vlcus.*
      - *Contuſio.*
      - *Illiſio, cùm cauitas manet ab ictu inducta.*
    - *Oſſe*
      - *Capitis*
        - *Fiſſura ſeu rima.*
        - *Ruptio.*
        - *Contuſio in oſsibus capitis mollibus.*
        - *Inciſio.*
      - *Alio*
        - *Fractura.*
        - *Caries, ab humoribus acribus facta.*
    - *Venis, ruptio.*
    - *Neruis, conuulſio.*
    - *Cute, excoriatio.*
  - *Compoſita*
    - *Secum, ut fractura cum ulcere, ulcus cum conuulſione, eroſione, ruptura, &c.*
    - *Cum morbis partium uel*
      - *Similarium, intemperiei*
        - *Simplicis, ut ulcus cum ruptura, uel fractura, uel conuulſio, &c. cum*
          - *Calore.*
          - *Frigore.*
          - *Humiditate.*
          - *Siccitate.*
        - *Compoſitæ, ut ulcus uel ruptio, uel conuulſio, &c. cũ*
          - *Calore & humiditate.*
          - *Calore & ſiccitate.*
          - *Frigore & ſiccitate.*
          - *Frigore & humiditate.*
      - *Inſtrumentaliũ, ut*
        - *Vlcus cum membrorum luxatione.*
        - *Vlcus cũ lapide in ueſica, &c.*
      - *Similarium & inſtrumentalium, ut ulcus cum*
        - *Phlegmone.*
        - *Carbone.*
        - *Eryſipelate.*
        - *Herpete.*
        - *Œdemate.*
        - *Scirrho.*

*Ab his morbis partes triſariàm à naturali habitu recedunt. Etenim ob ulcus, partium ſuarum unitatem amittunt. Ob phlegmonẽ uerò, naturali ſua temperie calidiores. Deniq; tumor in ipſis, ſi ad tãtam magnitudinem attollatur, ut ob hanc ipſam, functio impediatur, morbus cenſeri debet.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0155-2

## De cauſis morborum ſimilarium, ſimplicium & compoſitorum, ex Gal. de morborum cauſis, cap. 2.3.4.5.6.

- **Cauſa morbi**
  - Antecedens, præcedens ſeu interna, eſt affectus uel motus præter naturam, in ipſo animali conſiſtens.
  - Euidens ſeu externa, quæ etiam Procatarctica uocatur, quæ extrinſecus adueniens, uehementer alterat, & immutat corpora.

- **Cauſæ internæ & externæ morborũ, partiũ ſimilarium,**
  - Simplicium
    - Calidorum
      - Motus
        - Mediocris, & nullum gignit affectum.
        - Magnus, & tunc facit uel
          - Laßitudinem, ſi eſt ſaltem in
            - Muſculis.
            - Articulis.
          - Febrem, ſi cor unà cum toto corpore afficitur.
          - Huc etiam refertur ira, quæ propter motum nimium ſanguinis circa cor febrem interdum accendit.
      - Putredo humorum, & interdum etiam partium, in quibus hi putreſiunt, ut in eryſipelate, herpete, phlegmone, carbunculo, phygetlo. Hi ſi ſimul totum corpus calefaciunt, febrem quoque accendunt.
      - Vicinitas corporis calidi, uel
        - Intra corpus, ut in eryſipelate, & omnibus calidis morbis, uicina ſemper pars afficitur.
        - Extra corpus, cum ab igne uel ſole, &c. caleſit.
      - Conſtipatio. Hæc cute denſata per frigus, balneum aquæ aluminoſæ, uel alterius huiuſmodi uaporum tranſpirationem prohibet, qui ſi ſint fuliginoſi febrem cumulati accendunt.
      - Materia calida & acris
        - Alimentum calidum acre, ut
          - Allium.
          - Porrum.
          - Cæpa.
          - Vinum uetus, &c.
        - Medicamenta acria, & alexiteria & amuleta.
      - Atq; ut hæ cauſæ febrē excitent, opº eſt
        - Quantitate, ut ipſæ ſint ſatis fortes & ualidæ.
        - Tempore, nempe ut durent. Non enim ſtatim accenduntur.
        - Corpore quod ab his afficitur, habile ad ſuſcipiendũ talem affectũ, & tunc facilè à tali cauſa imprimatur febris.
    - Frigidorum
      - Motus immodicus, & ocium.
      - Rarefactio totius uel partis, calorem natiuum dißipans, ut
        - Medicamenta rareſacientia.
        - Aër circunfuſus calidus.
      - Vicinitas corporis frigidi
        - Actu, ut niuis, glaciei, aquæ & aëris frigidi.
        - Potentia, ut balnei aquæ dulcis immodici & intempeſtiui.
      - Conſtipatio maxima, totius uel partis, facta
        - Interceptione arteriarum ob
          - Sanguinis redundantiam, ita ut nullus in ipſis uacuus relinquatur locus, in quem arteriæ, dum attolluntur, aërem frigidum attrahere poßint.
          - Ora earum obſtructa, ita ut excrementa nullam habeant tranſpirãdi uiam. Quæ ſi ſint
            - Fuliginoſa
              - Pauca, et ſtipatio praua fit, febris excitatur.
              - Multa, calor naturalis extinguitur.
            - Halituoſa
              - Plethora fit, ſi uita fuerit deſes ac otioſa.
              - Corpus calidius, ſi corpora exercitantur.
        - Aëre frigido, aquis frigidis & aſtringentibus.
        - Vinculis uiolentis.
      - Materia frigida
        - Cibus & potus
          - Quantitate nimia ſumptus. Nam cibi optimi, uel uinum in nimia quantitate ſumpta, refrigerant, quamuis modicè ſumpta, calorem augeantur.
          - Qualitate frigidus.
        - Medicamentum, ut
          - Papauer.
          - Cicuta.
          - Mandragora.
          - Hyoſciamus, &c.
    - Siccorum
      - Tranſpiratio plurima.
      - Cibus & potus parcior & natura ſiccior.
      - Curæ / Vigiliæ — immodicæ.
      - Aëris conſtitutio ſicca.
      - Aquæ naturam habentes
        - Sulphuris.
        - Nitri.
        - Aluminis.
      - Medicamenta exiccantia.
    - Humidorum
      - Cibus & potus copioſior, & natura humidior.
      - Animi tranquillitas, ut
        - Somnus.
        - Mollis educatio.
        - Vita ocioſa.
        - Vitæ ignauia.
      - Tempus & aëris conſtitutio humida, ut hymbres plurimi.
      - Crebræ aquarum dulcium balneæ.
      - Medicamenta potentia humida.
  - Compoſitorum, ex intemperie
    - Sola
      - Calidorum & humidorum, calidæ & humidæ.
      - Calidorum & ſiccorum, calidæ & ſiccæ.
      - Frigidorum & humidorum, frigidæ & humidæ.
      - Frigidorum & ſiccorum, frigidæ & ſiccæ.
      - Calidorum & frigidorum, calidæ & frigidæ, / Humidorum & ſiccorum, humidæ & ſiccæ, — Hæ duæ coniugationes faciũt intemperiem inæqualem in toto uel in parte.
    - Cum materia
      - Calidorum & humidorum, ut phlegmones, ſanguis calidus & humidus.
      - Calidorum & ſiccorum, ut eryſipelatis, bilis flaua calida & ſicca.
      - Frigidorum & humidorum, ut œdematis, pituita frigida & humida.
      - Frigidorum & ſiccorum, ut ſcirrhi, atra bilis frigida & ſicca.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0156-8

De cauſis morborum, partium inſtrumentalium, ſimplicium & compoſitorum, ex Gal. de Morborum cauſis, cap. 8. 9. & 10.

- Cauſæ internæ et externæ morbor͞u. partium inſtrumentalium,
  - Simplicium
    - Conformationis
      - Figuræ uitiatæ
        - Malus conformator
          - In utero matris, ob
            - Motus naturalis ſpermatis impedimentum.
            - Nimiam materiæ quantitatem.
            - Materiæ qualitatem non idoneam.
          - Extrinſecus, ob errorem uel
            - Obſtetricis in
              - Inuoluendo faſcijs infantem adhuc mollem & fluxilem.
              - Erigendo, reponendo & mouendo uehementius, ut per ſtationem & ambulationem.
              - Deligando ſtrictius partem aliquam.
            - Illius ipſius, in
              - Mouendo immodicé, ut cùm ægrotus membrum ad uſum accommodet priuſquam firmus conſtiterit callus.
            - Medici, in
              - Deligando & formãdo membra non probé, & ipſorum figuram inuertendo.
        - Plenitudo uel defectus
          - Partis unius, cuius figura deprauatur uel
            - Primaria ratione, ut
              - Naſus ſimus, Aures acutæ, Labra craſſa → Elephãtiaſi uidentur. Atq; in totum qui ſic laborant ſatyris ſimiles ſu nt
              - Nares acutæ, Collapſa tempora, Oculi concaui, Scapulæ & brachia in alarum modum porrectæ → In phthiſicis deprehenduntur.
            - Per accidens ob
              - Neruorum reſolutionem, & trahitur à muſculis, qui adhuc actione ualent.
              - Conuulſionem, & à muſculis trahitur conuulſis.
              - Phlegmonem, Scirrhum, Præduram cicatricem inductam → Omnes partes proximas intendendo trahunt.
              - Diſſectionem
                - Tendonum, Neruorum → Quemadmodum in reſolutis.
          - Corporis totius, ut
            - Elephas, Tabes → Qui morbi plané formam immutant.
      - Aſperitatis
        - Humores acres, Medicamenta abſtergentia, Puluis, Fumus (Vt in oculis,) → Huiuſmodi uitia in oſſibus & carnibus uidere eſt. Si autem hi fuerint ualentiores, in oſſe cariem efficiunt, in carne uerò ulcus. Si autem modicé ſint, ſolùm aſperitatem gignunt.
      - Leuitatis, humor
        - Pinguis.
        - Viſcoſus.
      - Cauitatis, ſeu meatus partium internarum omnino amiſsi, aut læſi per
        - Coalitum, ut ſi ſuperficies interna exulceretur, & poſtea coaleſcant partes.
        - Anguſtiam
          - Caruncula, uel tuberculum.
          - Phlegmone, Scirrhus, abſceſſus, & cæteri tumores præternaturam inſtrumenti internã cauitatem comprehendentes.
        - Obſtructionem
          - Humor lentus & craſſus.
          - Callus.
          - Grumus.
        - Compreſsionem, ut ſi aliquid extrinſecus incidat & uehementius comprimat.
        - Subſidentiam in ſeſe
          - Aſtringentia, frigus.
          - Siccantia, ſeu areſacientia.
          - Facultas retentrix immodicé mouens.
        - Patefactionem
          - Excretricis facultatis motus immodicus.
          - Contentricis imbecillitas.
          - Medic. aut aqua aperiendi uim habens.
          - Mollicies immodica inſtrumentorum.
          - Aër humidus & calidus.
    - Numeri ✱
  - Compoſitorum □

- ✲
  - Numeri
    - Deficientis, uel partis
      - Reſectio.
      - Vſtio.
      - Putrefactio uel ob
        - Medicamenta, quæ ſuapte natura putrefacere poſſunt.
        - Excrementa in ipſo animali genita.
        - Ea, quæ tranſpirationem impediunt.
      - Refrigeratio nimia.
    - Superflui
      - In utero
        - Naturali ſpecie: Vtilis materiæ multitudo.
        - Specie præternaturam: Inutilis materiæ multitudo.
      - Extrinſecus
        - Caro ſupercreſcens in ulcere.
        - Phterygion in oculis.
  - Magnitudinis
    - Auctæ
      - Vtilis materiæ magnitudo.
      - Virtus ualida.
    - Minutæ
      - Vtilis materiæ defectus.
      - Potentia non ualida.
  - Compoſitionis præternaturam
    - Poſitionis
      - Subitarius & uehemens motus.
      - Intemperies humida in articulis, à qua ligamenta humefiunt & luxantur nimium.
      - Fractio ſuperciliorum in ſinibus coxarum.
      - Prominentia ſuperficiei ab initio cotylæ
      - (Hæc omnia inter luxationum cauſas enumerantur.)
      - Meatus à peritonæo ad teſticulos pertingens dilatatus uel ruptus, &c.
    - Conſenſus
      - Inepta coaleſcentia partium.
      - Vinculum / Ligamentum: Laxum, intentum aut ruptum, &c.

☐ Compoſitorum, facilè inueniuntur: quoniam ex ſimplicibus iam dictis componuntur.

## De cauſis morborum utriq; parti communium id eſt ſolutionis unitatis, ſimp. & comp. ex Gal. de Morb. cauſis, cap. 11.

- Cauſæ morborum utriq; parti communium (id eſt unitatis ſolutionis)
  - Simplicium
    - Internæ, ut
      - Motus repentinus, inæqualis & ualidus. Idcirco ueteres antequàm ſe mouebant, ungebant ſe prius & fricabant.
      - Humores
        - Acres ſeu erodentes.
        - Praui.
      - Plenitudo ad uaſa.
    - Externæ
      - Erodentia, ut
        - Ignis.
        - Medicamenta acria & cauſtica.
      - Tendentia & rumpentia / Frangentia & contundentia, Vt
        - Caſus ab alto.
        - Corpus ualidum & durum irruens.
      - Incidentia, ut
        - Acuta.
        - Ad ſecandum habilia.
  - Compoſitorum, ex iam dictis facile cognoſcuntur.

## De ſymptomatum differentijs, actionum animalium, uitalium & naturalium, ex Gal. de Sympt. dif. cap. II. III, & IIII.

- Symptoma, eſt affectus morbum ſequens. Horũ alia ſunt—
  - Functionum noxæ
    - Animalium
      - Senſibilium
        - Viſus
          - Abolitus, cæcitas.
          - Debilis, amblyopia.
          - Deprauatus, hallucinatio.
        - Auditus
          - Abolitus, ſurditas.
          - Debilis, grauis auditio.
          - Deprauatus, obauditio.
        - Odoratus
          - Abolitus.
          - Debilis.
          - Deprauatus.
        - Guſtus
          - Abolitus.
          - Debilis.
          - Deprauatus.
        - Tactus
          - Abolitus.
          - Debilis.
          - Deprauatus.
          - Dolor.
        - Primi ſenſus inſtrumenti & communis omnium
          - Vigilia.
          - Veternus.
      - Motricum, motus—
        - Abolitus, in
          - Parte una, paralyſis, id eſt, reſolutio
            - Neruorum — Dicitur.
              - Reſpiratoriorum, apnæa
              - Vocalium, aphonia
              - Linguæ, ſermonis uitium
            - Muſculorum — Dicitur.
              - Colli, Veſicæ — Inuita urina
              - Sedis, ſtercoris deiectio
          - Toto corpore
            - Tantùm, paralyſis.
            - Cùm principium facultatum reſolutione, apoplexia.
        - Debilis, ſtupor.
        - Deprauatus
          - Conuulſio, eſt inuoluntaria retractio muſculorum & neruorum, ad ſuam originem, uel in
            - Vna parte
              - Muſculis.
              - Ventriculo, ut ſingultus.
              - Pene rigido
                - Quodammodo conuulſiones ſunt.
            - Toto corpore
              - Tantũ
                - Tetanos.
                - Epiſthonos.
                - Emproſthonos.
              - Cùm læſione principũ facultatum, ut epilepſia.
          - Tremor, eſt motus præter uoluntatem partium, quo ſurſum & deorſum uicibus permutatis ferantur.
          - Horror, inæqualis totius corporis concuſsio & turbatio.
          - Rigor, eſt motus, qualis in horrore, ſed maior.
          - Sternutamentum, efflatio eſt uehemens, qua nares, uentriculi anteriores cerebri, oſſa ethmoidea repurgantur.
          - Tuſsis uehementiſsima quædam efflatio eſt, quo plurimus ſimul, celerrimeq́; foras actus ſpiritus, attrahat propellatq́; ſuo impetu, quæ uias ſuas obſtruunt.
          - Pandiculatio, eſt motus & diſtentio omnium membrorum ad diſflationem uaporum ex eis.
          - Oſcitatio, expultricis uirtutis motus, ad diſcutiendum ſpiritus flatuoſos maxillæ inferioris.
      - Principum
        - Imaginatio
          - Abolita, ut caros, catalepſis, &c.
          - Debilis, coma, lethargus.
          - Deprauata, delirium.
        - Cogitatio
          - Abolita, dementia, ſtultitia.
          - Debilis, fatuitas, ſtultitia.
          - Deprauata, delirium.
        - Memoria
          - Abolita, obliuio.
          - Debilis torpor.
          - Deprauata, delirium.
    - Vitalium, &c. *
    - Naturalium †
  - Affectus corporis noſtris. △
  - Quæ immodica, &c. ‡

- * Vitalium, pulſus
  - Abolitus
  - Debilis
  - Deprauatus
  - → De his in quarta theoricæ parte.
- † Naturalium
  - Attractio
    - Abolita, ut in uentriculo, cùm is omnino nihil attrahit.
    - Debilis, quando uix & difficulter & multo tempore attrahit.
    - Deprauata, ut cùm uentriculus inter trahendum quaſi palpitat, aut tremit, aut concutitur, aut conuellitur.
  - Retentio
    - Abolita, cùm uentriculus cibos, coctionis tempore omnino non comprehendit, ut in lienteria.
    - Debilis, cùm uentriculus cibum non probè amplectitur, & tum fiunt fluctuationes.
    - Deprauata, cùm uentriculus ſaltu quodam, aut conuulſione, &c. cibos amplectitur.
  - Alteratio
    - Abolita, ut cùm in uentriculo cibus talis permanet, qualis eſt ſumptus.
    - Debilis, ut tarda in uentriculo concoctio.
    - Deprauata, ut cùm cibus in uentriculo in alienam qualitatem permutatur.
  - Expulſio
    - Abolita, cùm excrementa omnino non excernuntur.
    - Debilis, cùm tardè excrementa omnino non excernuntur.
    - Deprauata, cùm uel properat ad deiectionem ante perfectam concoctionem, uel tardat uel ceſſat poſt concoctionem abſolutam.

## De ſymptomatum differentijs affectus corporis, ex Gal. de differentijs ſympt. cap. 5.

- △ Sypmtomatum affectus corporis noſtri, alia pertinent ad
  - Viſum, & ſunt colores præter naturam, uel in
    - Toto corpore, ut in morbo
      - Regio.
      - Hepatico.
      - Splenitico.
      - Aquæ inter cutem.
    - Parte
      - Vna, ut
        - Sola lingua decolorata.
        - Pars alia ob abſceſſus uel
          - Nigricat
          - Liuet
          - → A carbone, herpete, &c.
      - Pluribus, ut partes aliquæ morbis frigidis, aliquæ calidis laborantes, etiam uariè decolorantur.
  - Auditum, ut
    - Voces clangoſæ, turbidæ, uel tremulæ, &c. ob oris morbos, faucium, tracheæ arteriæ, pulmonum, thoracis.
    - Soni, ſtrepitus, ſtridores, murmurilla in alijs animalis partibus, ob inſtrumentorum anguſtiam, uel motum errabundum, aut copiam ſpiritus inflantis.
  - Olfactum, et ſunt præcipuè uel in
    - Reſpiratione, ut fœtor per guttur.
    - Tranſpiratione, fœtor per cutis poros.
    - → Huc etiã referuntur
      - Aurium
      - Narium
      - Axillarum
      - → Fœtores, & omnium partium, quæ ob affectum aliquem putreſcunt.
      - Ructus
        - Fumoſus.
        - Acidus.
        - Viroſus.
        - Piſcium fœtorem referens.
  - Guſtum
    - Sudor
      - Dulcis.
      - Amarus.
      - Salſus, &c.
    - Sanguis, qui per os reijcitur
      - Dulcis.
      - Salſus.
      - Amarus, &c.
    - Reiectio ex pulmone
    - Vomitus
    - → Et habent ſaporem uel
      - Acidum.
      - Salſum.
      - Amarum.
      - Dulcem.
      - Auſterum.
  - Tactum, pellis cutiſ ue
    - Dura.
    - Intenta.
    - Laxa.
    - Arida.
    - Rugoſa.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0160-9

## De ſymptomatum differentijs, immodicè excretorum uel retentorum, ex Gal. de Differentijs ſymptomatum, cap. 6.

- † *Symptomata, quæ immodicas excretiones uel retentiones ſequuntur, uel à naturali habitu recedunt*
  - *Tota ſubſtantia, ut hæmorrhagia nata ex*
    - *Apertione oſculorum uaſis, à ſanguinis copia, uel uaſis imbecillitate.*
    - *Tranſudatione per uenas, ob tunicam rarefactam, uel ob gracilium uaſorum adapertionem.*
    - *Eroſione, ab humoribus corrodentibus.*
    - *Ruptura.*
    - *Vulnere.*
    - *Contuſione.*
    - *Imbecillitate retentricis facultatis.*
    - *Immodica expultricis facultate, &c.*
  - *Qualitate, ut colores, ſapores, odores excrementorum præter naturam ex morbo nati.*
  - *Quantitate, ut excretio uel retentio immodica*
    - *Vomitus.*
    - *Sudoris.*
    - *Vrinæ, ut in*
      - *Diabete.*
      - *Iſchuria.*
      - *Dyſuria.*
      - *Stranguria.*
    - *Stercoris, ut in*
      - *Lienteria.*
      - *Dyſenteria.*
      - *Voluulo.*
      - *Colico dolore.*
    - *Menſium uel ſuppreſſorum, uel largius fluentium.*
    - *Gonorrheæ.*

## De ſymptomatum cauſis, facultatis & functionis animalis ſenſificæ, uiſus aboliti, debilis & deprauati, ex Gal. de Cauſis ſympt. lib. primo, cap. 11.

- *Cauſæ ſymptomatũ uiſus aboliti, debilis, deprauati*
  - *Facultatis. (Intelligo autem per facultatem ſpiritus uiſuales.) Eſt igitur læſio uel in*
    - *Spiritibus, qui ſunt uel*
      - *Multi*
        - *Puri, & hi res, quæ porrò diſtant, uidere poſſunt.*
        - *Impuri, hoc eſt uel nimis*
          - *Craßi*
          - *Turbidi*
          - *Obſcuri*
          - *Fiunt autẽ tales pꝑter cerebri morbum uel*
            - *Similarem, intemperiem*
              - *Simp.*
                - *Calidam.*
                - *Frigidam.*
                - *Humidam.*
                - *Siccam.*
              - *Compoſ.*
                - *Calid. & humid.*
                - *Calid. & ſicc.*
                - *Frigid. & humidam.*
                - *Frigidam & ſiccam.*
            - *Inſtrumentalem, etſi hi magis impedire quàm uitiari poßint.*
            - *Vnitatis ſolutionem.*
            - (Calidam … Vnitatis ſolutionem:) *Hi res diſtãtes quidẽ uident, ſed non ad unguẽ diſcernunt.*
      - *Pauci, & hi quoq; uel ſunt omnino*
        - *Puri, ij res propinquas planè diſcernunt.*
        - *Impuri, ut ſuprà, ij neq; exactè, neque porrò uidere poſſunt.*
    - *Vijs, per quas ad oculum à cerebro pertinent, hoc eſt, in neruis opticis, propter morbum uel*
      - *Similarem*
        - *Simplicem*
          - *Calidum.*
          - *Frigidum.*
          - *Humidum.*
          - *Siccum.*
        - *Compoſitum*
          - *Calidum & ſiccum.*
          - *Calidum & humidum.*
          - *Frigidum & humidum.*
          - *Frigidum & ſiccum.*
      - *Inſtrumentalem, ut obſtructionem, uel à*
        - *Compreßione.*
        - *Conſtipatione.*
        - *Inflammatione.*
        - *Tumore præter naturam.*
        - *Craßis & uiſcidis humoribus.*
      - *Vnitatis ſolutionem.*
  - *Inſtrumẽti principalis, id eſt cryſtalloidis humoris, ut morbus*
    - *Similaris, id eſt intemperies*
      - *Simplex*
        - *Calida.*
        - *Frigida.*
        - *Humida.*
        - *Sicca.*
      - *Compoſita*
        - *Calida & ſicca.*
        - *Calida & humida.*
        - *Frigida & humida.*
        - *Frigida & ſicca.*
    - *Inſtrumentalis, cùm ſcilicet motus eſt de ſuo loco uel*
      - *Surſum.*
      - *Deorſum.*
      - *Ad angulum maiorem.*
      - *Ad angulum minorem.*
    - *Vtrique parti, &c.* ⊞
  - *Partium primo inſtrumento, &c.* *

- ⊞ Vtrique parti communis, id eſt unitatis ſolutio à cauſa uel
  - Interna, ut humoribus
    - Erodentibus.
    - Diſtendentibus.
  - Externa, ut
    - Sectione.
    - Contuſione.
    - Compreſſione.
    - Punctione & ſimilibus.

- ✱ Partium primo inſtrumento uiſioni ſeruientiū,
  - Rhagoidis tunicæ foraminis —
    - Argumentum, factum uel à
      - Natura.
      - Cauſa morboſa, quæ eſt uel
        - Laxatio.
        - Tenſio.
    - Imminutio, facta uel propter
      - Naturam, & uiſioni non nocet.
      - Morbum, qui nihil eſt, quàm deficientia humoris aquei inter rhagoidem & cryſtalloidem, eo enim deficiente, concidit & rugatur.
    - Ruptio ſeu diuulſio, id eſt unitatis ſolutio.
  - Aquei humoris
    - Subſtantia nimis
      - Craſſa
        - Tota, uiſum hebetat.
        - in parte, & pro diuerſitate, diuerſa gignit ſymptomata.
      - Tenuis.
    - Quantitas
      - Nimia.
      - Nimis pauca.
    - Color tendens uel ad
      - Fuſcum.
      - Alium quemuis colorem præter naturam.
  - Ceratoidis
    - Craſſitudo & denſitas nimia, aciem efficit hebetem.
    - Nimia humiditas & denſitas non ſolum hebetem, ſed etiam qui ſic affectus eſt, putet ſe per tenebras, aut nebulam, aut uaporem res ipſas intueri.
    - Coloris mutatio, ſecundum eiuſdem coloris naturam, hallucinatio ſuborietur.
    - Vlcus.
    - Adiacentia partis, quæ extrinſecus increuit.
  - Adnatæ
    - Chemoſis, Pterygion, } Et fiunt prima ratione.
    - Phlegmone, & fit per accidens.

## De cauſis ſymptomatum functionis animalis, ſenſificæ, auditus, olfactus, guſtus, aboliti, debilis & deprauati, ex Gal. ibidem.

- Cauſæ ſymptomatum functionis animalis ſenſificæ
  - Auditus aboliti, debilis deprauati
    - Facultatis audiendi, læſæ, ut morbus
      - Nerui auditorij
        - Similaris
          - Simp.
            - Calidus.
            - Frigidus.
            - Humidus.
            - Siccus.
          - Compoſ.
            - Calidus & ſiccus.
            - Calidus & humidus.
            - Frigidus & humidus.
            - Frigidus & ſiccus.
        - Inſtrument.
          - Obſtructio.
          - Compreſſio.
          - Tumor præter naturam, &c.
        - Vtrique parti communis, id eſt unitatis ſolutio.
      - Cerebri, præſertim ea parte, qua ex eo neruus auditorius oritur —
        - Intemperies
          - Calida.
          - Frigida.
          - Humida.
          - Sicca.
          - Calida & humida.
          - Calida & ſicca.
          - Frigida & ſicca.
          - Frigida & humida.
        - Obſtructio.
        - Tumor.
        - Solutio continui.
    - Inſtrumenti principalis, id eſt meatus auditorij internæ extremitatis, quæ dilatato neruo communitur: ut
      - Intemperies
        - Calida.
        - Frigida.
        - Humida.
        - Sicca, &c.
      - Obſtructio uel à
        - Tumore præter naturā.
        - Sorde.
        - Callo, &c.
      - Solutio continui.
    - Partium primo ☐
  - Olfactus aboliti, &c. ⌗
  - Guſtus aboliti, &c. ✱

- □ *Partium primo inſtrumento auditioni ſeruientium, id eſt earum quæ extrinſecus in meatus anfractu conſiſtunt,*
  - *Intemperies.*
    - *Calida.*
    - *Frigida.*
    - *Humida.*
    - *Sicca, &c.*
  - *Obſtructio ab*
    - *Inflammatione.*
    - *Tumore aliquo.*
    - *Abſceſſu.*
    - *Oedemate.*
    - *Scirrho.*
    - *Tuberculo.*
    - *Sorde, &c.*
  - *Solutio unitatis.*

- # *Olfactus aboliti, debilis & deprauati*
  - *Facultatis olfaciendi læſæ:*
    - *Intemperies* { *Calida* / *Frigida* } *Spiritus uentriculorum cerebri anteriorum.*
    - *Obſtructio.*
    - *Compreſsio.*
    - *Tumor præter naturam.*
    - *Solutio continui.*
  - *Inſtrumenti principalis, id eſt anteriorum cerebri uentriculorum,*
    - *Intemperies*
      - *Calida.*
      - *Frigida.*
      - *Humida.*
      - *Sicca, &c.*
    - *Obſtructio.*
  - *Partium primo inſtrumento olfactui ſeruientium, id eſt naſi, & internæ membranæ narium, & oſsium ethmoideon,*
    - *Intemperies.*
      - *Sola*
        - *Calida.*
        - *Frigida.*
        - *Humida.*
        - *Sicca, &c.*
      - *Cum humore putri.*
    - *Obſtructio, ab*
      - *Excrementis, ut in deſtillatione & grauedine.*
      - *Polypo.*
      - *Callo.*
      - *Tuberculo.*
      - *Tumore aliquo præter naturam, &c.*
    - *Solutio continui.*

- ✲ *Guſtus aboliti, debilis, deprauati*
  - *Facultatis guſtandi, à cerebro per neruum mollem deſcendentis, morbus*
    - *Cerebri*
      - *Similaris, id eſt intemperies uel*
        - *Calida.*
        - *Frigida.*
        - *Humida.*
        - *Sicca, &c.*
      - *Inſtrumentalis ab*
        - *Obſtructione.*
        - *Compreſsione.*
        - *Tumore aliquo præternaturam.*
      - *Vtrique parti communis, id eſt Solutio continui.*
    - *Nerui mollis linguæ*
      - *Similaris.*
      - *Inſtrumentalis.*
      - *Vtriq; parti cõmunis, id eſt ſolutio continui.*
  - *Inſtrumenti principalis, id eſt tunicæ linguam ambientis:*
    - *Intemperies.*
    - *Tumor præter naturam.*
    - *Solutio continui.*
  - *Partium primo inſtrumento ſeruientium, id eſt ſimilaris linguæ corporis & palati,*
    - *Intemperies.*
    - *Tumor aliquis præter naturam.*
    - *Solutio continui.*

## De cauſis ſymptomatum functionis animalis ſenſificæ tactus aboliti, debilis, deprauati, ex Gal. de ſympt. cauſis, lib. primo, cap. 5. & 7.

- **Cauſæ ſymptomatum tactus**
  - *Non exquiſiti (omnibus qualitercunq; ſentientibus cōmunis)* —
    - *Debilis*
      - *Solius tactus, ut hæmodiæ, ſiue dentium ſtuporis: cibi*
        - *Acidi.*
        - *Acerbi.*
        - *Auſteri.*
      - *Tactus & motus ſimul, ut corporis in toto corpore, & maximè in artubus*
        - *Refrigeratio.*
        - *Compreſſio ab aliquo corpore duro*
          - *Funiculo.*
          - *Phlegmone.*
          - *Scirrho.*
          - *Oſſe fracto, uel luxato.*
        - *Obſtructio, ab humoribus* —
          - *Craſſis*
          - *Lentis*
          - *Viſcidis*
          - } *Quod in neruis accidit, qui meatum habent, ut optici.*
        - *Torpedinis marini contactus.*
        - *Durities nerui, à*
          - *Cibis lentis, craſſis, uiſcidis.*
          - *Frigore magno.*
          - *Vitæ ignauia.*
          - *Conſuetæ uacuationis ſuppreſſio.*
    - *Aboliti cū motu, ut paralyſis in*
      - *Omnibus corporis neruis, uel etiam cerebro, tunc totum corpus ſenſu motuq; priuatur, ac mortem celerem, reſpiratus priuatione infert.*
      - *Spinalis medullæ*
        - *Principio, ſolum particulæ, quæ in facie ſunt, ſentiunt & mouentur, quo ad uiuit homo.*
        - *Vertebra*
          - *Quarta, uox amittitur.*
          - *Quinta, motus & ſenſus brachiorum perditur.*
          - *Sexta, brachij partes motu tantùm priuantur, quia primæ illæſæ perſtant.*
          - *Septima, multo magis illeſæ ſeruantur.*
          - *Octaua, nullam aut admodum paruam noxam brachij partes ſentiunt, ſed maximam partes inferiores.*
  - *Exquiſitiſſimi in ore uentriculi, id cùm afficitur, uel*
    - *In conſenſum trahit alia membra, quod fit, quando os uentris exactè ſentit, à cauſa uehementer, qualis eſt humor ualdè frigidus, uel ſpiritus frigidus potio, uel cibus, uel medicamentum ualde frigidum, uel intemperies frigida ingēs ſine humore, humor ualdè calidus, ualdè mordax, cibus uel corruptus, uel ſuapte natura uitioſus. Tum ſi principia, ideſt cor & cerebrum imbecilla ſint, facilè conſentient, & uel*
      - *Ambo ſimul, tum ſpiritus fit abolitio. Diſpnæa, hoc eſt difficilis ſpiratio fit, cum propter ſepti tranſuerſi contractionem, tum propter ambarum harum partium ſympathiam.*
      - *Alterū ſolum, et uel*
        - *Cor, paſſio, quæ ſequitur præceps, & acuta cardiaca eſt. In hoc affectu arteris uix, aut non pulſat prorſus, aut uitioſe. Fit propter uicinitatem affecta per arteriam magnam cordi communicato.*
        - *Cerebrū, atq; cauſa uel eſt*
          - *Frigida, cū uel humor uel flatus frigidus ad cerebrum per neruos aſcendit*
            - *Conuulſio.*
            - *Epilepſia.*
            - *Caros.*
            - *Catalepſis.*
            - *Lethargus.*
            - *Somnus tumultuoſus.*
            - *Inſomnia.*
            - *Melā. h. hypochondriaca.*
            - *Affectio habens accidentia ſuffuſionis ſimilia.*
          - *Calida, cū humor calidus ad cerebrum peruenit, uel flatus*
            - *Paracope.*
            - *Deliria.*
            - *Dementiæ ſpecies aliæ.*
    - ʒ

- ☙ Non conſentientibus alijs partibus, & eſt uel appetentia
  - Abolita atq; uel
    - Cibi,
      - Suctionis ſenſus ſtomachi non factus, cum
        - Nimio humore, præſertim craſſo ac lento, madens uenter ſuctionem non percipit.
        - Senſifica ui deperdita eſt, ut in
          - Vehementi intemperie.
          - Vehementi fluxione.
          - Aliàs multo humore calore fuſo.
      - Suctio uentriculi deperdita, id quod fit cùm uel
        - Vaſa nimis plena ſunt.
        - Nimium reſoluuntur.
      - Corpus non attrahens, fit, cùm
        - Plenum eſt.
        - Euacuatio aliqua ſuppreſſa eſt.
        - Calor imbecillus non digerit.
        - Cutis clauſa eſt.
        - Humor trahendus craſſus eſt.
        - Quod ingeritur multum eſt, quod digeritur parum.
    - Potus: exceſſus uel
      - Frigoris ſenſum conſopientis.
      - Humoris, quo tempore potu corpus non eget.
      - Quia ſenſum non accipit à cerebro.
  - Deprauata & uel
    - Cibi, duplex eſt: uel enim appetit
      - Immoderatè, ut in
        - Appetentia canina
          - Acidus humor.
          - Per totum corpus uacuatio amplior.
        - Bulimo. Indigètia & imbecillitas & refrigeratio ſimul.
      - Aliena:
        - Mala qualitas aliena.
        - Mali humores.
    - Potus
      - Immoderata
        - Humor
          - Salſus.
          - Bilioſus.
        - Penuria natiuæ humiditatis.
        - Feruor natiui humidi.
      - Aliena, & ciborum appetentiæ alienæ reſpondet. Eſt autem humor corruptus in tunicis ipſius oris exiſtens.

## De cauſis ſymptomatum functionis animalis, ſenſus communis, id eſt uigiliæ, ueterni, doloris, ex Gal. de Sympt. cauſis, lib. primo, cap. 5.

- Cauſæ
  - Vigiliæ
    - Siccitas.
    - Calor immodicus.
    - Mœror.
    - Solicitudo.
    - Dolor.
  - Veterni,
    - Frigiditas, magis quàm
    - Humiditas.

Dolor, eſt pathos præter naturam uiolenter & affatim incidens.

- Cauſæ doloris
  - Solutionis continui
    - Sectio, ſub qua intelligitur punctio.
    - Eroſio ab acribus, quæ mordent, & ſunt uel
      - Externa
        - Fumus.
        - Puluis in oculis.
      - Interna, acres uel calidi
        - Humores.
        - Vapores.
    - Contuſio in
      - Duris, Magnis, Grauibus — Foris incidentibus.
    - Tenſio, quæ etiam rumpit. Huius cauſæ ſunt uel
      - Externæ.
      - Internæ, quæ ſua multitudine diſtendunt, qualia ſunt
        - Flatus.
        - Vapores.
        - Humores.
    - Ruptio.
  - Intemperiei
    - Sine humore
      - Caliditas uehemens: notas habet caloris ſine tenſione, grauitate, punctura, eroſione & pulſatione.
      - Frigiditas. Notas habet frigoris, &c.
      - Humiditas. Hæc uix ullum dolorem generat, quia ſenſus conſopit.
      - Siccitas, exiguum ſenſum ſui facit, niſi uehemens ſit, tum diſtendendo, & quaſi continuum ſoluendo, dolorem parit.
    - Cum humore
      - Sine qualitate aliena, & faciunt
        - Tenſionem.
        - Grauitatem.
      - Cum calore & frigore & dolore, fiunt ut ſuprà, ſed adiunctam habent
        - Diſtenſionem.
        - Eroſionem.
        - Grauitatem.
        - Punctionem.
        - Pulſationem.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0165-8

## De cauſis ſymptomatum functionis animalis motricis, abolitæ, debilis, deprauatæ, ex Gal. lib. ſecundo, de Sympt. cauſis, cap. 1. 2. 3. 4. & 5.

- *Cauſæ ſymptomatũ functionis animalis motricis: motus*
  - Aboliti
    - Paralyſis: maxima neruorum
      - Obſtructio.
      - Conſtrictio.
      - Craßitudo.
      - Compreßio.
    - Apoplexiæ: Craßi, lenti, uiſcidi humores, uentriculos cerebri obſtruentes.
  - Debilis
    - Stuporis
      - Refrigeratio.
      - Contactus torpedinis.
      - Compreßio.
      - Obſtructio ab humoribus
        - Craßis.
        - Lentis.
        - Viſcidis.
      - Duricies & craßities immodica.
    - Dyſpneæ, in libris de Dyſpnœa.
  - Deprauati
    - Conuulſionis
      - Repletio ab
        - Humoribus.
        - Flatuoſo ſpiritu.
        - Phlegmone.
      - Inanitio, à ſiccitate nimia, ut in febribus ardentißimis.
    - Tremoris
      - Facultatis motricis imbecillitas, ob intemperiem frigidam uel à
        - Senectute.
        - Timore.
        - Ebrietate.
        - Cruditate.
        - Ocio & ignauia.
        - Frigidæ aquæ potione.
      - Humores
        - Craßi
        - Lenti
        - Viſcoſi
        - } Facultatis uiam obſtruentes, ita ut facultas motrix parcior influat.
    - Rigoris
      - Cum febre
        - Calidæ & erodentes
          - Aëreæ, hic rigor ſola refrigeratione curatur.
          - Humidæ, ut flauæ bilis in tertiana, curaturq; hic rigor euacuatione.
        - Frigidæ
          - Aëreæ, calefactione curatur.
          - Humidæ, ut atra bilis. Hic rigor uel coctione, uel euacuatione, uel ambabus curatur.
      - Sine febre
        - Aqua feruens, interdum medicamentum mordax ulceri impoſitum.
        - Aër frigidus, uel aqua: calfactione curatur.
        - Vita ocioſa, ignaua.
        - Dolor & timor, &c.
    - Horroris. Cauſæ rigoris, ſed mitiores, pauciores & remißius motæ.
    - Sternutamenti. Excrementa mordacia, nares, uentriculos anteriores cerebri, & oſſa ethmoidea obſtruentia.
    - Pruritus
      - Balnei neglectus.
      - Sordium — } Abundantia.
      - Cruditatum } Abundantia.
      - Cibi praui ſucci.
      - Excrementum, tenue, exiguum & ſalſum.
    - Tußis
      - Vehementis
        - Humores à capite in aſperam arteriam deſcendentes, uel ibi collecti, ut in pleuritide.
        - Cibus uel potus in aſperam arteriam deerrans.
        - Tumor aliquis, partium reſpirationi ſeruientiũ, ut phleg. diaphragmatis, hepatis, &c.
      - Paruæ
        - Cauſæ iam dictæ minores.
        - Intemperies frigida, inæqualis, & fit tußis ſicca.
    - Pandiculationis, excrementa { Flatuoſa / Halituoſa } à carnibus per poros euaporantia.
    - Oſcitationis: excrementum flatuoſum, uel ſpiritus uaporoſus, in muſculis inferioris maxillæ.
    - Palpitationis: ſubſtantia { Aërea / Craſſa / Halituoſa } Ab imbecillo calore nata.
    - Singultus
      - Cibus in nimia quantitate ſumptus, uentriculumq; grauans.
      - Cibi corruptio in uentriculo.
      - Humor acris, uentriculum mordens, uel acrium aliquod, ut piperis, &c.
    - Vomitus
      - Cibus plurimus, uel corruptus, uel pinguis, uel ſumenti ingratus.
      - Humor pituitoſus, bilioſus.
      - Medicamenta, ut helleborus albus, &c.
    - Ructus
      - Acidi, intemperies frigida, ſola, uel cum humore.
      - Fumidi, intemperies calida, ſola, uel cum humore.

### ANNOTATIO, EX GAL. IBIDEM.

¶ *Ex his conuulſio & palpitatio, ſolius morbi ſunt opera, nihil ad illorum generationem conferente natura. Opera uerò ſolius naturæ, ſunt rigor, horror, ſenſus ulceris, pruritus, tußis, ſternutamentum, oſcitatio, pandiculatio, ſingultus, uomitus, ructus, ſed à cauſa aliqua præter naturam excitata. Amborum enim naturæ & morbi ſimul, ſunt omnes motus torpidi, ac alij quoq;, quibus ij, quorum nerui reſoluuntur, ſed nondum reſoluti ſunt, mouentur: præterea & tremor.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0166-4
DFG

## De cauſis ſymptomatum functionis animalis principis, ex Gal. de cauſis ſympt. lib. ſecundo, cap. 7.

- *Cauſæ ſyptomatũ functionis animalis principis*
  - Imaginationis
    - *Abolitæ, ut Cari*
      - *Intemperies frigida uehemens.*
      - *Humor frigidus pituitoſus.*
      - *Medicamenta frigida.*
    - Imbecillæ : *Cataphoræ, quam coma uocant. (Eſt enim comatis quædam ſpecies.) Cauſæ prædictæ, ſed mitiores.*
    - *Deprauatæ, ut Delirij*
      - *Praui ſucci calidi.*
      - *Intemperies cerebri calida.*
      - *Vapor calidus.*
  - *Memoriæ*
    - *Abolitæ, ut Obliuionis*
      - *Humor frigidus.*
      - *Morbi in abſceſſum declinantes.*
      - *Senectus, &c.*
    - *Imbecillæ, ut Torporis: Cauſæ iam dictæ, ſed minores.*
    - *Deprauatæ, ut Delirij*
      - *Humores calidi.*
      - *Intemperies calida.*
      - *Vapor calidus.*
    - *Abolitæ: ut Amentiæ*
      - *Cerebri intemperies frigida uehement.*
      - *Morbi finientes in abſceſſum.*
      - *Senectus, &c.*
  - Rationis
    - *Debilis: ut Stultitiæ: cauſæ priores, ſed mitiores.*
    - *Deprauatæ, ut*
      - *Phrenitidis: Humor calidus, meningas, uel ſubſtantiam cerebri inflammans. Non eſt ſine febre.*
      - *Melancholiæ: Atra bilis ſubſtantiam cerebri occupans.*
      - *Maniæ, quæ ſine febre eſt:*
        - *Humor mordax & biliosus.*
        - *Intemperies calida cerebri.*

## De cauſis ſymptomatum functionum naturalium, ex Gal. de ſympt cauſis, lib. tertio, cap 1. & 2.

- *Cauſæ ſymptomatum actionũ naturalium*
  - *Attractionis*
    - *Abolitæ, cùm uentriculus cibum omnino non trahit (uocaturq; hoc ſyptoma paralyſis ſtomachi) morbus*
      - *Similaris, id eſt intemperies*
        - *Simplex.*
        - *Compoſita.*
      - *Inſtrumentalis, ut*
        - *Tumor*
          - *Phlegmone.*
          - *Oedema.*
          - *Scirrhus.*
        - *Obſtructio à*
          - *Tuberculo.*
          - *Humoribus*
            - *Craßis.*
            - *Lentis.*
            - *Viſcoſis.*
    - *Debilis, cum ægrè trahit, quo tempore relaxari quidem incipit, relaxatus tamen adhuc non eſt. Cauſæ prædictæ, ſed minores.*
    - *Deprauatæ, cùm prauè & non ritè trahit, ut cùm ab inferiorib. clyſteres, uel ſtercus trahit.*
  - Retentionis
    - *Abolitæ, cùm uentriculus cibum omnino non retinet: Morbus*
      - *Similaris.*
      - *Inſtrumentalis.*
    - *Debilis*
      - *Flatus, ex*
        - *Ventriculo modicè frigido.*
        - *Cibis flatulentis.*
      - *Fluctuatio, cùm uel*
        - *Nihil in ipſo continetur uentriculo, quod in flatum uerti poßit: quæ fit non ſine potione.*
        - *Frigore nimio laborat.*
    - *Deprauatæ, cùm uentriculus cibum quaſi tremendo, palpitando, conuellendo, &c. amplectitur, quorum cauſæ in ſymptomatum differentijs dictæ ſunt.*
  - *Concoctionis, &c.* ⊞

⊞

- Concoctionis ſeu alterationis
  - Abolitæ, id eſt cruditatis, per quam cibus ne minimũ quidẽ permutatur, nec corrumpitur.
  - Debilis, id eſt tardè concoctionis.
  - Deprauatæ, id eſt cibi corruptelæ.
    - Quorũ cauſa communis eſt alteratricis facultatis aberratio, quæ accidit uel
      - Cùm potentia ipſa affecta eſt, à morbo uel
        - Similari, intemperie
          - Calida, ructus fumoſus.
          - Frigida, ructus acidus.
          - Humida, poſt hydropem.
          - Sicca, poſt ſenectutem.
        - Inſtrumentali
          - Phlegmone, Eryſipelate: Ructus fumoſus.
          - Scirrho, Œdemate: Ructus acidus.
      - Errore extrinſecus accidente, uel à
        - Ventriculi excrementis
          - Calidis & biliosis, ſequitur ructus fumoſus.
          - Frigidis & pituitoſis: ructus acidus.
        - Cibis & potionibus
          - In nimia quantitate ſumptis.
          - Qualitate
            - Calida: ructus fumoſus.
            - Frigida ructus acidus.
          - Intempeſtiuè ſumptis.
          - Ordine præpoſtero ſumptis.
        - Dormiendi tempore, ut ſomnum breuem.
        - Studijs, ſub quibus cõtinentur
          - Equitatio.
          - Piſcatio.
          - Venerea.
          - Balneæ.
          - Deambulationes.
          - Nauigationes.
          - Venationes, &c.
- Digeſtionis
  - Abolitæ: morbus
    - Similaris, intemperies; Inſtrumentalis: Vehemens partium trahentium.
  - Debilis,
    - Intemperies; Morbus inſtrumentalis: Mitior.
  - Deprauatæ, cibi
    - Craßiores.
    - Viſcoſiores.
- Nutricationis
  - Abolitæ
    - Alteratricis facultatis imbecillitas.
    - Attractricis facultatis imbecillitas.
    - Expultricis facultatis immodicus motus.
    - Alimenti priuatio.
  - Imbecillis
    - Imbecillitas
      - Alteratricis, Attractricis: Facultatis.
    - Defectus alimenti.
  - Deprauatæ, alimenti prauitas.
- Expulſionis
  - Abolitæ, cùm omnino non expellit
    - Intemperies maxima.
    - Viarum anguſtia, ab
      - Obſtructione
        - Tuberculo.
        - Craßis ac lentis humoribus.
      - Tumore
        - Phlegmone.
        - Scirrho.
        - Œdemate.
  - Debilis, cùm debiliter expellit: cauſæ abolitæ expulſionis, ſed mitiores.
  - Deprauatæ, excrementi uitium, multitudo, craßities, & lentor ob
    - Alteratricis facultatis læſionem, ab intemperie
      - Calida, bilem efficit, uel melancholiam.
      - Frigida, pituitam, & excrementum aquoſum parit.
    - Ciborum uitium, ſuapte natura gignentium
      - Bilem quæ facit uel
        - Morbum regium.
        - Eryſipelata.
      - Atram bilem, quæ efficit uel
        - Elephantiam, cùm in totum corpus funditur.
        - Cancrum, cùm in unam partem mittitur.
      - Pituitam: fit hydrops, uel œdema.
      - Aquoſa: fiunt uel
        - Papulæ.
        - Aſcytes.

## De cauſis ſymptomatum affectus corporis noſtri, ex Gal. de Sympt. differ. cap. 5. & lib. tertio de Sympt. cauſis, in fine.

- Cauſæ ſymptomatū affectuū corporis noſtri
  - Viſilium, id eſt colorum præter naturam
    - Intemperies, ut uidere eſt ex libro de Symptomatum differentijs.
    - Humores
      - A naturali ſpecie degenerantes.
      - In profundum ſubeuntes
      - Cutem illuentes
      - Vel propter
        - Permutationem aëris nos ambientis.
        - Corporis affectum.
        - Animi affectiones.
        - Sanguinem
          - Multum.
          - Paucū, &c.
  - Olfactilium, id eſt odorum.
  - Guſtatilium, id eſt ſaporum.
  - Audibilium, &c. id eſt uocis & ſoni
    - Præter naturam
      - Intemperies
        - Simplex
          - Calida.
          - Frigida.
          - Humida.
          - Sicca.
        - Compoſita
          - Calida & ſicca.
          - Calida & humida.
          - Frigida & humida.
          - Frigida & ſicca.
      - Morbus inſtrument.
        - Obſtructio.
        - Compreſſio.
      - Vide librū de Symptomatū differētijs, et de Symptomatū cauſis, in fine.

## De cauſis ſymptomatum excretionis & retentionis immodicæ, ex Gal. de Sympt. cauſis, lib. tertio, cap. 2. & 4.

- Cauſæ ſymptomatū retentionis et excretionis immodicæ
  - Hæmorrhagiæ, id eſt excretionis ſanguinis quauis ex parte
    - Partis diuiſio à
      - Vulneratione, ab
        - Acutis.
        - Secandi uim habentibus.
      - Contuſione, à
        - Grauibus.
        - Duris.
      - Ruptione, à
        - Succi abundantia.
        - Caſu ab alto.
        - Duro ut graui quoddam incidente.
      - Eroſione, ab humoribus acribus.
    - Oſculorum uaſorum apertio uel propter
      - Vaſis imbecillitatem.
      - Sanguinis, qui ad os eius impetū ruit, copiam.
      - Acrem quampiam, quæ illi extrinſecus incidit, qualitatem.
    - Sanguinis per uenas tranſudatio propter
      - Rarefactam tunicam, ſanguine uerò tenuato oritur.
      - Gracilium uaſorum adapertionem.
  - Vomitus
    - Quantitas cibi & potus uentriculum grauans.
    - Qualitas rei mordacis, ut
      - Cibi per cruditates ingeſti, & referentis ructum acidum, nidoroſum, &c.
      - Excrementorum
        - Bilioſorum.
        - Pituitoſorum.
        - Seroſorum.
    - Nec grauia nec mordacia, ſed quædam in uentriculo contenta præter naturam, quæ poſteaquàm concocta ſunt, alere non poſſunt, ut
      - Pituita
        - Acida.
        - Salſa.
      - Sanguis in uentriculo effuſus.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0169-3
DFG

- Cauſæ ſymptomatum excretionis & retentionis immodicæ
  - Deiectionis
    - Citæ
      - Ciborum copia, uentriculum grauans.
      - Punctio uentriculi & inteſtinorum à re mordente.
      - Alimenta
        - Humidiora.
        - Viſcoſiora.
        - Grauiora.
    - Tardæ
      - Inteſtinorum
        - Facultas expultrix imbecilla.
        - Obtuſus ſenſus, & moleſta non percipiens.
      - Muſculorum abdominis imbecilla expultrix, præſertim ut i excrementa fuerint duriora.
      - Alimentorum
        - Quantitas pauca.
        - Qualitas
          - Acerba.
          - Sicca.
          - Auſtera.
    - Paucæ
      - Alimenti in corpus uehemens diſtributio.
      - Cibus paucus & parum excrementoſus.
    - Multæ
      - Digeſtio per corpus nulla uel imbecilla.
      - Cibus multus præſertim excrementoſus.
      - Fluxus excrementorum à ſupernis ad uentris cauitatem.
      - Otium.
    - Aſſiduæ
      - Retentricis facultatis imbecillitas, uentriculi & inteſtinorum ob intemperiem.
      - Mordicatio uentriculi et inteſtinorum à contentis acribus in ipſis, ut
        - Medicamentis, cibis coniunctis, uel per ſe ſumptis.
        - Alimentis in uentriculo corruptis.
        - Excrementis mordacibus
          - A corpore ad uẽtrẽ defluẽtibus.
          - In uentre genitis.
      - Vehemens uentriculi & inteſtinorum ſenſus, ſiue is à natura, uel ulcere procedat.
      - Reſolutio muſculorum ſedis.
    - Cruentæ, id eſt ſanguinis
      - Vtilis, per quoſdam circuitus excreti, ob
        - Membrum aliquod mutilatum.
        - Derelictam exercitationem conſuetam.
      - Inutilis, qualitas acris: qualis ſæpe in morbis acutis criticè excernitur.
      - Medij inter utilem & inutilem, id eſt aquoſi ſanguinis, qui aquæ, in qua carnes nuper mactatæ cruentæ ablutæ ſunt, ſimilis eſt. Cuius cauſa eſt hepatis imbecillitas.
      - Vel ſynceri uel grumoſi cum pure, uel ramentis inteſtinorum, uel ſtercore denſo cruentis guttis reſperſo. Et hæc propriè Dyſenteria dicitur, atque ob inteſtinorum exulcerationem fieri ſolet. In hac ſæpè & paulatim deijcitur: in præcedentibus uerò tribus affatim & multum.
  - Vrinæ expulſionis
    - Abolitæ, id eſt iſchuriæ
      - Veſicæ imbecillitas, non potentis urinam excernere.
      - Anguſtia oris ueſicæ
        - Obſtructi à
          - Grumo.
          - Craſſo puro.
          - Lapide.
          - Callo.
          - Tuberculo.
        - Clauſi à
          - Tumore, ut
            - Phlegmone.
            - Scirrho.
            - Œdemate.
          - Siccitate multa.
      - Renum imbecillitas, cùm penitus nihil urinæ attrahunt.
    - Debilis. Eædem cauſæ ſunt cum prioribus, ſed minores.
    - Deprauatæ, id eſt
      - Stranguriæ
        - Veſicæ imbecillitas, uel ulcus.
        - Vrinæ acrimonia.
      - Diabetæ, liquato & reſoluto in ſeroſam ſaniem
        - Corpore uniuerſo.
        - Succo ſeu ſanguine in uenis contento. Tum enim ſerum purgatur à uenis, & continenter ueſicæ tranſmittunt.

- *Cauſæ ſymptomatũ excretionis & retẽtionis immodicæ*
  - *Flatus uentris*
    - *Calor naturalis debilis.*
    - *Humores pituitoſi in uentriculo contenti.*
    - *Cibus natura flatulentus.*
  - *Sadoris*
    - *Multi*
      - *Corporis raritas.*
      - Excrementorum
        - *Tenuitas.*
        - *Abundantia.*
      - *Vires robuſtæ.*
      - *Reſolutus habitus corporis, ſeu retentricis imbecillitas.*
    - *Retenti*
      - Excrementum
        - *Paucum.*
        - Lentum.
        - *Craſſum.*
      - Cõſtipatio meatuum, ab
        - *Obſtructione, humoribus*
          - *Multis.*
          - *Craſsis.*
          - *Lentis.*
        - *Clauſione, à*
          - *Nutritione copioſa.*
          - *Refrigeratione.*
          - *Mollitie.*
      - Facultatis expultricis imbecillitas in carne.
  - *Menſium*
    - *Retentorum, id eſt abolitorum*
      - *Vteri corpus*
        - *Durum.*
        - *Denſum.*
        - *Intemperatum.*
      - *Venarum anguſtia ab ortu mulieris.*
      - *Compreſsio à partibus uicinis.*
      - *Sanguis menſtruus* → *Ora uaſorum in utero obſtruens.*
        - *Craſſus*
        - *Lentus*
        - *Copioſus*
      - *Multæ exercitationes.*
      - *Victus tenuis.*
      - *Humorum ad alias partes declinatio.*
    - Diminutorum. *Eædem cauſæ, ſed mitiores.*
    - *Depravatorũ*
      - Immodicorum
        - *Otium diuturnum.*
        - *Victus plenior.*
        - *Proprij uteri morbi in cornibꝰ, ceruice uel toto corpore.*
      - *Alienarum per uterum defluxionum, id eſt fluxus muliebris, ob affectum aliquem ipſum infeſtantem. Redundantia in toto corpore*
        - *Sanies ſanguinis, excremenũ rubrum.*
        - *Pituita: album excrementum.*
        - *Bilis flaua: pallida.*
  - *Gonorrheæ, id eſt profluuij ſeminis* → *Virili pudendo fiat.*
    - *Retentricis facultatis imbecillitas in uaſis ſeminarijs, ſi non intento*
    - *Conuulſioni quodammodo ſimilis affectus, ſi intento*

## De differentijs febrium, ex Gal. de Febrium dif.

- *Febris eſt calor præter naturam, è corde in omne corpus effuſus. Sunt autem febrium differentiæ*
  - *Maximè principales, & ſumuntur à ſubſtantia: uel à*
    - Forma: ut calore uel
      - *Acri ſiue mordaci.*
      - *Sicco & ſqualido.*
      - *Statim exurgente.*
      - *Miti.*
      - *Halituoſo.*
      - *Manui reſiſtente.*
      - *Manui cedente.*
    - *Materia, in qua, ut ſubiecto, febrilis calor reſidet, & uel eſt in*
      - *Spiritibus, & fit Ephemera ſiue Diaria.*
      - *Humoribꝰ, & fit febris putrida.*
      - *Solidis partibus, & fit Hectica febris.*
  - *Minus principales, & ſumuntur ab accidentibus, uel à*
    - *Modo motus, ut ſunt*
      - *Acutæ.*
      - *Peracutæ.*
      - *Diuturnæ.*
      - *Erroneæ.*
    - *Coloribus, ut ſunt*
      - *Rubidæ.*
      - *Croceæ.*
      - *Liuidæ.*
      - *Flatibus plenæ, ſiue tumidæ.*
      - *Aſpectu graues.*

## De differentijs febrium putridarum ſimp. & compoſ. ex Gal. de Febrium differentijs, lib. ſecundo, cap. 2. & de Criſibus, lib. 2. cap. 7.

- *Febris putrida omnis in corpore uel eſt* —
  - *Simplex, quarum aliæ ſunt*
    - *Intermittentes, id eſt excitatæ ab humore putreſcente extra uenas, qui uel eſt* —
      - *Bilis flaua, & efficit Tertianam.*
      - *Pituita, & facit Quotidianam.*
      - *Atra bilis, & gignit Quartanam.*
    - *Cõtinuæ, id eſt in quibus humores intra uenas putreſcunt. Harum autem differentiæ duæ exiſtunt: uel enim ſunt ex genere* —
      - *Synochôn, & hæ uel*
        - *Eodem ſemper modo, à principio uſque ad finem perdurant, & homotenæ & acmaſticæ dicuntur.*
        - *Semper creſcunt, anabaticas, & epacmaſticas appellant.*
        - *Decreſcunt perpetuò quales paracmaſticas nuncupare ſolent.*
      - *Continuarum, atq; hæ omnes uel* —
        - *Singulis diebus inualeſcũt, & quotidianarum naturam habent.*
        - *Tertio die, & Tertianæ continuæ medicis uocitantur.*
        - *Quarto, & Quartanæ continuæ appellantur.*
  - *Compoſita, & uel*
    - *Sine alicuius membri inflammatione. Hæ bifariã, uel*
      - *Complicatæ, ſeu implicatæ, quæ differentibus horis inuadunt. Complicantur autem febres uel* —
        - *Eiuſdem naturæ, & uel eiuſdem* —
          - *Generis, ut Tertiana intermittẽs Tertianæ continuæ.*
          - *Speciei, ut Tertiana intermittens Tertianæ intermittenti.*
        - *Diuerſæ, ut tertiana quotidianæ, uel quartanæ, &c. & uel*
          - *Continua continuæ.*
          - *Intermittẽs intermittẽti.*
          - *Intermittens continuæ.*
      - *Per ſe totas confuſæ, quæ eodem tempore inuadunt. Confunduntur autem febres uel* —
        - *Eiuſdem modi* / *Diuerſi* — *Vt ſuprà ferè.*
    - *Cum inflammatione membri alicuius, atque uel*
      - *Membra differentia, ut iecur & lien, & uel*
        - *Eodem affectu laborant, & eiuſdem ferè generis febrem accendunt.*
        - *Diuerſo, & diuerſas febres accendunt.*
      - *Idem membrum miſtam diſpoſitionem habens, ut eryſipelas & inflammationem.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0172-6
DFG

## De cauſis febrium omnium, ex Gal. de Febrium diff.

- **Cauſæ febrium**
  - **Euidentes, ſeu externæ**
    - Laſsitudo laborq́; uehemens. Ex uehementi enim defatigatione, caleſiunt muſculi, qui deinde calorem per continuum uicinis partibus diſtribuunt, qui cùm ad cor peruenit, febrem inducit.
    - Solis æſtus, & omnis ambientis feruor, tum inſpiratu, tum arteriarum attractu, tum cutis contactu, febrem accendit.
    - Vigiliæ, & hæ febrem generant, propterea quod ex perpetuo motu ſenſuum, facile ſpiritus accendantur.
    - inedia.
    - Intenta animi contentio ex
      - Ira, quæ nihil aliud eſt, quàm feruor quidam ac uehemens motus iraſcentis facultatis.
      - Curis & ſollicitudine, à quibus ſpiritus in cerebrum feruntur, ubi accenſi, calorem cordi ſuggerunt.
      - Triſtitia & timore, in quibus ſpiritus ſeſe accendunt, reuocatis ad ſuam originem.
    - Cruditas, uel ex
      - Nimia ciborum copia.
      - Vino meraciore.
      - Fructuum & corruptorum ciborū eſu.
    - Naturalium euacuationum retētio ex quauis cauſa,
      - Alui.
      - Vrinæ.
      - Sudoris & tranſpirationis, ob cutis denſitatem & conſtipationem, uel ex
        - Frigore.
        - Aſtringente balneo.
    - Tumore inguium ex labore
      - Bubones & atroces cruciatus, qui corpus inflammant, humoresq́; exagitant.
    - Hæ cauſæ ſi ſint
      - Leuiores, Ephemeras tantum pariunt.
      - Vehemētiores, Hecticas febres mouent.
  - **Antecedentes, ſeu internæ. Hæ putridas febres efficiunt, quarum aliæ**
    - Simplices
      - Sanguis, qui ſi
        - Inflammetur tantùm & ferueat, ſynochum non putridum accendit.
        - Putrefiat, ſynochum putridum parit.
      - Bilis flaua, Tertianam exquiſitam
        - Intermittentem, ſi extra uenas humor putreſcit.
        - Continuam, ſi intra uenas putreſcit.
      - Bilis atra
        - Quartanam continuam, ſi intra uenas.
        - Quartanam intermittentem exquiſitam, ſi extra uenas.
      - Pituita, quotidianam exquiſitam, uel
        - Intermittentem, ſi extra uenas.
        - Continuam, ſi intra.
    - Compoſitæ, & generantur febres nothæ ſeu ſpuriæ, ut ſi bili pituita permiſceatur, Tertianam notham parit, &c.

¶ Notandum ab ephemeris aliquando putridas febres accendi, maximè cùm pari ſtatu diem unum exceſſerint, tunc metuendum, ne uel in ſynochum, uel putridam tranſeant.

## De differentijs & cauſis omnium Tumorum præter naturam, ex Gal. de Tumoribus præter naturam, & alijs eiuſdem authoris libris.

- **Tumores uel à**
  - Defluxu humoris
    - Vnius
      - Calidi
        - Sanguinis
          - Boni & laudablis, ut Phlegmone. Quæ ſi magna eſt, neque curatur, in Gangrenam tranſit.
          - Subtilis & feruentis, ut Eryſipelas.
        - Bilis
          - Craßioris: ut Herpes exedens.
          - Seroſioris: ut Herpes miliaris.
      - Frigidi
        - Pituitæ
          - Tenuis.
          - Vaporoſæ.
          - Craſſæ.
          - Aquoſæ.
        - Atræ bilis, quæ uel eſt generata
          - Ex ſanguine & fæci uini ſimilis eſt. Hæc aliquando
            - Sine acrimonia, & Cancrum latentem facit.
            - Cum acrimonia, Cancrum exulceratum gignit.
          - Ex retorrida bile, quæ ipſa etiam uel eſt—
            - Sine ſanie, Carbunculum primæ ſpeciei generat.
            - Cum ſanie, Carbunculum ſecundæ ſpeciei facit.
    - Plurium, & ferè duorum, qui aut ſunt
      - Eiuſdem qualitatis, tunc ſunt uel—
        - Calidi, ſanguis & bilis
          - Aequales: ut affectus medius inter Phlegmonem & Eryſipela.
          - Inæquales, & cùm uincit
            - Sanguis, Phlegmonem eryſipelatodes facit.
            - Cilis, Eryſipelas phlegmonodes efficit.
        - Frigidi, pituita & atra bilis
          - Aequales: affectum medium inter Oedema & Scirrhum.
          - Inæquales: & cùm uincit
            - Pituita, Oedema ſcirrhodes.
            - Atra bilis, Scirrhus oedematodes.
      - Diuerſæ, ut calidæ et frigidæ, tūc coniunctæ ſunt
        - Sanguini uel
          - Pituita, & uel
            - Aequales ſunt: Affectus medius inter Phlegmonem & Oedema.
            - Inæquales, cùm uincit
              - Pituita: Oedema phlegmonodes.
              - Sanguis: Phlegmone oedematodes.
          - Atra bilis
            - Aequales: Phlegmone & Scirrhus.
            - Inæquales, cùm uincit
              - Sanguis, Phlegmone ſcirrhodes.
              - Atra bilis, Scirrhus phlegmonodes.
        - Bili, & uel
          - Pituita, uel
            - Aequales: affectus inter Eryſipelas & Oedema medius.
            - Inæquales, cùm uincit
              - Pituita: Oedema eryſipelatodes.
              - Bilis: Eryſipelatodes oedematodes.
          - Atra bilis
            - Aequales: medius affectus inter Eryſipelas & Scirrhum ſeu Cancrum.
            - Inæquales, cùm uincit
              - Atra bilis: Scirrhus eryſipelatodes.
              - Bilis: Eryſipelas ſcirrhodes.
  - Sine defluxu, ſed in parte aceruantur, aut propter imbecillitatem partis, aut propter obſtructionem.

*Finis Pathologiæ, tertiæ partis theorices.*

# ΣΗΜΕΙΩΤΙΚΗ.

## De ſignorum differentijs, ex Gal. Art. med.

- Signorum humani corporis affectus indicantiũ, alia indicãt
  - Præſentem
  - Præteritum
  - Futurũ
  - Horum alia indicant
    - Salubrem
      - Simpliciter
        - Semper. Quæ ab ipſo ortu optimam indicant conſtitutionem, tam partium ſimpliciũ quàm compoſitorum.
        - Vt plurimum. Quæ non longè ab hac perfectione recedunt.
      - In præſentia. Quæ in præſenti tempore ſanitatem indicãt. Hæc declinant maximè: quoniã magnam obtinent latitudinem: nimirũ ab ijs, quæ optimã indicant conſtitutionẽ, uſq; ad eam quæ neutrã.
    - Inſalubrem
      - Simpliciter
        - Semper. Hæc ab ipſo ortu naturæ morboſam indicant conſtitutionem.
        - Magna ex parte. Quæ non longè à peſsima conſtitutione recedunt.
      - In præſentia. Quæ nunc morboſam indicant diſpoſitionem. Magnam habent latitudinem, ſicuti ſalubria in præſentia.
    - Neutrum per participationem
      - Neutrius
        - Simpliciter: Semper — Vt plurimum
        - In præſentia
        - Hæc media ſunt omnino inter ſalubria & inſalubria, neque exactè indicant ſanitatem neque morbum.
      - Vtriuſq;
        - Simpliciter: Semper — Vt plurimũ
        - In præſentia
        - Partim indicant ſanitatẽ, partim morbũ.
      - Nunc huius, nunc illius
        - Simpliciter: Semper — Vt plurimum
        - In præſentia
        - Hæc aliquo tempore indicant ſanitatem, aliquò uerò morbum.

## De ſignis ſalubribus.

### De fontibus ſignorum ſalubrium, præſentem ac optimam corporis conſtitutionem indicantium, ex Gal. Art. med.

- Signa indicantia corporis temperaturam & compoſitionem optimam, ſumpta ab
  - Ipſo corpore: hæc ſumuntur ab
    - Actionibus
      - Animalibus
        - Senſibilibus
          - Proprijs: Viſus, Auditus, Guſtus, Odoratus, Tactus — Perfectus.
          - Commun. ut medius inter: Somnolentum. Peruigilem.
        - Motricibus. Motus omnium membrorum inculpatiſsimus.
        - Principibus: Imaginatio, Ratio, Memoria — Perfecta atque integra.
      - Vitalibus
        - Arteriarum & cordis pulſus medio modo ſe habentes.
        - Animi motus mediocres, uidelicet inter
          - Cunctationem & præcipitationem.
          - Audaciam & timiditatem.
          - Miſericordiam & inuidiam.
          - Lætitiam & triſtitiam.
      - Naturalibus
        - Cibi & potus appetentia mediocris.
        - Attractio moderata.
        - Retentio exquiſita.
        - Concoctio perfecta.
        - Expulſio tempeſtiua ac moderata.
    - Excrementis: ut Capitis, Alui, Thoracis, Venarum, Vteri, Cutis — Tempeſtiua & moderata excrementa.
    - Accidentibus
      - Intrinſecis & uel partium
        - Similarium, ut in temperatura qualitatum
          - Primarum: Calidi, Frigidi, Humidi, Sicci — Exacta mediocritas.
          - Secundarum & uel
            - Tactu, ut medium inter: Durum & molle. Tenſum & laxum.
            - Viſu
              - Color floridus.
              - Corpus neque: Gracile. Corpulentum.
        - Inſtrumentalium, ut
          - Figura, Magnitudo — Debita
          - Numerus, Situs — Congruus
          - Ex quibus pulchritudo naſcitur.
      - Extrinſecis. Difficilis offenſio ab
        - Aëre: Calido. Frigido. Humido. Sicco.
        - Cibo.
        - Potu, &c.
  - Adnatis: ut
    - Capillis: Color ruffus in pueritia, in adoleſcentia flauus, &c.
    - Barba: Figura neque lenis, neque aſpera.
    - Pilis: Magnitudo neque denſa, neque tenuis.

## De ſignis mediocrem ſiue deficientem corporis temperaturam ac compoſitionem indicantibus, ex Gal. ibidem.

- *Signa indicantia mediocrem corporis*
  - *Temperaturam*
    - *Simplicem*
      - *Calidiorem, humido ſicco temperatam*
        - *Pili multi, & capilli nigri.*
        - *Cutis & totum carnoſum genus tactu calidum & uiſu rubrum.*
        - *Totum corpus minus pingue.*
        - *Offenſio à calidis.*
        - *Auxilium à frigidis.*
      - *Frigidiorem, humido ſicco temperatam*
        - *Capilli ruffiores.*
        - *Cutis & uniuerſum carnoſum genus frigidum, glabrum, pingue & ruffius: & ſi frigus multum exceſſerit, liuidum uel plumbeum.*
        - *Offenſio à frigidis.*
        - *Auxilium à calidis.*
      - *Humidiorem, calido frigido temperatam*
        - *Totum corpus carnoſius ac mollius.*
        - *Offenſio ab humidis.*
        - *Auxilium à ſiccis.*
      - *Sicciorem*
        - *Totum corpus gracile & durum.*
        - *Offenſio à ſiccis.*
        - *Auxilium ab humidis.*
    - *Compoſitam*
      - *Calidiorem & ſicciorem*
        - *Capilli nigri.*
        - *Cutis nigra, ſi calor multum exceſſerit.*
        - *Vniuerſum corpus*
          - *Calidius.*
          - *Siccius.*
          - *Durius.*
          - *Macilentius.*
          - *Gracilius & hiſpidius.*
        - *Læſio à calidis & ſiccis.*
        - *Auxilium à frigidis & humidis.*
      - *Calidiorem et humidiorem: & ſi*
        - *Calor exuperet humiditatem*
          - *Pili nigri.*
          - *Corpus calidius, hiſpidius multò.*
          - *Carnoſius & mollius paulò.*
        - *Humiditas excedat calorem*
          - *Corpus carnoſius & mollius multò.*
          - *Calidius & hiſpidius paulò.*
          - *Color ex albo & rubro.*
          - *Promptè morbis ex putredine corripitur.*
      - *Frigidiorem & ſicciorem*
        - *Capilli ruffi.*
        - *Cutis color candidus, uel liuidus.*
        - *Totum corpus glabrum, gracile, durum, frigidum.*
        - *Offenſio à frigidis & ſiccis.*
        - *Auxilium à calidis & humidis.*
      - *Frigidiorem & humidiorem*
        - *Capilli ruffi.*
        - *Totum corpus glabrum, album, molle, craſſum & pingue.*
        - *Color ruffus aut liuidus, ſi plurimum utraque qualitas uincit.*
        - *Offenſio à frigidis & humidis.*
        - *Auxilium à calidis & ſiccis.*
  - *Compoſitionem. Hæc ex ijs, quæ optimam compoſitionem indicant, facilè deprehendi poſſunt.*

## De partium corporis differentijs, ex Gal. Art. med.

- *Partium corporis, aliæ*
  - *Principia, ut*
    - *Cerebrum.*
    - *Cor.*
    - *Iecur.*
    - *Teſtes.*
  - *A principibus ortæ, ut à*
    - *Cerebro*
      - *Nerui.*
      - *Medulla ſpinæ.*
    - *Corde: arteriæ.*
    - *Iecore: uenæ.*
    - *Teſtibus: uaſa ſeminaria.*
  - *Nec aliarum gubernationi præſunt, nec ab alijs gubernantur, ſed per ſe, ut*
    - *Oſſa.*
    - *Cartilaginis.*
    - *Vincula.*
    - *Membranæ.*
    - *Glandulæ.*
    - *Pinguedo.*
    - *Caro ſimplex.*
  - *Ingenitas & aduentitias facultates habent, cuiuſmodi ſunt*
    - *Ventriculus.*
    - *Hepar.*
    - *Lien.*
    - *Renes.*
    - *Vterus.*

## De ſignis optimam cerebri temperaturam & compoſitionem indicantibus, ex Gal. ibidem.

Signa optimam cerebri temperaturã & compoſitionem indicantia, ſumpta ab
- Ipſo cerebro & hæc ſumuntur ab
  - Actionibus animalibus
    - Senſibilibus
      - Proprijs: Viſus, Auditus, Guſtus, Odoratus, Tactus — Perfectus.
      - Commun.: Somnus, Vigilia — Mediocriter ſe habens.
    - Motricibus. Motus ualidi & robuſti.
    - Principibus: Imaginatio, Ratio, Memoria — Proba.
  - Excrementis: uidelicet Oculorum, Narium, Aurium, Palati — Qualitate & quantitate mediocria.
  - Accidentibus extrinſecis: à foris incidẽtibus, non facilis offenſio, ut: Aëre. Cibo. Potu. Vapore. Odore.
- Partibus circumiacentibus
  - Proprijs, & uel
    - Capitis, ut
      - Calor moderatus.
      - Color floridus.
      - Durities, Mollities — Moderata.
      - Magnitudo mediocris, iuſtam proportionem ac ſymmetriam habens cum reliquo corpore: uel magna.
      - Figura utrinque leuiter depreſſa, in fronte & occipitio partes gibberæ magis, à latere uerò utrinq; magis rectæ.
    - Partium capitis
      - Ceruix, Oſſa ceruicis — Valida.
      - Vniuerſum neruoſum genus robuſtũ.
  - Aduentitijs. Capilli in: Infantia ſubruffi, Pueritia ſubflaui, Vigore flaui — Et medij inter abſolutè criſpos & rectos.

## De ſignis mediocrem ſeu deficientem cerebri temperaturam indicantibus, ex Gal. ibidem.

Signa cerebri temperaturã mediocrem indicantia
- Calidiorem, & in altera oppoſitione temperatam, ab
  - Ipſo cerebro: & hæc ſumuntur ab
    - Actionibus animalibus
      - Senſib.
        - Proprijs: Viſus, Auditus, Guſtus, Odoratus, Tactus — Exquiſitus.
        - Commun. Ad ſomnum minimè propenſi, ſed ad uigilias potius.
      - Motricibus. Motus agiles & ueloces.
      - Principibus: Imaginatio, Ratio, Memoria — Mobilis, uelox & ſtabilis.
    - Excrementis: nempe Oculorum, Narium, Aurium, Palati — Pauca & cocta.
    - Accidentibus extrinſecis. Offenſio à: Calidis. Vino. Odore. Aëre ambiente, &c.
  - Partibus continentibus ipſum
    - Proprijs: & uel
      - Tactu. Cutis & muſculi circa caput calida.
      - Viſu
        - Cutis & muſculi circa caput rubicunda.
        - Venæ oculorum conſpicuæ.
    - Aduentitijs. Capilli
      - Editi in lucem celerius nati.
      - Multò calidioribus, nigri, robuſti & criſpi.
      - Non multò calidiorib. ſubflaui, deinde nigri.
      - Procedente ætate caluefcunt, eoq; magis quo ſunt calidiores.
- Frigidiorem: ab ℥

- ※ Frigidiorem: ab
  - Ipſo cerebro: & ſamuntur ab —
    - Actionibus animalibus
      - Senſ.
        - Proprijs. Senſus imbecilliores.
        - Commun. Ad ſomnũ magis procliues.
      - Motricibus. Motus imbecillis & tardus.
      - Principibus
        - Imaginatio, Cogitatio — Tarda.
        - Memoria tenax et ſtabilis, niſi frigiditas multũ exceſſerit.
    - Excrementis: uidelicet oculorum, narium, palati, aurium, copioſiora & cruda.
    - Accidentibus extrinſecis
      - Frigoris incommodum promptè ſentiunt.
      - Deſtillatione & grauedine tentantur.
  - Partibus circumiacentibus
    - Proprijs
      - Partes minus calidæ & rubicundæ.
      - Venæ minimè apparentes.
    - Adnatis. Capilli
      - Ruffi.
      - Recti.
      - Stabiles.
      - Tar lè naſcentes.
      - Initio graciles atque malè alti.

Signa, cerebri temperaturam indicantia —

- Sicciorem: ab
  - Ipſo cerebro: & ſumuntur ab —
    - Actionibus animalibus
      - Senſibilibus commun. Vigiliæ.
      - Motricibus. Motus perfecti & probi.
      - Principibus
        - Imaginatio, Memoria — Optima.
        - Cogitatio tarda.
    - Excrementis: uidelicet Excrementa —
      - Oculorum, Aurium, Narium, Palati — Pauca.
    - Accidẽtibus extrinſecis
      - Offenſio à ſiccantibus.
      - Auxilium ab humectantibus.
  - Partibus adnaſcentibus
    - Proprijs. Partes capitis graciles & ſiccæ.
    - Aduentitijs. Capilli
      - Robuſtiſſimi.
      - Celerrimè ab ortu naſcentes.
      - Subcriſpi.
      - Citò calueſcentes.
- Humidiorem: ab
  - Ipſo cerebro: & ſumuntur ab
    - Actionibus animalibus
      - Senſib.
        - Proprijs. Senſus hebetes.
        - Comm. Somnus multus & profundus.
      - Mot. Motus tardus, imbecillis, ignauus.
      - Principibus
        - Imaginatio, Memoria — Obtuſa.
        - Cogitatio prompta, niſi frigiditati adiungatur.
    - Excrementis: nempe oculorum, palati, narium, aurium multa.
    - Accidentibus extrinſecis
      - Offenſio ab humidis.
      - Auxilium à ſiccis.
  - Partibus ipſum continentibus
    - Proprijs. Partes capitis imbecilles quidem, ſed non graciles.
    - Aduentitijs. Capilli
      - Simplices.
      - Molles.
      - Tenues.
      - Albicantes.
      - Imbecilli.
      - Caluitium omnino non patientes.

- **Signa indicantia cerebri temperaturā**
  - Calidiorem et ſicciorem: ab
    - Ipſo cerebro: & ſumuntur hæc ab
      - Actionibus animalibus
        - Senſib. commu. Vigiliæ plurimæ.
        - Motricibus. Motus perfectus.
        - Principibus — Imaginatio, Ratio, Memoria — Integræ.
      - Accidentibus extrinſecis
        - Offenſio à calidis & ſiccis.
        - Auxilium à frigidis & humidis.
    - Partibus circundantibus ipſum
      - Proprijs: Partes capitis
        - Calidæ.
        - Rubræ ad uigoris uſque ætatem.
      - Aduentitijs. Capilli
        - Magni.
        - Criſpi.
        - Celerrimè naſcentes.
        - Properè calueſcentes.
        - Vberrimè alti.
  - Calidiorem & humidiorem: ab
    - Ipſo cerebro: ſumuntur ab
      - Actionibus animalibus
        - Senſib.
          - Proprijs. Senſus non admodum exquiſiti, ſed hebetes.
          - Comm. Ad ſomnum conuerſi unà cum ſopore uigilāt: & ſomnia uiſis plena habent.
        - Principibus — Imaginatio, Ratio, Memoria — Parū uigent.
      - Excrementis: nempe excrementa — Oculorum, Narium, Palati, Aurium — Copioſiora & immediocriter cocta.
      - Accidentibus extrinſecis
        - Offenſio à calidis & humidis, ut Auſtro.
        - Auxilium à frigidis & ſiccis, ut Aquilone.
    - Partibus adnaſcentibus
      - Proprijs
        - Partes capitis calidiores & molliores.
        - Oculorum uenæ magnæ.
      - Aduentitijs. Capilli
        - Recti.
        - Subflaui.
        - Facilè calueſcentes.

- **Signa cerebri temperaturam indicantia**
  - Frigidiorem et ſicciorem: à
    - Cerebro ipſo: & hæc ſumuntur ab
      - Actionibus animalibus
        - Senſib. comm. Sopor ac uigiliæ.
        - Motricibus. Motus tardiores.
        - Principibus — Imaginatio, Ratio, Memoria — In iuuentute acris omniq; uitiò carens. Procedente ætate celeriter marceſcens.
      - Excrementis: uidelicet excrementa oculorum, narium, &c. aliquando pauca, aliquando multa. Vnde aliquando caput leuiſſimum habent, aliquando deſtillatione & grauedine corripiuntur.
      - Accidentibus extrinſecis
        - Læſio à frigidis & ſiccis.
        - Auxilium à calidis & humidis.
        - Inſtabilis & incerta ſanitas.
    - Partibus circumiacentibus
      - Proprijs
        - Partes capitis frigidæ & decoloratæ.
        - Venæ oculorum non apparentes.
      - Aduentitijs. Capilli
        - Ruffi.
        - Ægrè naſcentes.
        - Malè nutriti.
        - Citò caneſcentes.
  - Frigidiorem & humidiorem, ſumpta ab
    - Ipſo cerebro: & hæc ſumuntur ab
      - Actionibus animalibus
        - Senſus proprij obtuſiores, & imperfectiores.
        - Somnolentia.
        - Somnus grauis & profundus.
        - Motus tardus.
        - Imaginatio, Ratio, Memoria — Obtuſa & tarda, imbecillis uel deprauata.
      - Excrementis: nimirū excrementa — Oculorum, Narium, Palati, Aurium — Multa & cruda.
      - Accidentibus extrinſecis: Offenſio à
        - Frigore.
        - Repletione.
        - Deſtillatione.
    - Partibus adnaſcentibus
      - Proprijs. Partes capitis frigidiores & molliores.
      - Aduentitijs. Capilli
        - Citò caneſcentes.
        - Non calueſcentes.

## De ſignis mediocrem ſeu deficientem cerebri compoſitionem indicantibus, ex Gal. ibidem.

- Signa mediocrē cerebri compoſitionem indicantia, ſumpta à
  - Cerebro ipſo: & hæc ſumuntur ab actionibus animalibus,
    - Senſibilibus
      - Viſus, Auditus, Guſtus, Odoratus, Tactus — Diminutus & læſus.
    - Principibus
      - Mentis celeritas, Diſcendi facilitas, Memoria obliuioſa — Indicāt partium cerebri tenuitatem, & oppoſita oppoſitum.
      - Ingenij tarditas, craßi cerebri eſt argumentum.
  - Partibus ipſum continentibus:
    - Capite:
      - Magnitudo capitis
        - Magna.
        - Parua.
      - Figura: uidelicet
        - Frontis, Occipitis — Eminentia imminuta, uel in acutum deſinens.
    - Partibus capitis
      - Proprijs
        - Neruorum, Oßium, Ceruicis — Diminutio uel deformitas.
      - Aduentitijs. Capilli, &c. ut ſuprà.

## De ſignis optimam & mediocrem oculorum temperaturam & compoſitionem indicantibus, ex Gal. ibidem.

- Signa indicantia oculorū temperaturam & compoſitionem optimā, ſumuntur ab
  - Actionibus animalibus
    - Senſibilibus
      - Viſio proba, hoc eſt, ſi res obiectas certo ſpatio ac interuallo diſtantes benè diſtinctéq; uideant.
    - Motricibus. Motus neque uelox neque tardus, ſed mediocris.
  - Excrementis: quæ ſunt mediocria.
  - Accidentibus
    - Intrinſecis partium
      - Similarium
        - Calor moderatus.
        - Color tunicæ
          - Vuæ neq; glaucus neq; niger, ſed medius potius.
          - Adnatæ, floridus.
      - Inſtrumentalium
        - Magnitudo oculorum concinna.
        - Paruitas oculorum concinna.
        - Figura concinna.
    - Extrinſecis. Difficilis offenſio à
      - Calidis.
      - Frigidis.
      - Humidis.
      - Siccis.

- Signa indicantia oculorū temperaturam
  - Calidiorem: ab
    - Ipſo oculo: & hæc ſumuntur ab
      - Actionibus animalibus
        - Senſibilibus. Viſio non admodum bona.
        - Motricibus. Motus uelox & facilis.
      - Accidentibus
        - Intrinſecis
          - Oculi calidiores.
          - Rubedo oculorum.
        - Extrinſecis
          - Offenſio à calidis.
          - Auxilium à frigidis.
    - Partibus adnaſcentibus
      - Partes oculorum calidiores & rubicundiores.
      - Venæ oculorum amplæ.
  - Frigidiorem: ſumpta ab
    - Ipſo oculo
      - Viſio non exquiſita.
      - Motus tardus.
      - Excrementa pauca & cruda.
      - Color albus, pallidus.
      - Offenſio à frigidis.
      - Auxilium à calidis.
    - Partibus oculi
      - Partes oculorum frigidæ.
      - Paruitas uenarum.
  - Humidiorem:
    - Viſio obtuſa.
    - Motus tardior.
    - Excrementa multa.
    - Oculi humidi & molles.
    - Oculorum ſitus prominens.
    - Offenſio ab humidis.
    - Auxilium à ſiccis.
  - Sicciorem
    - Viſio hebes.
    - Motus tardior.
    - Excrementa pauca.
    - Oculi ſqualentes & duri, parui, reuulſi & concaui.
    - Offenſio à ſiccis.
    - Auxilium ab humidis.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0180-0

- Signa indicãtia oculorum cõpoſitionem mediocrẽ.ſumũtur ab
  - Actionibus animalibus
    - Senſibilibus. Viſio non exquiſita: uidelicet
      - Hebes.
      - Obtuſa.
    - Motricibus. Motus tardus.
  - Accidentibus intrinſecis
    - Magnitudo oculorum / Paruitas oculorum / Figura — Inconcinna.
    - Oculi prominentes.
    - Oculi reuulſi.

## De ſignis indicantibus ſalubrem cordis temperaturam, ex Gal. ibidem.

- Signa indicantia cordis temperaturam
  - Calidiorem: ſumpta ab
    - Ipſo. Hæc ſumuntur ab
      - Actionibus
        - Reſpirationis & pulſus
          - Magnitudo.
          - Celeritas.
          - Frequentia.
        - Animi motus
          - Audacia / Impigritas ad actiones — Caliditatem mediocrem ſignificat.
          - Præceps iracundia / Furioſa temeritas — Magnam caliditatem denotat.
      - Accidentibus extrinſecis
        - Offenſio à calidis.
        - Auxilium à frigidis.
    - Continentibus ipſum
      - Thorax uel uniuerſum corpus calidum, niſi iecur uehementer obſiſtat.
      - Thorax hiſpidus, præſertim pectus, & uicinæ hypochondrijs partes.
      - Thorax latus cum capite paruo.
  - Frigidiorem: ab
    - Ipſo corde: & ſumũtur ab
      - Actionibus
        - Arteriarum pulſus mediocribus minores, non tamen neceſſariò tardiores, aut rariores.
        - Timor.
        - Diffidentia.
        - Segnities.
        - Torpor.
      - Accidentibus extrinſecis
        - Offenſio à frigidis.
        - Auxilium à calidis.
    - Continentibus ipſum
      - Thorax frigidus, uel uniuerſum corpus, niſi hepar obſtiterit.
      - Thorax glaber, præſertim pectus.
      - Thorax paruus cum magno capite.

- Signa indicantia cordis temperaturam
  - Humidiorem: ſumpta ab
    - Ipſo corde
      - Pulſus molles.
      - Mores ad iram procliues, ſed quæ facilè placari poßit.
      - Offenſio ab humidis.
      - Auxilium à ſiccis.
    - Continente. Thorax humidus, uel totum corpus, niſi iecur repugnet.
  - Sicciorem: ab
    - Ipſo
      - Pulſus durus.
      - Ira non prompta, ſed fera ac implacabilis.
      - Offenſio à ſiccis.
      - Auxilium ab humidis.
    - Continente. Vniuerſum corpus aridius, niſi iecur obſtiterit.
  - Calidiorem & ſicciorem: à
    - Corde ipſo
      - Pulſus duri, magni, celeres, frequentes, quibus reſpirationes reſpondent.
      - Ad actiones prompti.
      - Animoſi, celeres, tyrannicis moribus præditi ac implacabiles.
      - Offenſio à calidis & ſiccis.
      - Auxilium à frigidis & humidis.
    - Continente
      - Thorax calidus & ſiccus, uel totum corpus, niſi iecur obſtiterit.
      - Thorax hirſutus, maximè pectus ac hypochondria.
      - Thorax latus, niſi cerebrum obſiſtat.
  - Calidiorem & humidiorem: ab
    - Ipſo
      - Pulſus magni, molles, celeres & frequentes, quibus reſpiratio proportione reſpondet.
      - Prompti ad actiones non minus quàm prædicti.
      - Ad iram proni, non tamen feri.
      - Morbis ex putredine obnoxij, ſi temperamentum à mediocritate multum deflectat, præſertimq; ad humidum.
      - Offenſio à calidis & humidis.
      - Auxilium à frigidis & ſiccis.
    - Continente
      - Thorax calidus & humidus, uel totum corpus.
      - Thorax hirſutus minimè prædictis.
  - #

- #
  - Frigidiorem & humidiorem: ab
    - Ipſo
      - Pulſus molles, parui, tardi, rari, quibus reſpiratio reſpondet.
      - Timidi, diffidentes.
      - Segnes ad actiones.
      - Ad iram parum prompti, nec iræ tenaces.
      - Offenſio à frigidis & humidis.
      - Auxilium à calidis & ſiccis.
    - Continente
      - Pectus frigidum & humidum, uel uniuerſum corpus, niſi hepar obſtiterit.
      - Pectus glabrum.
  - Frigidiorem & ſicciorem: ab
    - Ipſo
      - Pulſus duri, parui, neque celeres, neque frequentes, cum quibus proportionem habet reſpiratio.
      - Ad iram omnium minimum propenſi, coacti tamen aliqua occaſione iraſci, iram retinent.
      - Offenſio à frigidis & ſiccis.
      - Auxilium à calidis & ſiccis.
    - Continente
      - Pectus frigidum & ſiccum, uel totum corpus, niſi hepar obſiſtat.
      - Pectus omnium maximè glabrum.

## De ſignis ſalubrem hepatis temperaturam indicantibus, ex Gal. ibid.

- Signa indicantia hepatis temperaturam
  - Calidiorem: ſumpta ab
    - Ipſo hepate: ſumuntur ab
      - Excrementis. Redundantia flauæ bilis, & in ætatis uigore atræ.
      - Accidentibus extrinſecis
        - Offenſio à calidis.
        - Auxilium à frigidis.
    - Partibus continentibus ipſum,
      - Venter & hypochondria, uel totum corpus calidum, niſi cor repugnet.
      - Venter & hypochondria hirſuta.
      - Venarum latitudo.
  - Frigidiorem: ab
    - Ipſo: & ſumuntur ab
      - Excrementis. Redundantia pituitæ.
      - Accidẽtibus extrinſecis
        - Offenſio à frigidis.
        - Auxilium à calidis.
    - Continentibus
      - Venter, hypochondria, ſanguis, uniuerſiq; corporis habitus frigidior, niſi à corde caleſiat.
      - Venter & hypochondria glabra.
      - Venarum anguſtia.
  - Sicciorem: ab
    - Ipſo: & ſumuntur ab
      - Excrementis. Redundantia ſanguinis craſſi.
      - Accidentibus extrinſecis
        - Offenſio à ſiccis.
        - Auxilium ab humidis.
    - Continentibus
      - Vniuerſi corporis habitus aridior.
      - Venæ duriores.
  - Humidiorem: ab
    - Ipſo: & ſumuntur ab
      - Excrementis. Redundantia pituitæ, uel aquoſi humoris.
      - Accidentibus extrinſecis
        - Offenſio ab humidis.
        - Auxilium à ſiccis.
    - Continentibus
      - Vniuerſum corpus humidius, niſi cordis ſiccitas repugnet.
      - Venæ molliores.
  - Calidiorem & ſicciorem: & ſumpta ab
    - Ipſo hepate. Hæ ſumuntur ab
      - Actione naturali
        - Nutrice. Redundantia ſanguinis craſſioris & ſiccioris.
        - Expultrice:
          - Redundantia bilis in iuuentute.
          - Redundantia atræ bilis in ætate inclinante.
      - Accidentibus extrinſecis
        - Offenſio à calidis & ſiccis.
        - Auxilium à frigidis & humidis.
    - Continentibus ipſum
      - Vniuerſum corpus durius.
      - Hypochondria hirſutiſſima.
      - Venæ amplæ & duræ.
  - Calidiorem & humidiorem: ab
    - Ipſo: & ſumuntur ab
      - Actione naturali, nutrice. Redundantia boni ſanguinis.
      - Accidentibus extrinſecis
        - Offenſio ab humidis & calidis.
        - Putredine.
        - Vitiatis humoribus.
        - Auxilium à frigidis & ſiccis.
    - Continentibus
      - Venter & hypochondria minus hirſuta.
      - Totius corporis habitus calidior & humidior, niſi cor repugnet.
      - Venæ magnæ.
  - ⁂

- ʒ
  - Frigidiorem & humidiorem: ab
    - Ipſo: & ſumuntur ab
      - Actione naturali expultrice. Redundantia pituitæ.
      - Accidentibus extrinſecis
        - Offenſio á frigidis & humidis.
        - Auxilium á calidis & ſiccis.
    - Continentibus
      - Venter & hypochondria glabra.
      - Venarum anguſtia.
      - Vniuerſum corpus frigidum & molle, laxum, album, niſi cor in contrarium mutet.
  - Frigidiorem & ſicciorem: ab
    - Ipſo: & ſumuntur ab accidentibus extrinſecis
      - Offenſio á frigidis & ſiccis.
      - Auxilium á calidis & humidis.
    - Continentibus
      - Vniuerſum corpus frigidum & ſiccum, niſi cor oppugnet.
      - Venter & hypochondria glabra.
      - Venæ anguſtæ.

## De ſignis indicantibus ſalubrem teſtium temperaturam, ex Gal. ibidem.

- Signa indicantia teſtium temperaturam
  - Calidiorem: ab
    - Ipſis teſtibus: & ſumuntur ab
      - Actionibus
        - Appetitus ad uenerem magnus, & potentia.
        - Semen multum, æquale, leue, coctum, calidum, denſum, craſſum.
        - Cita erectio.
      - Accidentibus extrinſecis
        - Fœcunditas præſertim maſculorum.
        - A uenere nulla offenſio, ſed potius auxilium.
    - Partibus circuniacentibus
      - Partes genitales & his proximæ celerrimé pilis ueſtiuntur, præſertim ruffis, ſubcriſpis, craßis & plurimis.
  - Frigidiorem: ab
    - Ipſis: & ſumũtur ab
      - Actionibus
        - Naturalibus: & uel
          - Appetitiua. Appetitus ad Venerem paruus, & mediocris potentia.
          - Expulſiua. Semen crudum, fluidum, tactu frigidum, mediocre in tenuitate et raritate, album.
        - Animalibus motricib. Tarditas in erectione & mediocritas in emißione.
      - Accident. extrinſecis
        - Offenſio á uenere.
        - Infœcunditas uel fœminarum generatrix.
    - Partibus adnaſcentibus
      - Partes genitales glabræ.
      - Capilli plani, molles, pauci, ſubalbidi, tardé naſcentes.
  - Humidiorem: ab
    - Ipſis: & ſumuntur ab
      - Actionibus
        - Appetitus ad Venerem mediocris & potentia.
        - Semen multum, tenue fluidum, ſemicoctum, candicans, ſpumoſum, tepidum, & minus fœcundum.
        - Tarda erectio, & uelox emißio.
      - Accidentibus extrinſecis
        - Offenſio á Venere minor.
        - Infœcunditas.
    - Partibus adnaſcentibus. Pili ſubflaui, flaui, plani, molles, tenues, non multi, tardé naſcenets.
  - Sicciorem: ab
    - Ipſis: & ſumuntur ab
      - Actionibus
        - Appetitus ad Venerem paucus, pauca potentia.
        - Semen paucum, modicé craſſum, ſubobſcurum, inæquale, modicé calens.
        - Mediocritas in erectione, & tarditas in emißione.
      - Accidentibus extrinſecis
        - Offenſio á Venere.
        - Infœcunditas.
    - Partibus adnaſcentibus
      - Pili aſperi, craßi, non plurimi, neque citó naſcentes, neque nigri, neque magni, neque criſpi, ſed medij.

- *Signa indicantia teſtium temperaturam*
  - Calidiorem & ſicciorem: ab
    - Ipſis: & ſumuntur ab
      - Actionibus
        - Homo ab initio ſtatim ꝓcliuis ad Venerē, ſed ea celerrimè ſatiatur, et ſi moleſta ſit offenditur.
        - Semen denſiſſimum, craſſiſſimum, globoſum, feruens, ſuboſcurum, mordicans occurſu.
        - Cita erectio & tarda emiſſio.
      - Accidentibus extrinſecis
        - Offenſio à Venere, ſi cogatur.
        - Fœcunditas maxima.
    - Partibus adnaſcentibus
      - Partes genitales, & his proximæ ad umbilicum uſq; & media fœmora celerrimè pilis replentur.
  - Calidiorem et humidiorem: ab
    - Ipſis: & ſumuntur ab
      - Actionibus
        - Veneris appetitus non maior quàm alijs.
        - Semen multum, æquale, leue, coctum, moderatè calidum, ſpumoſum, mediocris conſiſtentiæ in craſſitudine & denſitate.
        - Cita emiſſio ſupra erectionem.
      - Accidentibus extrinſecis
        - Ab immodico Veneris uſu offenſio minor.
        - Fœcunditas.
    - Partibus adnaſcentibus
      - Partes genitales, & his proximæ minus hirſutæ.
      - Capilli flaui, plani, craſſi, molles, numero & ortu medij.
  - Frigidiorem & humidiorem: ab
    - Ipſis: & ſumuntur ab
      - Actionibus
        - Appetitus ad Venerem paruus.
        - Semen tenue, aquoſum, tactu frigidum, rarum, candicans, ſpumoſum.
        - Tardiſſima erectio, & uelox emiſſio.
      - Accidentibus extrinſecis
        - Offenſio à Venere facilis.
        - Infœcunditas omnino, uel fœminarum fœcunditas.
    - Partibus adnaſcentibus
      - Partes genitales & his uicinæ nudæ.
      - Pili albicantes, pauci, molliſſimi, & planiſſimi, tardè naſcentes.
  - Frigidiorem & ſicciorem: ab
    - Ipſis: & ſumuntur ab
      - Actionibus
        - Appetitus pronus, ſed potentia minima.
        - Semen paucum, obſcurum, inæquale, craſſum, crudum, tactu frigidum.
        - Tarda erectio, & tarda eiectio.
      - Accidentibus extrinſecis
        - Offenſio à Venere maxima.
        - Infœcunditas.
    - Partibus adnaſcentibus
      - Partes genitales & his uicinæ glabræ.
      - Capilli ſubalbidi, tortuoſi, undarum modo, tenuiſſimi, pauciſſimi, tardiſſimè naſcentes.

- *Signa indicantia uentriculi temperaturam*
  - Calidiorem: ſumuntur ab
    - Actionibus natural.
      - Appetentia deterior quàm concoctio.
      - Concoctio melior, præſertim durorum & coctu difficilium.
      - Ciborum & potionum calidorum appetentia.
    - Excrementis: uidelicet per uomitum uel aluum biliosa eiecta.
    - Accidentibus extrinſecis
      - Læſio à calidis.
      - Auxilium à frigidis.
  - Frigidiorem: ſumuntur ab
    - Actionibus
      - Appetentia proba.
      - Concoctio imbecillis, præſertim ciborum coctu difficilium.
      - Cibo & potu frigido gaudent, ſed ab immoderato eorum uſu, facilè offenduntur.
      - Ructus acidi.
    - Excrementis: uidelicet per uomitum & aluum cruda.
    - Accidentibus extrinſecis
      - Offenſio à frigidis.
      - Auxilium à calidis.
  - Humidiorem: ab
    - Actionibus: appetentia
      - Ciborum humidorum.
      - Potus minor. Vnde ſitis nulla uel minima.
    - Excrementis: nempe per uomitum & aluum liquidiora.
    - Accidentibus extrinſecis
      - Læſio ab humidis externis.
      - Auxilium à ſiccantibus.
  - Sicciorem: ab
    - Actionibus: appetentia
      - Ciborum ſiccorum.
      - Potus. Vnde ſitis celeris, quæ pauco potu ſedatur: plurimo enim grauatur, fluctuationibusq; infeſtatur.
    - Excrementis: uidelicet per uomitum & aluum ſicciora.
    - Accidentibus extrinſecis
      - Offenſio à ſiccis.
      - Auxilium ab humidis.

¶ Coniugatæ uentriculi intemperantiæ, ex ſimplicium compoſitione cognoſcuntur.

## De ſignis ſalubrem pulmonis temperaturam indicantibus, ex Gal. ibid.

- *Signa indicãtia pulmonis temperaturam*
  - *Calidiorem: ſumpta ab*
    - *Ipſo pulmone: & ſumuntur ab*
      - *Actionibus*
        - *Multa inſpiratio.*
        - *Longa expiratio.*
        - *Vox magna.*
      - *Excrementis: uidelicet nulla uel pauca, & cocta, cum tuſsi & ſcreatu.*
      - *Accidentibus extrinſecis*
        - *Offenſio à calidis.*
        - *Auxilium à frigidis.*
    - *Continente. Thorax calidus.*
  - *Frigidiorem: ab*
    - *Ipſo: & hæc ſumuntur ab*
      - *Actionibus*
        - *Pauca inſpiratio.*
        - *Breuis expiratio.*
        - *Vox parua.*
      - *Excrementis. Excrementa pituitoſa cum ſcreatu & tuſsi.*
      - *Accidentibus extrinſecis*
        - *Offenſio à frigidis.*
        - *Auxilium à calidis.*
    - *Continente. Thorax frigidior.*
  - *Humidiorem: ſumuntur ab*
    - *Actionibus*
      - *Vox fuſca, obſcura & rauca, quæ excrementis interciditur, ſi uehementius loqui conentur.*
    - *Excrementis: uidelicet pituitoſa, cum tuſsi & ſcreatu.*
    - *Accidentibus extrinſecis*
      - *Offenſio ab humidis.*
      - *Auxilium à ſiccis.*
  - *Licciorem: ſumuntur ab*
    - *Actionibus. Vox canora, lucida & clara.*
    - *Accidentibus extrinſecis*
      - *Offenſio à ſiccis.*
      - *Auxilium ab humidis.*

¶ *Compoſitæ pulmonis intemperaturæ, ex ſimplicium compoſitione noſcuntur.*

¶ *Reliquæ internæ animantis partes obſcuras ſui temperamenti notas habent, ea tamen cognoſcuntur ex naturalium facultatum functionibus, & ex his quæ iuuare & lædere ſolent.*

## De ſignis ſanitatem partium inſtrumentalium, ab optima recedentem, indicantibus, in figura, magnitudine, numero & ſitu, ex Gal. ibid.

- *Salubritas partium inſtrumẽtalium, ab optima recedens,*
  - *Partium externarũ, quarum uitium facilè cognoſcitur, cùm ſenſibus pateat, ut*
    - *Capitis.*
    - *Thoracis.*
    - *Opertæ.*
    - *Scoptulæ.*
    - *Humerorum.*
    - *Brachiorum.*
    - *Manuum.*
    - *Coxarum.*
    - *Femorum.*
    - *Tibiarum.*
    - *Pedum.*
  - *Internarum partium, & harum aliæ cognitu*
    - *Faciles, ut*
      - *Ventriculi paruitas, rotunditas, & prominentia iuxta hypochondria locata, ſua circumſcriptione tum uidentibus, tum tangentibus euidenter apparet, ſumpto copioſiore cibo.*
      - *Veſicæ paruitas & ſitus eminens, tumore in pectine circumſcripto, ſi quando urinam tardius excernit, apertè deprehenditur.*
      - *Vteri paruitas & ſitus à natura alienus, & alia eius uitia, obſtetricibus etiam tactui ſunt manifeſta.*
    - *Difficiles: ut*
      - *Iecoris paruitas ex his omnibus ſimul iunctis, uidelicet*
        - *Venarum exiguitate.*
        - *Cutis pallore.*
        - *Dolore graui & tẽſiuo, in dextra hypochondriorum parte, poſt ſumptum immodicum & flatulentum & crudum cibum.*
      - *Meatus à ueſicula fellis, cùm non exiguam bilis portionẽ ad imam uentriculi partem feratur, cognoſcitur ex bilioſo uomitu quotidiano, quamuis totum corpus ſit pituitoſum: alui excrementis bile flaua minimum tinctis.*
      - *Reliquarum internarum partium, ut non certiſsima ſcientia, ſed artificioſa tantùm coniectura cognoſcatur, quam cognoſcendi facultatem corporum inciſio, & actionum & utilitatum notio ſuppeditat.*

## De ſignis inſalubribus.

### De ſignis, quibus cognoſcitur, utrum pars affecta, proprio affectu, uel per conſenſum laboret, & quot modis pars per conſenſum affecta, fiat, ex Gal. lib. primo, de Locis affect. cap. 6.

- *Pars afficitur*
  - *Affectu proprio: quando proprijs accidentibus dignoſcitur, ac ſemper eadem fuerint perpetua, neque alijs præcedentibus ſuperueniunt, ut*
    - *Cerebrum in Phrenitide uera & lethargo.*
    - *Oculus in Suffuſione.*
    - *Larinx in Angina.*
    - *Pulmo in Peripneumonia.*
    - *Membrana coſtas ſuccingens in Pleuritide.*
    - *Cor in ſyncope cardiaca.*
    - *Ventriculus in Lienteria.*
    - *Hepar in Diſenteria hepatica.*
  - *Per conſenſum: quando proprijs accidentibus diſcerni nequit, nec perpetuò permanet, ſed cùm pars aliqua cum alia ſic afficitur, ut irritata quidem una, altera uehementius moleſtetur, remiſſa uerò irritatione, quieſcat. Fit autem hic trifariàm: uidelicet quando uel*
    - *Materia aliunde præparata deficit, ut in uoce ſpiritus.*
    - *Facultas priuatur*
      - *Cum eſſentia, ab obſtructione neruorum, ad oculos tendentium.*
      - *Citra eſſentiam, ut in crure reſoluto neruus.*
    - *Cauſa aliunde pertranſit, eaq; eſt uel*
      - *Humor contentus in uentriculo, aſcendens, qui ſimul caput calefacere ac diſtendere poteſt.*
      - *Vapor ſolus, qui pertranſit abſque diſtentione & calfactione capitis.*

### De ſignis, partes ægrotantes internas indicantibus, ex Gal. lib. primo, de Locis affectis, cap. 1. & 5.

- *Signa partium ægrotantium internarũ, ſumuntur ab*
  - *Actionibus*
    - *Animalibus*
      - *Senſibilibus: ut læſa*
        - *Viſio, oculum affectum eſſe oſtendit.*
        - *Auditio: aures, &c.*
        - *Olfactio: nares & cerebri uentriculi anteriores, &c.*
        - *Guſtatio linguam affectam indicat.*
        - *Tactio: neruos, &c.*
      - *Motorijs. Neruos & muſculos, in ea parte, quæ motu priuatur, affectos eſſe demonſtrant.*
      - *Principibus: ut læſa*
        - *Imaginatio*, *Ratio*, *Memoria* — *Cerebrum affectum eſſe indicat.*
    - *Vitalibus: ut pulſus, cor & arterias affectas denunciant.*
  - *Excrementis: quæ ſunt uel*
    - *Eſſentia propria partis alicuiꝰ, ut*
      - *Bronchium tuſſiendo excretum, pulmones ægrotare indicat.*
      - *Ramentum per aluum eiectum, inteſtinorum affectum oſtendit.*
      - *Caruncula per urinam excreta, renes affectas, &c.*
      - *Excrementa lamarum ſpeciem referentia, per urinam excreta, ueſicã eſſe affectam portendunt.*
    - *Cõtenta in partibus ijs*
      - *Secundum naturam*
        - *Vrina excreta per uulnus, urinarios meatus, uel ueſicam affectam eſſe indicat.*
        - *Stercus per uulnus eiectum: inteſtinorum aliquod affectum eſſe demonſtrat.*
        - *Cibus per uulnus reiectum, uentriculum laborare denunciat.*
        - *Efflatus ſpiritus inter reſpirandum per thoracem, membranam coſtas ſuccingentem affectam eſſe oſtendit.*
      - *Præter naturam*
        - *Lapis, renes uel ueſicam affectam eſſe indicat.*
        - *Pus uel ſanguinis grumus per tuſſim eiectus, thoracem, &c.*
        - *Lumbrici: inteſtina, &c.*
  - *Accidentibus, cuiq; parti affectæ proprijs: ut*
    - *Cibi faſtidium: oris uentriculi affecti, ſignum eſt.*
    - *Pica mulierum: ſtomachi, &c.*
    - *Suffuſio: oculos affectos indicat.*
    - *Excrementa ſimilia loturæ carnium, nuper mactatarũ, hepatis imbecilli eſt ſignum.*
    - *Rubedo maxillarum, peripneumoniam indicat.*
    - *Hæmodia: dentium ſtupidorum eſt nota.*
    - *Dolor*
      - *Pulſatorius: arterias* — *Punctorius: membranas* — *Affectas indicat.*
      - *Grauis: uiſcera, aliamúe partem ſenſus hebetioris.*
    - *Durus in dextra hypochondriorum parte tumor: hepatis affecti nota eſt.*
    - *Quemadmodum ſi in ſiniſtra fuerit, ſplenis affectum portendit.*
    - *Dolor antè, in nota ulceris per uomitum: uentriculum: pòſt, gulam affectam eſſe monſtrat.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0186-5
DFG

## De ſignis, morbos & ſymptom. ſignificantibus, ex Gal. primo, de Locis affectis, cap. 5.

*Signa morborum & ſymptomatum, ſumuntur ab*
- *Actionibus uitalibus læſis: ut uariæ differentiæ pulſus læſi, uarias febrium, aliorumq́; affectuum differentias oſtendunt.*
- Excrementis, *quæ ſunt uel*
  - *Subſtantia propria partis alicuius, ut ramentum per*
    - *Alnum deiectum*
    - *Collum uteri*
    - *Vrinam*
    - *Alium quemuis meatum*
    - → *Vlceris indiciū eſt.*
  - Contenta in *ſpacio earū*
    - *Secundum naturam, ut*
      - Detectio cibi nōdum mutati, indicium eſt Diarrheæ.
      - Mictus potus, non mutati, ſignum eſt Diabetæ.
      - Sudor multus, morbum portendit.
    - *Præter naturam*
      - *Sabuloſa urina, lapidem denuntiat.*
      - *Excrementa ſeminibus cucurbitæ ſimilia, uermes ſignificant.*
- *Accidentibus proprijs cuiq;*
  - Affectui, ut
    - Adunci ungues, tabem ſignificant.
    - *Horror intempeſtiuus cum febre, inflammationis ad ſuppurationem tranſitionem oſtendit.*
    - *Lingua nigricans, ardentis febris ſignum eſſe conſueuit.*
    - Calor totius corporis præter naturam, febrem.
    - Dolor lateralis punctorius, pleuritidem.
    - Dolor
      - *Pulſatorius inflammationes*
      - *Tenſiuus, flatus*
      - *Grauis, humorum copiam*
      - → *Oſtendit.*
    - *Color totius corporis citrinus, uel tantùm oculorū, morbum Regium.*
    - *Color corporis totius niger: icterum nigrum, &c.*
  - *Parti affectæ*
    - *Suffuſio ſolis oculis accidit.*
    - *Lapis in renibus & ueſica tantùm gignitur, & ut quidam uolunt, in colo.*
    - *Lumbrici ſolùm in uentriculo & inteſtinis.*

## De ſignis, morborum cauſas internas & externas indicantibus, ex Hipp. lib. primo Aphoriſ. Aphoriſmo 2. & Gal. in Commento, alijsq́ in locis.

*Signa cauſarum internarum & externarum ſumuntur ab*
- *Actionibus læſis*
  - *Animalibus*
    - *Senſibilibus*
    - *Motricibus*
    - *Principibus*
  - *Vitalibus*
  - *Naturalibus*
  - → *De quibus ſupra.*
- *Excrementis.*
- *Corporis diuerſis affectibus*
  - *Intrinſecis*
    - *Morbis: ut*
      - *Synochus non putris, Sanguinem*
      - *Febris Tertiana, Bilem*
      - *Quotidiana, Pituitam*
      - *Quartana, Melancholiam*
      - *Phlegmone, Sanguinem*
      - *Eryſipelas, Bilem*
      - *Œdema, Pituitam*
      - *Scirrhus, Atram bilem*
      - → *Indicat.*
    - *Symptomatibus, ut*
      - *Colore.*
      - *Odore.*
      - *Sapore.*
      - *Calore.*
      - *Mollitie.*
      - *Duritie.*
  - *Extrinſecis à*
    - *Lædentibus.*
    - *Iuuantibus.*

## De ſignis ſanguinis, in corpore redundantis, ex Hipp. & aliјs.

- *Signa ſanguinis in corpore redundantis, ſumũtur ab*
  - *Actionibus læſis*
    - *Animalibus*
      - *Senſib.*
        - *Proprijs. Senſus*
          - *Impediti.*
          - *Stupidi.*
        - *Communibus*
          - *Somnus mediocris.*
          - *Somnus placidus.*
          - *Inſomnium iucundarum rerũ.*
      - *Principibus. Cogitatio tarda.*
    - *Vitalibus*
      - *Pulſus fortis, magnus & plenus.*
      - *Animi mores tranquilli, hilares & iucundi, ſimplices.*
    - *Naturalibus*
      - *Vinoſi.*
      - *Libidinoſi.*
  - *Excrementis*
    - *Sudor multus, graueolens.*
    - *Vrina copioſa.*
  - *Corporis affectibus ſiue accidentibus*
    - *Intrinſecis*
      - *Synochus non putris.*
      - *Color faciei rubicundus, & quaſi ex albo & rubro miſtus.*
      - *Corpus carnoſum, firmum, ſine multo adipe.*
      - *Adoleſcentia, quæ ætas eſt uſque ad annum 35.*
      - *Calor totius corporis mitis, blandus & halituoſus.*
      - *Laßitudo ſpontanea.*
      - *Phlegmone.*
    - *Extrinſecis*
      - *Aër temperatus, regio, & tempus anni.*
      - *Cibus temperatus, & optimum ſanguinem generans.*
      - *Vita curarum expers, gaudiorum plena.*
      - *Exercitatio tempeſtiua & moderata ſine labore.*
      - *Offenſio à calidis & humidis.*
      - *Auxilium à frigidis & ſiccis.*

## De ſignis bilis flauæ, in corpore redundantis, ex ijſdem.

- *Signa bilis flauæ in corpore redundãtis, ſumuntur ab*
  - *Actionibus læſis,*
    - *Animalibus*
      - *Senſibilibus commun.*
        - *Somnus leuis nec profundus, inquietus, magna corporis iactatione.*
        - *Vigiliæ immoderatæ.*
        - *Inſomnia ignis, belli, furoris, iracundiæ ſplendorisq́; plena.*
      - *Principibus. Cogitationes attentæ, & curæ graues. Aſtuti.*
    - *Vitalibus*
      - *Pulſus uehemens, uelox, frequens & durus.*
      - *Animi dexteritas & prudentia.*
      - *Propenſi ad iram & uindictam.*
      - *Audaces: liberales.*
    - *Naturalibus*
      - *Appetentia frigidorum.*
      - *Sitis uehemens.*
  - *Excrementis*
    - *Vrina flaua, flammea & acris, ſedimenti pauci.*
    - *Sudor bilioſus initio, ceu pungantur acubus horrent.*
    - *Vomitus bilioſus.*
    - *Euacuatio bilis naturalis ſuppreſſa.*
  - *Accidentibus*
    - *Intrinſecis*
      - *Color faciei & totius corporis pallidus, flauus aut citrinus.*
      - *Corporis habitus ſiccus, macer & gracilis.*
      - *Adoleſcentia.*
      - *Venæ & arteriæ amplæ.*
      - *Tertianæ & eryſipelata.*
      - *Morſus ſtomachi.*
      - *Os & ſtomachus amaricant, ſaliua & ſputum amara.*
    - *Extrinſecis*
      - *Regio & aëris conſtitutio calida & ſicca.*
      - *Tempus anni calidum, ut in æſtate.*
      - *Victus ratio ciborum calidorum & ſiccorum, tenuis, parca & rara.*
      - *Exercitatio diuturna & multa.*
      - *Euacuatio bilis toleratu facilis ac utilis.*
      - *Offenſio à calidis & ſiccis.*
      - *Auxilium ab humidis & frigidis.*

## De ſignis bilis atræ, in toto corpore redundantis, ex iiſdem.

Signa bilis atræ in corpore redundãtis ſumuntur ab——

- Actionibus læſis
  - Animalibus ſenſibilibus communibus
    - Somnus turbulentus.
    - Inſomnia rerum horrendarum, nigrarum, mortuorum, cadauerum, ſepulchrorum.
  - Vitalibus
    - Pulſus parui, tardi, rari & ſubduri.
    - Animi motus & mœſtitia, taciturnitas, ſolitudo.
  - Naturalibus. Appetentia ſæpe corrupta, cum ructu acido.
- Excrementis
  - Vrina uel tenuis, uel alba, uel craſſa, liuida, uireſcens, aut nigra.
  - Deiectio melancholica, aliquando per uomitum uel aluum, &c.
  - Suppreſſa euacuatio bilis atræ conſueta, uel ſponté, uel medicamentis.
- Accidentibus
  - Intrinſecis
    - Quartanæ, ſcirrhi, ſcabies, cancer, &c.
    - Color faciei ac totius corporis fuſcus, obſcurus aut nigricans.
    - Corporis habitus ſiccus & macilentus, aſpectus inconſtans, horridus & mœſtus.
    - Sudor niger in ſtrigili, acidus, paucus.
    - Ætas inclinans, & prima ſenectus.
  - Extrinſecis
    - Regio & aëris conſtitutio frigida & ſicca. inconſtans & inæqualis.
    - Anni tempus frigidum & ſiccum, ut Autumnus.
    - Victus ratio ciborum craſſorum.
    - Exercitatio qualis bilem gignit, ſed diuturnior, & etiam Autumno, & cum ſudore multo.
    - Vitæ conditio triſtis, multis curis, negotiis implicita abſque animi hilaritate.
    - Sunt tamen integri & graues.
    - Iuuantur à medicamentis, quæ atram bilem euacuãt, & à uictu probum ſanguinem generante.
    - Læduntur à contrariis.

## De ſignis pituitæ, in toto corpore redundantis, ex iiſdem.

Signa pituitæ in toto corpore redundãtis, ſumuntur ab——

- Actionibus læſis
  - Animalibus
    - Senſibilibus
      - Propriis. Senſus obtuſi.
      - Commun.
        - Somnus profundus atque grauis.
        - Inſomnia aquarum, pluuiæ niuis, ſubmerſionis.
    - Motricibus. Omnes corporis motus tardi, cum grauitate & ſegnitie.
    - Principibus
      - Cogitatio hebes.
      - Memoria obliuioſa.
  - Vitalibus
    - Pulſus tardus, paruus, rarus ac mollis.
    - Mores timidi, non audaces, ad iram parum prompti.
  - Naturalibus
    - Appetentia acidorum, acrium.
    - Concoctio imbecillis, tarda.
- Excrementis
  - Excretio pituitæ ſponté per aluum aut uomitum.
  - Euacuatio pituitæ naturalis ſuppreſſa.
  - Vrina alba, uel pallida, nunc tenuis, nunc craſſa.
- Accidentibus
  - Intrinſecis
    - Quotidianæ, œdemata, deſtillationes.
    - Color faciei aut totius corporis albicans aut liueſcens.
    - Corporis habitus obeſior.
    - Moles corporis ampla & obeſa, mollis & contactu frigida.
    - Venæ arteriæq; exiles & anguſtæ.
    - Ætas ſenilis.
  - Extrinſecis
    - Regio aërisq; conſtitutio frigida ac humida.
    - Anni tempus frigidum humidumq;, ut Hyems.
    - Victus ciborum frigidorum ac humidorum. Item plenior largiorq; potus.
    - Vita ſine curis, ſine ſtudiis aut mœrore.
    - Vita in otio deſes, locis maximé aquoſis & humidis.
    - Offenſio à frigidis & humidis.
    - Auxilium à calidis & ſiccis.

¶ Pituita ſalſa cùm ob putredinem uel miſtam bilem flauam fiat, miſta quoque ſigna habebit.

## De ſignis aquoſi humoris, in toto corpore redundantis, ex iiſdem.

- *Signa aquoſi humoris, in toto corpore redundantis, ſumuntur ab*
  - Actionibus læſis
    - Animalibus
      - *Senſibilibus commun.*
        - *Somnus profundus atque grauis.*
        - *Inſomnia aquarum, pluuiæ, niuis, &c.*
      - *Motricibus. Motus tardi cum ſegnitie.*
    - *Vitalibus. Pulſus parui, tardi, rari ac molles.*
    - *Naturalibus. Concoctio imbecilla & tarda.*
  - Excrementis
    - *Deiectio liquida & mollis.*
    - *Expuitio multa, ſimplex ſine tuſſi.*
    - *Vrina pauca, nec potui reſpondēs, aquoſa, ac ſæpe ut in Diabete multa.*
  - Accidentibus
    - Intrinſecis
      - *Œdemata.*
      - *Color faciei pallidus & obſcurus.*
      - *Habitus corporis œdematoſus, in quo ponentis digitus manet.*
      - *Facies, manus, reliquumq́; corpus ſubtumidum.*
      - *Ætas ſenilis.*
      - *Ventriculus frigidus, lien uerò & hepar obſtructum ſcirrhoſumq́;.*
    - Extrinſecis
      - *Regio cœliq́; conſtitutio humida.*
      - *Anni tempus humidum.*
      - *Cibus ualde humidus, & potus liberalior.*
      - *Offenſio ab humidis.*
      - *Auxilium à ſiccis.*

## De ſignis flatuum, in toto corpore redundantium, ex iiſdem.

- *Signa flatuum in toto corpore redundātium: ſumūtur ab*
  - Actionibus læſis
    - Animalibus
      - *Senſibilibus commun.*
        - *Somnus multus.*
        - *Inſomnia rei celeriter currentis, aut uolantis, interdum etiam tonitrui & tempeſtatis.*
      - *Motricibus. Otium.*
    - Naturalibus
      - *Concoctio imbecillis.*
      - *Frequens ructus crepitusq́;, quibus ſtatim leuamentum ſuccedit.*
  - Affectionibus ſeu accidētibus
    - Intrinſecis
      - *Caloris imbecillitas.*
      - *Ventriculus frigidus humidusq́;.*
      - *Ventriculi & coli diſtentio cum ſono, præſertim in ſiniſtro hypochondrio.*
      - *Lien melancholia turgens & obſtructus.*
      - *Dolor tenſiuus per uniuerſum corpus.*
      - *Procliuitas magna in colicum dolorem.*
      - *Frequēs auriū tinnitus cum partium corporis palpitatione.*
      - *Ætas ſenilis.*
    - Extrinſecis
      - *Regio cœliq́; conſtitutio frigida.*
      - *Anni tempus frigidum.*
      - *Cibus flatulentus, ut fructus crudi, caſtaneæ, fabæ, tubera, &c.*
      - *Potus immoderatus, & nimia uentriculi è liquidis cibis fluctuatio.*
      - *Crapula, &c.*

## De ſignis plenitudinis totius corporis, ex Gal. de Curandi ratione per ſanguinis miſsionem, & alijs.

- *Signa plenitudinis*
  - *Supra uires. Hæc quamuis in ea ſanguis, nec quantitate nec qualitate ſymmetriam excedat, uires tamen quauis alia ex cauſa imbecillas premit. Et ſumuntur ab*
    - *Actionibus animalibus læſis*
      - *Senſibilibus commun.*
        - *Somnus grauis, profundus & interturbatus.*
        - *Inſomnia rerũ prementium corpus, & quod corpus aliquando moueri nequeat.*
      - *Motricibus*
        - *Motus corporis pigrior.*
        - *Segnities.*
    - *Accidentibus intrinſecis. Corporis artuũmq; grauitas.*
  - *Supra uaſorum capacitatem, ſumpta ab*
    - *Actionibus*
      - *Vitalibus*
        - *Pulſus fortis, ualidus, magnus & plenus.*
        - *Reſpiratio nec alta, nec omnino libera.*
      - *Naturalibus. Vacuatio conſueta ſuppreſſa.*
    - *Accidentibus*
      - *Intrinſecis*
        - *Venarum omnium tumor æquabilis.*
        - *Tenſio uenarum cum quodam ſenſu doloris.*
        - *Corporis moles plenior.*
        - *Denſitas cutis.*
      - *Extrinſecis*
        - *Cibus plenior.*
        - *Vita deſes & otioſa.*
        - *Exercitatio conſueta neglecta.*
        - *Balnearum inſuetarum moderatus uſus à cibo.*

## De ſignis febrium ephemerarum & hecticarum, ex Gal. lib. primò, de Differentijs febrium.

- *Signa febrium*
  - *Ephemerarum*
    - *Inſeparabilia*
      - *Propria: & ſumpta ab*
        - *Actionibus læſis,*
          - *Vitalibus*
            - *Pulſus ad celeritatem & magnitudinem effatu dignam.*
            - *Syſtoles non celerior.*
          - *Natural. Concoctio in urina prima ſtatim die.*
        - *Accidentibus intrinſecis*
          - *Caliditas tactu ſuauis percepta.*
          - *Declinatio cum ſudore ſuaui.*
      - *Impropria*
        - *Ab aliqua cauſa procatarctica incipere.*
        - *Aſcenſus æqualis, atque incompreſſus in caliditate & pulſibus.*
        - *Caloris mediocritas.*
    - *Separabilia.*
  - *Hecticarum, Harum aliæ ardentem febrem, ſeu putridam ſequuntur, aliæ à procatarctica ſtatim cauſa incipiunt, & primum inſultum ephemeris ſimilem habent: atque harum quælibet uel eſt*
    - *Tabida: atque huius ſigna ſumuntur ab*
      - *Actionibus uitalibus. Pulſus debilis ac durus, frequens ac tenuis.*
      - *Excrementis. Sordes in oculis ſiccæ.*
      - *Accidentibus intrinſecis*
        - *Totius corporis ſiccitas.*
        - *Oculi concaui.*
        - *Tempora collapſa.*
        - *Cutis durities, quæ inſtar corij extenditur, &c.*
        - *Extinctio coloris natiui.*
    - *Nondum tabida, & uel*
      - *Sola: cuius ſigna uel*
        - *Inſeparabilia*
          - *Propria*
            - *Allato cibo febrem quidem accendi, ac pulſum ad magnitudinem ac uelocitatem augeri, ita ut incompreſſa inuaſio facta uideatur.*
          - *Impropria*
            - *Pulſus celer ac magnus.*
            - *Puſillæ, ac ſemper à principio uſq; ad finem ſunt æquales.*
            - *Arteriæ calidiores circunſtantibus partibus.*
        - *Separabilia.*
      - *Coniuncta cum putrida: & uel*
        - *Inſeparabilia*
          - *Propria*
            - *Quando acceſsiones breues fiunt, & ſæpe cum rore ac perſpiratione uaporoſa uidentur reſolui.*
            - *Si corpus tangentibus uidetur quaſi temperatum in calore.*
            - *Si omnia ſigna hecticæ febris apparent, præſertim ſi arteriæ calidiores cæteris partibus, & motum uelocitatis atque frequentiæ non amittunt.*
          - *Impropria.*
        - *Separabilia.*

## De ſignis febrium putridarum, ex Gal. ibidem.

- *Signa febrium putridarum*
  - *Separabilia*
    - *Propria: ſumuntur ab*
      - *Actionibus uital. læſis,*
        - *Inæqualitas pulſuum, & caloris ſiue in principio ſiue in augmento.*
        - *Pulſus afflictatio initio febris.*
        - *Inæqualitas pulſuum, niſi uentriculi ratione eueniat.*
      - *Accidentibus*
        - *Intrinſecis*
          - *A rigore aut horrore incepiſſe.*
          - *Plures inſultus habere.*
          - *Symptomata Cauſonis, Hepialæ, Lypiriæ, Hemitrit. &c.*
        - *Extrinſecis. A nulla euidente cauſa incepiſſe.*
    - *Impropria.*
  - *Inſeparabilia*
    - *Propria*
      - *Syſtoles uelocitas.*
      - *Vrinarum in principio aut cruditas, aut debilis coctio.*
      - *Poſt primam acceßionem non ſubſequi integram quietem.*
    - *Impropria.*

## De ſignis febris tertianæ intermittentis, exquiſitæ, ex Gal. de Differentijs febrium.

- *Signa tertianæ exquiſitæ, ſumuntur ab*
  - *Actionibus læſis*
    - *Animalibus ſenſibilibus commun. ut Vigiliæ multæ.*
    - *Vitalibus: ut Pulſus*
      - *Maximus.*
      - *Frequentißimus.*
      - *Celerrimus.*
  - *Excrementis*
    - *Alui deiectiones bilioſæ.*
    - *Vrinæ bilioſæ, ruffæ, ſubruffæ.*
    - *Sudores.*
  - *Accidentibus*
    - *Intrinſecis & uel cōſequentibus*
      - *Febrem ipſam*
        - *In principio acceſſionis: ut*
          - *Inuaſio, quæ ſemper cū rigore incipit, in quo ſenſus eſt magis acutæ alicuius rei pungētis corpus, quā frigoris. Et inuaſio huius febris duodecim ad ſummū horarū æquinoctialium ſpatio finitur.*
        - *Argumento & ſtatu, ut calor*
          - *Effulgens & multus.*
          - *Vehemens & acris.*
          - *Manum mordicans in principio, ſed pauló póſt à manu uictus.*
        - *Fine: ut ſolutio uel in*
          - *Sudorem.*
          - *Alui deiectionē bilioſam.*
          - *Vomitum bilioſum.*
        - *Toto tempore*
          - *Sitis uehemens.*
          - *Dolor capitis.*
          - *Corporis ariditas.*
      - *Corpus ægrotantis*
        - *Ætas iuuenilis.*
        - *Temperamentum calidum & ſiccum.*
        - *Habitudo corporis denſa & muſculoſa.*
        - *Corpus piloſum, macilentum & nigrum.*
    - *Extrinſecis*
      - *Victus ratio calida & ſicca, parca.*
      - *Vſus medicamentorum calidorum & ſiccorum.*
      - *Conſuetus antea hac febre laborare.*
      - *Vitæ inſtitutum laborioſum.*
      - *Exercitatio tam corporis quàm animi multa.*
      - *Regio & aëris conſtitutio calida & ſicca.*
      - *Anni tempus calidum & ſiccum.*
      - *Tertianæ populariter graſſantes.*

¶ *Hæc quoque Tertianæ continuæ exquiſitæ ſigna eſſe poſſunt, niſi quòd hæc neque cum rigore inuadat, neque ad inſebricitationem deſinat.*

## De ſignis Quotidianæ intermittentis exquiſitæ, ex Gal. ibid.

*Signa Quotidianæ exquiſitæ, ſumuntur ab*
- *Actionibus læſis*
  - *Animalibus*
    - *Senſibilibus communibus. Vigiliæ paucæ.*
    - *Motricibus. Motus piger.*
  - *Vitalibus: ut Pulſus*
    - *Tardus.*
    - *Rarus.*
    - *Paruus.*
- *Excrementis*
  - *Alui deiectio pituitoſa.*
  - *Vrinæ*
    - *Albæ & tenues.*
    - *Craſſæ & pituitoſæ.*
- *Accidentibus*
  - *Intrinſecis: & uel conſequētibus*
    - *Febrem ipſam*
      - *In principio acceſsionis. Inuaſio ipſius cum frigore extremorum potius, quàm rigore.*
      - *Fine. Solutio ſine ſudore, atque ita, ut uix ad inſebricitationem perueniat.*
      - *Toto tempore*
        - *Calor humens, ſiue fumoſus, cum longo uapore commiſtus, puſillus, manui primò cedens.*
        - *Ventriculi dolores.*
        - *Vomitus ſine nauſea.*
    - *Corpus ægrotantis*
      - *Ætas puerilis, & ex grandioribus, qui pituitoſi ſunt.*
      - *Temperamentum frigidum & humidum.*
      - *Habitudo corporis mollis, & pinguis, effœminata.*
      - *Corpus album, glabrum.*
  - *Extrinſecis*
    - *Aëris præſens conſtitutio, anni tempus, regio, frigida & humida.*
    - *Ratio uictus frigida & humida, ſub qua medicamentorum uſus comprehenditur.*
    - *Conſuetudo morborum frigidorum.*
    - *Vitæ inſtitutum otioſum, & uoluptuoſum.*
    - *Exercitatio corporis & animi pauca.*
    - *Quotidianæ populariter graſſantes.*

¶ *Signa Quotidianæ intermittentis, continuæ ſunt ſimilia, niſi quod hæc ad inſebricitationem non perueniat.*

## De ſignis Quartanæ intermittentis exquiſitæ, ex Gal. ibid.

*Signa Quartanæ exquiſitæ, ſumuntur ab*
- *Actionibus læſis,*
  - *Animalibus*
    - *Senſibilibus commun. Vigiliæ.*
    - *Principibus*
      - *Cogitabundus.*
      - *Triſtis.*
      - *Solitudinis amans.*
  - *Vitalibus: ut Pulſus*
    - *Rarus ualde.*
    - *Tardus.*
    - *Paruus.*
- *Excrementis*
  - *Alui deiectiones nigræ.*
  - *Vrinæ iam ſubruffæ iam albæ, ſed ſemper tenues, atque crudæ.*
- *Accidentibus*
  - *Intrinſecis, conſequentibus uel*
    - *Febrem ipſam*
      - *In principio acceſsionis*
        - *Rigor qualis iis, qui uehementi gelu frigeſcũt, non iis, qui ſole peruſtis, &c.*
        - *Accenſio tarda, uelut lapis aliquis, aut tale aliquod corpus frigidum & ſiccum.*
      - *Augmento & ſtatu, ut Calor*
        - *Mitior, quàm in tertianis, multò.*
        - *Non humidus & uaporoſus, ut in Quotidiana.*
      - *Fine. Solutio ipſius in ſudorem, ſed parciorem, quàm in tertiana, & qui acidum habet ſaporem.*
      - *Toto tempore*
        - *Tumefactio ſiue durities lienis.*
        - *Sitis mediocris.*
    - *Corpus ægri*
      - *Ætas declinans.*
      - *Temperamentum frigidum & ſiccum.*
      - *Habitudo corporis obſcura, hirta ac denſa. Corpus nigrum.*
  - *Extrinſecis*
    - *Aëris conſtitutio, Regio, Anni tempus frigid. & ſicca.*
    - *Victus ratio frigida & ſicca, ſub qua medicamentorum uſus.*
    - *Vitæ inſtitutum laborioſum.*
    - *Exercitatio corporis multa.*
    - *Quartanæ populariter graſſantes.*

## De ſignis memoriæ abolitæ, ex Gal. lib. tertio, de Locis affectis.

*Memoria abolita, eſt obliuio eorum omnium, quæ antea fuerunt cognita.*

- Signa memoriæ abolitæ, ab intemperie frigida
  - Sola: & ſumuntur ab
    - Actionibus animalibus ſenſibilibus commun. læſis
      - Somnus mediocris.
      - Sopor.
    - Excrementis. Excretio in quantitate & qualitate ſecundum naturam ſe habens.
    - Accidentibus extrinſecis
      - Offenſio à ſolis frigidis.
      - Auxilium à calidis tantùm.
  - Copulata, uel cum
    - Humiditate. Hæc quoque ſumuntur ab
      - Actionibus animalibus ſenſib. commun. læſis,
        - Somnus profundus.
        - Sopor & ſtupor uehemẽs.
      - Excremẽtis. Excretio per nares, os, palatum, oculos, in qualitate & quantitate maiori.
      - Accidentibus extrinſecis
        - Cauſæ externæ recentes, ut refrigerationes.
        - Noxa ab humidis & frigidis.
        - Auxilium à calidis & ſiccis.
    - Siccitate: ab
      - Actionibus animalibus ſenſib. commun. læſis. Vigiliæ.
      - Excrementis. Excretio neque per nares, oculos, palatum, os, nulla.
      - Accidentibus extrinſecis
        - Noxa à frigidis & ſiccis.
        - Auxilium à calidis humidisq́.

## De ſignis conuulſionis, ex Gal. ibidem.

*Conuulſio eſt (inquit Gal. lib. ſexto Aphoriſmorum, Aphoriſmo 36. in Commento) paßio quædam inuoluntaria, ad ſimilem diſpoſitionem uenientibus partibus neruoſis, in ea quam etiam in motibus uoluntarijs aſſumunt.*

- Signa conuulſionis, factæ ab
  - Inanitione: ſumpta ab
    - Actionibus læſis
      - Animalibus
        - Senſibilibus commun. Vigiliæ.
        - Principibus. Mentis inquietudo.
      - Naturalibus
        - Fames.
        - Vacuatio immodica.
    - Accidentibus
      - Intrinſecis. Febris arida & æſtuans, ut in phrenitide.
      - Extrinſecis
        - Labor.
        - Medicamenta ſicca aridaq́.
  - Repletione: & ſumuntur ab accidentibus
    - Intrinſecis: ut Plethora.
    - Extrinſecis
      - Victus ratio multum nutriens.
      - Temulentia.
      - Crapula.
      - Otium.

## De ſignis melancholiæ, ex Gal. lib. tertio, de Locis affectis.

*Melancholia, delirium quoddam eſt ſine febre, ex melancholico humore maximè naſcens, qui mentis ſedem occupauerit: Paulus libro tertio, cap. 14.*

- Signa Melancholiæ, factæ cerebro læſo
  - Affectu proprio: Generatur hic affectus in cerebri corpore à ſanguine melancholico, uel bile flaua in eo aduſta, uel aliunde in cerebro tranſmiſſa. Huius ſigna ſumũtur ab
    - Actionibus læſis
      - Animalibus
        - Senſibilibus commun. Vigiliæ.
        - Principibus. Deliria ferina, nunc cum febre, nunc ſine febre.
      - Vitalibus
        - Inquietudo animi.
        - Mœſtitia.
    - Affectionibus ſeu accidentibus intrinſecis
      - Caput præcalfactum à diſpoſitionibus calidis, aut æſtuatione, aut flegmonoſa paſſione, aut etiam phrenitide.
      - Nullum ſignum redundantis ſanguinis in toto corpore apparens.
      - Nullum circa uentriculum malum aliquod.
  - Per conſenſum
    - Totius corporis: & ſumuntur ab
      - Actionibus læſis
        - Animalibus ſenſibil. commun. Vigiliæ.
        - Vitalibus
          - Solicitudo.
          - Mœſtitia.
      - Accidentibus
        - Intrinſecis
          - Temperamentum corporis melãcholicum.
          - Corporis habitus hirſutus, niger, macrus, cum uenis latis.
        - Extrinſecis
          - Aëris conſtitutio frigida & ſicca.
          - Regio frigida & ſicca.
          - Anni tempus frigidum & ſiccum, ut autumnus.
          - Cibus melancholicũ ſanguinem generans.
    - Partis: ut uentriculi, &c. *

- * Partis: ut uentriculi uel meſenterij inflammati, & uocatur melancholia hypochondriaca. Huius ſigna ſumuntur ab accidentibus
  - Intrinſecis
    - Aeſtus in præcordijs, & flatus.
    - Ventriculi interdum uehementes dolores ſumpto cibo, maxime concoctu difficili.
    - Præcordia ſurſum tendentia.
    - Ructus acidi.
    - Poſt alui deiectionem & uomitum, & probam coctionem & ructus, quies.
    - Sputum humidum & multum.
  - Extrinſecis
    - Læſio à calidis.
    - Auxilium à frigidis, æſtum caloris extinguentibus.

¶ Melancholia hypochondriaca generatur, quando ſanguis melancholicus uel in uentriculo, uel meſenterio, tanquam ab inflammatione combuſtus, ex quo facta ad cerebrum euaporatione, eoq́; intemperato, atque tenebroſo reddito, melancholia ipſa excitatur, cerebro ipſo per conſenſum excitato.

- Accidentia, ſeu uiſa melancholicis
  - Communia
    - Metus & mœſtitia abſque cauſa manifeſta.
    - Fletus frequens.
    - Deſertorum locorum appetitio.
    - Odium hominum & uitæ tædium.
  - Propria. Nam aliqui
    - Mortem timent.
    - Mortem ſibi conciſcunt.
    - Teſtam ſe factos putant, unde obuiantibus cedebant ne colliderentur.
    - Gallos cantare audientes, ut hi alarum ante cantum, ſic illi brachiorum plauſu latera quatientes, animantium ſonum imitati ſunt.
    - Metuunt, ne Atlas cœlum, quod ſuſtinere dicitur, grauatus ſub tanto onere, ipſum à ſe excuteret, omnesq́; obrueret, &c.

## De ſignis morbi comitialis, ex Gal. de Locis affectis.

**Morbus comitialis**, eſt conuulſio omnium corporis partium non perpetua, ſed quæ ex temporum accidit interuallis, cum mentis ac ſenſuum oblæſione. Generatur autem ab humore craſſo, lento, uentriculos cerebri obſtruente, qui uel eſt pituitoſus uel melancholicus.

- Signa morbi comitialis, geniti
  - Affectu proprio: & uel ſunt
    - Inuadentia: ut
      - Caſus cum uehementi concuſſione totius corporis.
      - Acceſſio ſubita atque improuiſa.
      - Oris ſpuma.
    - Præcedentia: hæc ſumuntur ab
      - Actionibus læſis
        - Animalibus
          - Senſibil. commun.
            - Inſomniorũ imagines turbulentæ.
          - Motr. Inordinatus linguæ motus.
          - Principibus. Obliuio eorum, quæ perceperunt.
        - Vitalibus
          - Triſtitia.
          - Corporis & animi ſtatus minimè arbitrarius.
      - Affectionibus ſeu accidentibus intrinſecis
        - Capitis dolor, eiusq́; repletio continua, ob iracundiam maximè.
        - Pallor faciei.
  - Per conſenſum
    - Oris uentriculi: & ſumpta ab
      - Actionibus læſis natural. ut
        - Appetentia deiecta.
        - Nauſea.
      - Affectionibus ſeu accidentibus intrinſecis
        - Palpitatio, & turbatio uentriculi ante acceſſionis initium.
        - Ventriculi eroſio, ante acceſſionem.
        - Ceſſatio morbi, poſt humoris exitum per uomitum.
        - Caſus cum conuulſione, quæ fit per interualla.
    - Cruris
      - Quando infirmus ante acceſſionem ſentit aliquid à crure uel alia parte primariò affecta, aſcendere per partes ſibi continuas uſque ad cerebrũ; quod ſit uapor uel qualitas quædam uenenoſa.

## De ſignis Vertiginis, ex Gal. ibidem.

*Vertigo eſt imaginatio quædam, quod caput circumferatur, ſeu uertatur.*
*Vertigo uerò tenebricoſa eſt, quando quæcunque conſpiciuntur circumagi uidentur, ac derepente ſimul perit ſenſus uiſus.*

- *Vertiginis*
  - *Cauſa*
    - *Externa*
      - *Rotatio corporis.*
      - *Aſpectus rerum circumactarum, ut*
        - *Rotæ.*
        - *Vorticum aquæ.*
      - *Aeſtus ſolis, &c.*
    - *Interna*
      - *Motus inæqualis humorum, uel ſpiritus flatuoſi, & uaporoſi, uel in cerebro ab intemperie nati, uel à toto, uel à parte, ut arterijs, uentriculo, hepate, liene, utero, &c.*
  - *Signa, ſacta*
    - *Affectu proprio: & ſumuntur ab*
      - *Actionibus animal. ſenſibilibus proprijs læſis, ut*
        - *Olfactus, uel alterius alicuius ſenſus oblæſio.*
      - *Accidentibus intrinſecis*
        - *Dolor capitis, & grauitas.*
        - *Aurium ſonus.*
    - *Per conſenſum*
      - *Totius corporis: ſumpta ab*
        - *Actionibus animalibus: ut Hebetudo.*
        - *Accidentibus*
          - *Intrinſecis*
            - *Febris uehemens.*
            - *Criſis, maximè per uomitum bilis.*
          - *Extrinſecis. Medicamentum purgãs ſumptum, corpore fluido non facto.*
      - *Partis: uidelicet*
        - *Ventriculi*
          - *Morſus ſtomachi.*
          - *Nauſea.*
        - *Lienis, Hepatis, Vteri, &c.* — *Affectus præcedens.*

## De ſignis cauſarum Cephalææ, ex Gal. tertio, de Locis affectis.

*Cephalea eſt dolor capitis diuturnus, difficulterq́; ſolubilis, qui à parua occaſione uehementes habet acceſſiones, ut neq; ſtrepitum, neque uocem uehementem, neque luminis ſplendorem, neque motus tolerare poſsit.*

- *Signa cauſarum Cephalææ, ſactæ*
  - *Affectu proprio, ſeu per ſe*
    - *Ab intemperie*
      - *Sola*
        - *Calida. Dolor uehementiſsimus, in omni parte ſenſu prædita.*
        - *Frigida. Dolor minus uehemens.*
        - *Humida. Dolor nullus, uel exiguus.*
        - *Sicca. Dolor mediocris.*
      - *Cum fluxu materiæ: ut*
        - *Bilis. Mordax & pungens dolor.*
        - *Melancholiæ. Dolor erodens & mordens.*
        - *Pituitæ. Dolor nullus aut exiguus, tenſiuus & grauis.*
        - *Sanguinis. Dolor pulſatilis cum capitis grauitate.*
        - *Spiritus. Dolor tenſiuus.*
    - *Solutione continui*
      - *Inciſio à uulnerantibus.*
      - *Eroſio ab acribus & mordacibus humoribus.*
      - *Tenſio, ex humorum aut uaporum copia.*
      - *Ruptio, fractio, contuſio à duris, grauibus.*
  - *Per conſenſum*
    - *Corporis totius à*
      - *Sanguine. Plenitudo totius corporis.*
      - *Bile, Melancholia, Pituita* — *Habitus totius corporis*
        - *Biliosus.*
        - *Melancholicus.*
        - *Pituitoſus.*
      - *Vapore & ſpiritu calido. Dolor tenſiuus.*
    - *Partis: ut*
      - *Oris uentriculi. Ventriculi eroſio.*
      - *Hepatis, Lienis, Vteri, &c.* — *Affectus præcedentes.*

## De ſignis Cephalææ, ex Gal. ibidem.

- *Signa Cephalææ. ſumũtur ab accidentibus*
  - *Intrinſecis*
    - *Dolor aliquando ſimilis, qui à malleo percutiuntur.*
    - *Dolor aliquando quibuſdam uidetur, quaſi frangi caput, atque diſtendi, atque aliquando ad oculorum radices uſque progreditur.*
    - *Dolor aliquando continuus, aliquãdo exacerbationes, & interualla, ſiue ordinata, ſiue inordinata, habet.*
  - *Extrinſecis: ut Intolerabilitas*
    - *Strepitus.*
    - *Vocis uehementioris.*
    - *Luminis ſplendidi.*
    - *Motus uehementioris.*
    - *Vini potus.*
    - *Medicamentorum caput replentium.*

## De ſignis apoplexiæ, ex Gal.ibid. & Auic.lib.tertio, Fen 2.cap.13.

*Apoplexia eſt totius corporis ſenſus & motus abolitio, cum principis animæ functionum noxa.*
*Apoplexia fit à frigido, aut craſſo ſeu uiſcido humore, uentriculos cerebri affatim obſtruente, qui non ſolum pituitoſus eſſe poterit, ut patet Comment. 42. lib. ſecundo Aphoriſ. & ſecundo de ſympt. cauſis, ſed etiam melancholicus.*

- Signa apoplexiæ
  - Præcedentia: & ſumuntur ab
    - Actionibus læſis, animalibus
      - Senſibilibus. Tenebroſitas uiſus.
      - Motricibus. Tremor in toto corpore.
    - Excrementis. Vrina aliquando ſimilis flori æris, & nigra, & in ipſa eſt ſedimen ſerinum & furfureum.
    - Accidentibus intrinſecis
      - Vertigo.
      - Soda.
      - Inflatio.
      - Stridor dentium in ſomno.
      - Grauitas.
      - Pigritia.
  - Inuadentia: ſumuntur ab
    - Actionibus læſis animalibus
      - Senſibilibus: ut Priuatio omnium ſenſuum.
      - Motricibus. Motus priuatio, excepta reſpiratione.
    - Accidentibus intrinſecis
      - Subitus cum clamore caſus.
      - Similis dormienti iacet, etiam aliquando apertis oculis.
      - Reſpiratio cum ſtertore.
      - Vox nulla, uel quaſi eorum, qui ſtrangulantur.
      - Quibuſdam in ore ſpuma, ut Epilepticis.
      - Ori impoſita, per nares reijcit.

## De ſignis phrenitidis, ex Gal. libro quinto, de Locis affectis.

*Phrenitis eſt inflammatio ſecundum cerebrum & membranas eius. Phrenitis nanque neque ſimpliciter in calidis conſiſtit ſuccis, ſed cum eo, quod inflammationem efficiat ſecundum cerebrum & membranas. Gal. lib. 2. de Cauſ. ſymptomatum.*

- Signa phrenitidis, factæ
  - Affectu proprio, ſiue per ſe, & ſumuntur ab
    - Actionibus læſis
      - Animalibus
        - Senſibil. commun.
          - Somnus manifeſtis imaginibus perturbatus, ut & clamẽt nonnulli, & exiliant, floccos uellant.
          - Vigiliæ interdum præcedunt.
        - Motr. Spiratio rara & magna.
        - Principibus
          - Obliuio quibuſdam adeò irrationalis, ut cùm matellam petiuiſſent, meiere tamen neglexerint, aut cum lotium emitterẽt, matellam ipſam prodere haudquaquam meminerunt.
      - Vitalibus. Pulſus paruus, frequens, uelox, durus.
    - Excrementis:
      - Aluus aſtrictior.
      - Vrina tenuis, aquoſa, ſuppreſſa ſæpe, ſine ſenſu aliquando excreta.
      - Sanguis è naribus ſtillat quibuſdam.
    - Accidentibus
      - Intrinſecis
        - Capitis dolor grauis, tenſiuus, punctorius, pulſatorius, maximè in occipite.
        - Oculi ſqualidi, aut ex altero ipſorum lachryma effunditur.
        - Lingua ſalebroſa.
        - Calor circa caput & faciem.
        - Hypochondria poſt initium tenduntur.
        - Nulla in febrium declinatione quies, ſed acceſſio paulatim, quies uerò neq; ſubitò neque affatim incidens.
      - Extrinſecis. Potus omnibus exiguus, & aquæ magis.
  - Per conſenſum
    - Cum corde: & ſumuntur etiam hæc ab
      - Actionibus læſis
        - Animalibus
          - Motric. Reſpiratio uehemens, magna, uelox, frequens.
          - Principibus
            - Delirium non perpetuum, ſed declinante febre, delirium quoque decreſcit, & increſcente, augetur.
        - Vitalibus
          - Pulſus uehemens, maior, uelocior, frequentior, pro caloris incremento, ſi facultas uitalis robuſta eſt.
        - Naturalibus. Sitis inexpleta.
      - Accidentibus
        - Intrinſecis
          - Calor ardens thoracis totius, ac capitis, & faciei.
          - Rubor faciei & oculorum.
          - Lingua arida & aſpera.
        - Extrinſecis
          - Sitis potu frigido parum leuata.
          - Sitis inſpirato aëre frigido multo, leuata magis.
    - Cum inflammato diaphragmate: ſumpta ab
      - Actionibus læſis animal. motr.
        - Spiratio inæqualis, modò exigua atq; frequens, modò magna & anguſtioſa.
      - Accidentibus intrinſecis
        - Calor capitis & faciei minor quàm in phrenitide uera.
        - Hypochondria initio reuelluntur, & eſt proprium eius indicium.
        - Nullum ſignum eorum apparens, quæ ueram phrenitidem antecedunt, aut perquàm exiguum.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0197-0

## De ſignis Lethargi, ex Gal. ibidem.

*Lethargus eſt inflammatio cerebri, à pituitoſo ſucco orta: uel affectus cerebri ab ipſa pituita, citra inflammationem in cerebro putreſacta. Gal. 13. Methodi.*

- *Signa lethargi ſumuntur ab*
  - *Actionibus læſis*
    - *Animalibus*
      - *Senſibilibus*
        - *Proprijs*: *Viſus, Auditus, Odoratus, Guſtus, Tactus* — *Perditio.*
        - *Commun.* *Coma ſomnolentum, & cataphora, ſeu inuicta in ſomnum propenſio.*
      - *Motric.*
        - *Motus abolitus, præterquàm reſpiratio, quæ eſt* — *Inæqualis. Tarda. Rara. Imbecilla.*
        - *Tremor quibuſdam.*
      - *Principibus*
        - *Obliuio grauis, ita ut os claudere, aperire, meiere, deijcere obliuiſcantur, &c.*
        - *Stultitia, id eſt memoriæ & ratiocinationis perditio.*
    - *Vitalibus. Pulſus*
      - *Magnus.*
      - *Languidus.*
      - *Mollis.*
  - *Accidentibus intrinſecis*
    - *Dolor grauis, tenſiuus, exiguus.*
    - *Lingua alba cum multa ſaliua.*
    - *Facies plumbea, liuida, ſubtumida.*
    - *Oculi clauſi, ſi aperit, mox claudit.*
    - *Febris continua, lenta, parum mordax.*

## De ſignis Tetani, ex Gal. & alijs.

*Tetanus eſt conuulſio muſculorum corporis, præcipuè ſpinæ, & eius maximè quæ in collo eſt: à frigido humore uelut concretorum: uel à ſpiritu & aëre frigido, craſſo, nebuloſo, ut Pelopi uiſum eſt. qui ſi antrorſum in pectus contrahatur, empроſtotonos: ſi retrorſum ſcapulas uerſus, opiſthotonos: ſi in dextrum uel ſiniſtrum (quod ſæpe accidit) nomine caret: ſi utranq; partem æqualiter inflexi rigore contenditur collum, tetanus eſt, morbus acutus ſine febre, die quarto ferè iugulans. Aphoriſ. 6. lib. quinto.*

- *Signa tetani ſumuntur ab*
  - *Actionibus*
    - *Animalibus*
      - *Senſibilibus commun. Inſomnis, periculum à cõuulſione, ne lecto excidat æger.*
      - *Motricibus*
        - *Motus deprauatus: ut Tremor, Singultus.*
        - *Reſpiratio anguſtiæ plena, ob affectam in collo originem neruorum, diaphragmatis, & quorundam thoracis.*
    - *Vitalibus*
      - *Pulſus paruus, rarus, calore minuto, ab affectu frigido.*
      - *Riſus interdum ſardonius & coactus, muſculis labiorum & buccarum etiam conuulſis.*
  - *Excrementis:*
    - *Aluus aſtricta.*
    - *Vrinæ ſuppreſſio, uel urina nunc aquoſa, nunc cruenta, bullata.*
  - *Accidentibus intrinſecis*
    - *Rubor faciei.*
    - *Oculi tumentiores.*
    - *Dolor nunc capitis, nunc ſcapularum, & clauium, & lumborum.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0198-6
DFG

## De ſignis partium oculi affectarum, ex Gal. tertio, de Locis affectis.

*Signa partium oculi affectarum, ſecundum*
- *Senſum, id eſt uiſionem*
  - *Nerui optici, à morbo ſimilari uel inſtrumentali.* → *Nullum intuenti ſignũ in oculo apparens.*
  - *Spirituũ uiſualium, ob morbum aliquem cerebri, cuius cauſa multi aut pauci admodum ſpiritus in oculum deſcendunt.* → *Accidentia ſemper eodem modo permanentia maximè poſt cibos boni ſucci, ſumptos, & Hieram picram.*
- *Motum*
  - *Neruorum ſecundæ coniugationis*
    - *Reſolutorum* → *Motus abolitus.*
    - *Conuulſorum* → *Motus abolitus.*
  - *Muſculorum*
    - *Mouentium oculum deorſum, ſurſum, ad latera, in girum*
      - *Omnium ſimul*
        - *Reſolutorum* → *Motus abolitus.*
        - *Conuulſorum* → *Motus abolitus.*
      - *Aliquorum*
        - *Reſolutorum. Oculus ad muſculum illæſum retractus ſine dolore.*
        - *Conuulſorum. Oculus ad muſculum conuulſum retractus cum dolore.*
    - *Neruum mollem circumdantium, oculumq́; ſuſtinentium*
      - *Reſolutorum. Oculus ad exteriora lapſus abſque dolore.*
      - *Conuulſorum. Oculus ad interiora retractus cum dolore.*
    - *Mouentium palpebram*
      - *Muſculi ſuperioris reſoluti* — *Laxatio palpebræ, ita ut oculus aperiri nequeat.*
      - *Inferiorum duorum, quorum reſoluitur*
        - *Alter tantùm. Palpebra ad oppoſitum muſculum deflectens.*
        - *Ambo ſimul. Oculus claudi nequit.*

## De ſignis oculorum laborantium affectu proprio, & per conſenſum, ex Gal. ibidem.

*Signa oculorum affectorum*
- *Affectu proprio, ob morbum aliquem oculi ipſius ſeu pupillæ, ſimilarem, inſtrumentalem, uel continui ſolutionem: Sumuntur ab accidentibus intrinſecis: ut*
  - *Affectus amborum diſsimilis.*
  - *Vitium aliquod intuenti apparens.*
  - *Viſa in altero tantùm oculo apparentia, uel ſimul eodem modo non incipientia in utroque, & non ſimilia exiſtentia.*
  - *Affectus ſemper eodem modo permanens, maximè poſt cibos boni ſucci ſumptos, & Hierã picram.*
- *Per conſenſum*
  - *Ventriculi bile obſeßi ſine febre, & cum febre ante criſim per uomitum bilioſum. Fit hæc quãdo uapor aliquis bilioſus aſcendit in cerebri uentriculos, & à uiſifica facultate circumuectus, & per neruum opticum in oculum tranſgreſſus.*
  - *Cerebri. Fit hoc in delirio per febrium ardentium uigorem, & phrenitidem, quando fumus ex uſto humore elatus, & per uenas & arterias in oculum cum optico deductus, pupillam opplens.*
  - *Corporis totius. Fit hoc in febribus, criſi inſtante per ſanguinis fluorem è naribus, & uiſa apparent ſplendida.*
  - → *Nullum indicium in oculo apparet. Viſa eodẽ tempore, & ſimilia in utroq; oculo incipientia. Accidentia non eodem modo permanentia, maximè uentriculo malè concoquente, & roſionem ſentiente, accidentia augentur, & contrà uentriculo bene concoquente, ſumptaq́; hiera picra, accidentia minuuntur.*

## De ſignis partium linguæ affectarum, ex Gal. ibidem.

- Signa linguæ partium affectarum, ſecundum
  - Senſum, id eſt guſtum
    - Affectu proprio
      - Tunicæ extrinſecus linguam ambientis, ob morbum aliquem ſimilarem uel inſtrumentalem, &c. — Affectus uiſui manifeſti.
      - Nerui mollis, à tertia coniugatione, ſenſum muſculis præbētis, ob morbum ſimilarem uel inſtrumentalem, uel ſolutionem continui —
        - Vitium nullum uiſui apparens.
        - Vna tantùm linguæ pars ſenſum perdit, abſq; alijs quibuſdam faciei partibus.
    - Per conſenſum cerebri, partis
      - Anterioris, ab intemperie, uel inflãmatione, uel unitatis ſolutione
        - Signum nullum uiſui apparens.
        - Senſus non ſolùm linguæ, ſed etiã reliquarum faciei partium ſenſus ferè læditur.
      - Poſterioris
        - Signum nullum neq; uiſui neq; tactui apparens.
        - Senſus & motus non ſolùm linguæ, uerùm etiam corpus reliquum, uel totum, ſi utraque pars afficitur, ueluti per apoplexiam.
  - Motum
    - Affectu proprio
      - Muſculorum linguam mouentium —
        - Omnium
          - Reſolutorum. Motus linguæ abolitus, ſine dolore.
          - Conuulſorum. Motus abolitus cum dolore.
        - Aliquorum
          - Conuulſorum. Muſculus ad muſculum conuulſum retractus.
          - Reſolutorum. Muſculus ad muſculum illæſum retractus.
      - Neruorum ſeptimæ coniugationis, in muſculos hos inſertorum
        - Reſolutorum / Conuulſorum — Motus abolitus totius linguæ.
    - Per conſenſum cerebri, partis
      - Anterioris, ab intemperie, uel inflammatione, uel unitatis ſolutione — Motus non ſolùm linguæ, ſed etiam partium reliquarum faciei abolitus.
      - Poſterioris — Priuatio motus & ſenſus, non ſolùm linguæ, ſed etiam totius corporis, ſi utraque pars afficiatur.

## De ſignis aurium partium affectarum, ex Gal. ibid.

- Signa partium aurium affectarum, ſecundum auditum, —
  - Affectu proprio
    - Meatus auditorij — Vitium uiſus apparens, à quo audiendi læditur facultas.
    - Nerui auditorij, à quinta coniugatione: —
      - Vitium nullum uiſui aut tactui apparens in meatu.
      - Facultas audiendi in altera tantùm parte auris læſa.
      - Sola audiendi facultas læſa, cæteræ uerò faciei partes illeſæ.
      - Sonus uehementior præceßit, ut tonitrui, qui facultatem audiendi obtuderit.
  - Per conſenſum cerebri, partis
    - Vnius. Faciei illius lateris partes quoque leſæ.
    - Ambarum. Totius faciei partes unà cum audiendi facultate læſæ.

## De ſignis partium affectarum in olfactu læſo, ex Gal. quarto, de Locis affectis.

- Signa partium affectarum in olfactu læſo —
  - Inſtrumenti, id eſt uētriculorum anteriorum cerebri, ſiue obſtructorum, ſiue compreſſorum, ſumuntur ab —
    - Actionibus læſis: ut — Sola facultas olfaciendi læſa cæteris animalis facultatis partibus ſenſificis, motricibus, principibus illæſis.
    - Accidentibus intrinſecis
      - Nullus affectus in naribus & oßibus colatorijs uiſui & tactui manifeſtus.
      - Libera ex cerebro reſpiratio.
      - Odor aliquis uehemens, aut etiam diuturnus præceßit, qui odorandi uim obtuderit.
  - Partium uſum præſtantium
    - Narium — Vitium uiſui & tactui manifeſtũ.
      - Obſtructarũ, à tumore aliquo, uel caruncula, polypo, muco craſſo, lento, &c.
      - Eroſarum in ozæna.
      - Compreſſarum ab ictu, ſimitate natiua, elephantia, &c.
    - Foraminum in ethmoidibus oßibus, obſtructio à muco, uel compreßio à dictis in naribus cauſis. — Vitium uiſui & tactui manifeſtũ.
    - Spiritus animalis penuria. Læſio aliarum animalis facultatis actionum.
    - Dißipatio ſpiritus olfactorij ab inſigni odore.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0200-0
DFG

## De ſignis partium ſpinalis medullæ affectarum, ex Gal. ibidem.

- *Signa partium affectarum ſpinalis medullæ*
  - *Affectu proprio, ſimilari, uel inſtrumēt. uel ſolutione continui, citra luxationē, in*
    - Parte
      - Dextra — *Omnium partium dextrarū corporis inferiorum, tam ſenſus quàm motus priuatio.*
      - Siniſtra — *Partium omnium ſiniſtrarum inferiorum tam ſenſus quàm motus priuatio.*
      - Vtraque — *Reſolutio omnium particularum tam ſiniſtra quàm in dextra parte.*
    - *Neruo originem ducente à uertebra*
      - Colli
        - *Prima — Secunda* — *Cutis caput ambiens muſculoſa, recipiēs neruos quatuor ab his, reſoluta.*
        - *Quarta, Quinta* — *Diaphragma reſolutum.*
        - *Septima & prima & ſecunda metaphreni* — *Reſolutio manus & cubiti.*
      - *Lumborum. Reſolutio crurum.*
      - *Circa os ſacrum. Deiectio & urinæ redditio inuita.*
  - *Per conſenſum cum luxatione, à caſu, uel ictu, tumore præter naturā uertebrarum*
    - *Primarum ceruicis ad interna inuerſarū, in*
      - *Rectū: & ſumūtur ab*
        - *Actionibus læſis*
          - *Animal. motricib.*
            - *Paralyſis nulla.*
            - *Spiritus non admodū elatus.*
            - *Naribus loquuntur.*
          - Natural. — *Deglutitio cū labore magno, ita ſicut quadā deuorare conarentur, per nares effluebat id quod ingeſſerant.*
        - *Accidentibus intrinſecis*
          - *Cauitas in ceruice manifeſta.*
          - *Angina interdum adeſt, pueris magis quàm adultis.*
          - *Dolor partis, dum tangitur.*
          - *Gula citra phlegmonem oppreſſa.*
          - *Tumor ſub genis citra phlegmonem.*
          - *Lingua aucta atque exerta cum motu difficili.*
          - *Venæ, ſub lingua manifeſtæ.*
          - *Venæ capitis, temporum, ceruicis quibuſdam elatæ.*
          - *Circa tempora caliditas maior, maximè doloribus auctis.*
          - *Oculi non ſubſidentes.*
      - *Obliquum: & ſumpta ab*
        - *Actionibus animal. motricibus*
          - *Paralyſis uſq; ad manus.*
          - *Reſpiratio difficilis.*
        - Excrementis
          - *Sputum coctum atq; exiguum, non ſine moleſtia excretum.*
          - *Screatio inter loquendum.*
        - *Accidentibus intrinſecis*
          - *Venæ elatæ.*
          - *Pedes frigidiſſimi.*
    - *Reliquarum omnium foras labantium, in*
      - Rectum
        - *Gibbus ſeu tumor præter naturam, ſine paralyſi.*
        - *Tenſio partium internarum ſub gibbo, attrahente ad ſe corpora neruoſa.*
      - Obliquum — *Spina in obliquum torta cum paralyſi partium, ad quas nerui ex luxatis uertebris procedentes, perueniunt: idq; magis in ceruice, in thorace minus, ſed multò minus in lumbis accidere ſolet. Si quidem in ceruice uertebræ inter ſe connexæ æqualiter utræq; conferunt foramini, unde neruus procedit. In thorace autem ſuperior magis, inferior minus. Sed in lumbis totus neruus ex ſuperiore excidit uertebra, ubi ſi tranſuerſa eueniat luxatio uertebrarum, eadem ſecum trahens, & ſpinalem medullam & neruum illæſum ſeruat ipſius ſecundum naturam ortum. Quum uerò anguloſa fit ſpinalis medullæ luxatio, id eſt cum non paulatim, ſed affatim, perinde ac ſi frangeretur, pars aliqua curuatur, ſubiectas partes omnes lædi neceſſe eſt. Paulatim uerò facta luxatione, atque in orbem magis, nihil notatu dignum patiuntur partes, quæ commotæ uertebræ ſupponuntur.*

¶ *Spinalis medulla per conſenſum quoq; cerebri affici poteſt, utpote à quo & ſentiendi & mouendi facultatem recipit.*

## De ſignis laryngis ab angina læſi, ex Gal. de Locis affectis, libro quarto.

- Signa laryngis angina læſi —
  - Communis omni anginæ: & ſumuntur ab —
    - Actionibus animal. motricibus læſis
      - Spirandi difficultas, nullo exiſtente, uel in thorace uel pulmone uitio.
      - Difficultas loquendi ob anguſtiam & dolorem.
    - Accidentibus intrinſecis
      - Anguſtia in gutture.
      - Tumor calidus aut frigidus, intrò, foras, ſurſum, ad fauces, deorſum ad pectus pertinens, perſpicuus uel omnem ſenſum latens.
  - Propria cuique anginæ ſpeciei
    - Primæ: ſumuntur ab
      - Actionibus animalibus læſis
        - Spiratio difficilis, ita ut ſpiritus uix trahitur.
      - Accidentibus intrinſecis
        - Nullum neque in faucibus neq; in ceruice phlegmones ſignum.
        - Dolor uehemens laryngis.
        - Mors, ob morbi uehementiam, ita ut eadem die iuguler, interdum ſecundo, tertio, rarius in quartum protrahitur.
    - Secundæ: ab
      - Actionibus animalibus motr. læſis. Spiratio difficilis.
      - Accidentibus
        - Intrinſecis
          - Tumor & rubor in faucibus.
          - Dolor non minus uehemens, ut in prima.
        - Extrinſecis. Superiori non minus periculoſa, ſed longius ſpacium habens, præcipuè ſi rubor fuerit uehemens.
    - Tertiæ: ſumpta ab
      - Actionibus animal. mot. læſis
        - Reſpiratio non difficilis illæſo larynge, à fluxione delata in fauces & collum.
      - Accidentibus
        - Intrinſecis
          - Tumor & rubor in faucib. et ceruice.
          - Dolor non uehemens.
        - Extrinſecis. Diuturnior priore, et min⁹ periculoſa.
    - Quartæ
      - Tumor & rubor ceruicem tantùm & pectus comprehendens, & non ad interiora recurrens.
    - Quintæ
      - A luxatis uertebris primis intrò, ut in ſignis partium ſpinalis medullæ affectarum per conſenſum.

## De ſignis diſpnœæ, id eſt difficilis reſpirationis, ex Gal. ibid.

- Signa reſpirationis difficilis, cum motu omnium thoracis muſculorũ, factæ ob morbũ aliquem partium —
  - Similarium, uidelicet
    - Intemperiem calidam: & ſumũtur ab
      - Actionibus læſis
        - Animalibus motricibus
          - Spiratio frequens & uelox.
          - Exufflatio calida & plurima.
        - Vitalibus
          - Pulſus uehemens, maior, uelocior, frequentior pro caloris incremento, ſi uitalis uirtus robuſta eſt.
        - Naturalibus. Sitis uehemens.
      - Accidentibus intrinſecis
        - Faciei & oculorum rubor.
        - Capitis ardor.
        - Calor circa thoracem, dum tangitur.
    - Virium imbecillitatem intemperiem ſequentem: ſumpta ab
      - Actionibus
        - Animal. motricibus —
          - Spiratio rara, nõ frequẽs, non uelox.
          - Exufflatio minimè calida, & non ab ore facta, ſed ex naribus tantùm.
          - Cõtractio narium pinnæ.
        - Vitalibus. Pulſus non mutatus.
      - Accidentibus intrinſecis. Nullus calor in thorace ardens.
  - Inſtrumentalium, uidelicet obſtructionem, à
    - Tumore præter naturam, ut in peripneumonia, ſumpta ab
      - Actionibus
        - Animal. mot.
          - Reſpiratio maxima, celociſsima, frequentiſsima, ita ut ſurgant inſpirantes.
        - Vitalibus
          - Pulſus magnus, languidus, freqũes multum, inæqualis in pulſatione una & multis.
      - Accidentibus intrinſecis
        - Rubor genarum maximus.
        - Febris.
        - Grauitas.
    - Tuberculo
      - Spiratio abſque ſtertore in bona ualetudine.
      - Pulſus inæqualis.
    - □

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0202-2 DFG

- □
  - *Pare: & ſumuntur ab*
    - *Excrementis. Sputum ſanguinis cum tuſſi.*
    - *Accidentibus*
      - *Præſentibus*
        - *Vulnus penetrans thoracem.*
        - *Remiſſa febris ſymptomaticæ uehementia.*
        - *Grauitas laterum intus, in imo thorace.*
        - *Fluctuatio in thorace audita, præcipuè moto corpore ualenter & celeriter.*
      - *Præteritis: præceſſit*
        - *Angina*
        - *Peripneumonia magna*
        - *Pleuritis magna*
        - → *Sputis nondum purgata.*
  - *Humoribus diffluentibus ex cerebro, uel partibus uicinis, in pulmones, aut ſpatiũ thoracis citra febrem*
    - *Multis, craſſis & lentis*
      - *Spiratio cum ſtertore, quàm primum ubi anguſtia eſt percepta.*
      - *Sputum paucum cum tuſſi ualidiſſima, quia tenaciter inhæret humor.*
    - *Seroſis, liquidis, aquoſis, pituitoſis*
      - *Sputum ab initio tenue, & paucum, magna etiam tuſſi excretum.*
      - *Nam tuſſi leuatum, ab expirato aëre diulſum, in pulmones reſidit. Poſtea coctum & modicè craſſatum, cum maiori tuſſi copioſius excretum.*

## De ſignis partium affectarum in hæmorrhagia, facta per os, ex Gal. ibidem.

- *Signa ſanguinis per os reiecti à*
  - *Cerebro per foramina palati, & fauces*
    - *Sanguis minimè ſpumoſus reiectusq́; cum ſcreatu. Solet interdum etiam tuſſiendo reijci, quando nimirũ affatim in aſperam à cerebro arteriam incidit, proinde diligenter animaduertendum.*
    - *Capitis dolor, aut grauitas, uel præceſſit, uel adhuc adeſt.*
    - *Ictus uel caſus præceſſit.*
    - *Senſus quidam caloris in deſcenſu, & ſaporis ſanguinis in ore percipitur.*
  - *Faucibus*
    - *Sanguis ſcreando reiectus.*
    - *Solutio continui in dictis locis, apparens lingua per ſpecillum, uel digitum depreſſa.*
  - *Ventriculo*
    - *Sanguis per uomitum reiectus.*
    - *Deiectio ſimul, uel paulò pòſt ſanguinis concreti, nigricantis.*
    - *Ictus, caſus, erodentium ſumptio præceſſit.*
    - *Dolor in parte eroſa uel rupta ſentitur. Si uerò aperto uaſe uomatur, nullus in parte dolor adeſt, nec cauſa ruptionis præceſſit.*
  - *Partibus ſpiritalibus*
    - *Pulmone*
      - *Sanguis ſpumoſus tuſſiendo reiectus.*
      - *Bronchij pars uel uenæ, uel arteriæ tunica per tuſſim reiecta.*
      - *Dolor nullus, aut admodum remiſſus.*
    - *Thorace*
      - *Sanguis minimè ſpumoſus, per tuſſim reiectus, ſed niger grumoſusq́; & perpaucus.*
      - *Dolor in thorace.*
    - *Aſpera arteria*
      - *Ramentum parua tuſſi reiectum.*
      - *Sanguis paucus, ruber & calens.*
      - *Dolor in ea parte, non tantum inſpirando perceptus, ſed etiam deglutiendo, præſertim ſi ad laryngem eſt ulcus.*
  - *Ore tantùm*
    - *Sputio ſimplex.*
    - *Solutio continui, uiſui manifeſta.*
  - *Hirudine hærente*
    - *In ſpatio ſuper os palati*
      - *Sanguis tenuis & ſeroſus cum tuſſi ſcreatur pluribus diebus, ſine capitis dolore & grauitate præſente, uel præterita, uel ictu.*
      - *Hirudo die tertio & quarto aucta uiſui ſub luce ſplendida apparens in meatu narium, aut foraminibus palati.*
      - *Natatio & merſio in ſtagno, uel aqua alia hirudinibus plena, præceſſit.*
    - *In uentriculo*
      - *Vomitus ſanguinis tenuis & ſeroſi.*
      - *Potus aquæ ex impuro fonte uel ſtagno præceſſit, hirudinibus plenis.*
      - *Sanatur amaris & acribus epotis.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0203-8
DFG

## De ſignis partium affectarum in uoce læſa, ex Gal. ibidem.

- **Signa partium affectarum in uoce læſa**
  - Gutturis, & eius membranæ internæ
    - Humectatæ immodicè
      - Catarrho
      - Potu
      - Saliua, &c.
      - → Vox rauca.
    - Veluti inflammatæ cum ſuis muſculis, ab exclamatione uehementi
      - → Vox rauca cum ſiccitate partis.
  - Muſculorũ guttur aperientium & claudentium, laborantium
    - Affectu proprio ab
      - Intemperie
      - Tumore
      - Palpitatione
      - Tremore, &c.
    - Per conſenſum
      - Vertebra ceruicis luxata intrò, de qua angina prius dictum eſt.
      - Tumore aliquo guttur uel aſperã arteriã cõprimẽte.
    - → Vox & reſpiratio læſa, id eſt abolita, debilitata, deprauata, pro ſpecie cauſarum lædentium magnitudine, multitudine.
  - Neruorum uocalium in gutturis muſculos inſertorum
    - Recurrentium à ſexta coniugatione, thoracem ingreſſa
      - Inciſorum unà cum aſpera arteria.
      - Perfrigeratorum.
      - Euulſorum.
      - → Animal mutum, ſi amborum uſus pereat. Semiuocale, ſi alterum tantùm ſic offendatur.
    - Aliorum
      - Sexta coniugatione, obiter per collum deſcendentium.
      - Septima coniugatione in aliquos muſculos, germina quædam largita, uocis noxa minor.
  - Thoracis
    - Perfoßi magno uulnere
    - Reſoluti, in parte
      - Altera
        - → In primis quidem ſemiſpirans, ac mox animal ſemiuocale redditur, idque per accidens, priuata uidelicet peculiari uocis materia. Quòd ſi membranam thoracis mediam penetret, animal fit mutum & celerrimè ſuffocatur.
      - Vtraque
        - Vt in apoplexia, ſopore, morbo comitiali, uigilanti ſopore, uox læditur, ſiue ſpinalis medullæ partes primæ, ſiue ſimul cum iis cerebrũ quoq; afficiatur.

## De ſignis affectuum cordis, ex Gal. libro quinto, de Locis affectis.

- **Signa cordis affecti**
  - Affectu proprio
    - Intemperie
      - Sine fluxu materiæ
        - Aequali, ut in febre hectica.
        - Inæquali
          - Pulſus uarius pro natura utriuſq; intemperiei.
          - Spiratio difficilis & uaria febris.
          - Subita mors non ſequitur.
      - Cum fluxu materiæ, id eſt tumore præter naturam, incepto quidem, nam aucto mox occidit
        - Phlegmone
          - Difficilis ſpiratio ingens.
          - Febris acuta.
          - Phrenitis.
          - Incendium intolerabile.
          - Mors ſubitanea, præcipuè aucto phlegmone.
        - Eryſipelate
          - Difficilis ſpiratio ingens.
          - Incendium intolerabile.
          - Febris acutißima.
          - Phrenitis.
          - Mors præceps, maximè aucto eryſipelate.
    - Obſtructione à multo ſanguine in corde contento
      - Palpitatio.
      - Adoleſcentia, &c. Hos omnes uenæ ſectio quotannis uere iterata iuuit.
    - Vulnere
      - Ventris ſiniſtri — Mors ſubita cum magna ſanguinis fluxione.
      - Subſtantiæ tantùm cordis — Mors interdum die ſecundo, propter ortam phlegmonem.
  - Per conſenſum, cum #

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0204-4

- # Per conſenſum cum
  - Cordis pãniculo affecto
    - Tumore
      - Calido, ut phlegmone. Signa cordis phlegmones, ſed mitiora.
      - Molli, qui humorem in ſe continent, qualem hydiatides puſtulæ.
      - Duro, ceu membranis multis ſibi inuicem impoſitis, conſtante ſine humore, œdemate, ſcirrho, &c.
      - → Palpitatio à uenæ ſectione nõ adiuta.
    - Humore, ſimili urinæ, tam multò ut cor ſatis dilatari nequeat → Palpitatio à uenæ ſectione non adiuta, ſed ſolis attenuantibus.
  - Stomacho, id eſt ore uentriculi
    - Humore bilioſo, uenenoſo.
    - Phlegmone.
    - Eryſipelate
    - → Syncopa ſtomachica cum dolore ſtomachi.
  - Cerebro, in uehementi
    - Apoplexia
    - Epilepſia
    - Catalepſi
    - Caro
    - Lethargo
    - → Actio muſculorum thoracis, & reſpiratio abolita. Quò fit, ut mors neceſſariò ſtatim ſuccedat.

## De ſignis thoracis affectuum, ex Gal. ibidem.

- Signa thoracis affectuum
  - Propriorum
    - Muſculorũ inflammatorum
      - Superiorum, & Notha dicitur pleuritis
      - Intercoſtalium
        - Externorũ, notha etiam pleuritis uocatur,
        - → (with Superiorum, Externorũ) Hæc ſumũtur ab
          - Actionibus læſis
            - Animal. motricib.
              - Reſpiratio minus parua quã in Pleuritide uera.
              - Tuſsis nulla, neque ſputum.
            - Vitalibus. Pulſus neq; tenſus neq; durus.
          - Accidẽtibus intrinſecis
            - Febris minus acuta quàm in Pleuritide uera.
            - Dolor lateralis minor quã in uera pleuritide.
        - Internorum. Eſt autem hæc media inter ueram & Notham pleuritidem
          - Dolor grauior.
          - Sputum coloratum.
    - Membranæ coſtas ſuccingentis, inflammatæ. Hæ uera Pleuritis appellatur: & ſumuntur hæc ſigna ab
      - Actionibus læſis
        - Animal. motricibus
          - Spiratio parua, frequens.
          - Tuſsis
            - In principio ſine ſputo colorato.
            - Poſt principiũ cum ſputo
              - Pallido aut flauo, à bilioſa Pleuritide, quæ crebrior eſt.
              - Rubro, à ſanguinea.
              - Nigro, à melancholica.
              - Spumoſo & candicante, à pituitoſa.
        - Vitalibus. Pulſus paruus, durus, tanquam tenſus.
      - Accidentibus intrinſecis
        - Dolor punctorius atque tenſiuus, aliquando ad iugulum, ſi ſuperiores partes afficiuntur, aliquando ad præcordia, ſi inferiores.
        - Febris acuta.
  - Per conſenſum, cum
    - Partibus uicinis, & quæ reſpirando mouentur, affectis.
    - Spinali medulla, aut neruis, ab ea, ad thoracẽ proficiſcẽtibus
    - → Hæc quoque ſumuntur ab
      - Actionibus læſis
        - Animalibus motric.
          - Reſpiratio parua, frequens.
          - Tuſsis ſine ſputo colorato.
        - Vitalibus.
      - Accidentibus intrinſecis
        - Dolor in parte, primò affecta pro particulæ affectæ, & morbi natura.

Signa ſepti tranſuerſi affecti, magna ex parte dicta ſunt in Phrenitide.

## De ſignis affectuum gulæ, ex Gal. ibidem.

- Signa gulæ affectuum, partium
  - Similarium, id eſt intemperiei
    - Tarditas ingeſtorum in tranſitu, æqualis & ſine dolore.
    - Deglutitio difficilis, maximè ſupino, erecto uerò facilior.
  - Inſtrumentalium
    - Obſtructionis à
      - Bolo craſſo, duro, lento, integro.
      - Piſce integro.
      - Ouo integro, &c.
    - Compreßionis, à
      - Tumore aliquo præter naturã
        - Calido, ut eryſipelate, & ſumuntur ab
          - Actionibus natural. læſis,
            - Appetitrice
              - Sitis maior, quàm pro febris magnitudine.
            - Attractrice. Diglutio difficilis.
          - Accidentibus intrinſecis
            - Senſus multi caloris in gula.
            - Febris non admodum ardens, niſi magnus fuerit tumor.
            - Dolor deglutiendo grauißimus.
            - Deglutionis inæqualitas.
        - Parum calido, ut œdomate, ſcirrho
          - Dolor exiguus.
          - Deglutitionis inæqualtas citra febrem & calorem & ſitim.
      - Luxata uertebra colli intrò, quibus gula incumbat
        - Deglutitio inæqualis.
        - Dolor partis dum tangitur.
        - Cauitas rotunda in ceruice.
        - Gula citra phlegmonem oppreſſa, & inde ciborum deglutitio difficilis: quæ ſi cogitur, per nares regurgitat cibus.
  - Vtrique parti commun. id eſt ſolutionis continui, & ſumuntur ab
    - Actionibus naturalib. excretric.
      - Pus cum uomitu reiectum, & deiectione multis deinceps diebus.
    - Accidentibus
      - Præſentibus
        - Dolor in parte ulcerata, maximè deglutiendo acria, ſalſa, amara, acida, quorum hæc mordendo illa aſtringendo ſunt dolorifica.
      - Præteritis
        - Tumor aliquis præceßit.
        - Medicamenta ulcerantia præſumpta.

## De ſignis affectuum oris uentriculi, ex Gal. lib. quinto, de Locis affectis, & Artis med.

- Signa affectuum oris uentriculi
  - Propriorum, & uel
    - Morborum
      - Similarium, ut intemperiei. Signa ferè ſimilia uentriculi morbis.
      - Inſtrumentalium, ut
        - Phlegmonis
        - Eryſipelatis
        - Œdematis
        - Scirrhi
        - → Signa ſimilia affectibus gulæ.
    - Symptomatum, ut
      - Appetentiæ
        - Abolitæ. Nulla prorſus appetentia.
        - Debilis: in qua parum & debiliter appetunt.
        - Deprauatæ: appetentia
          - Immodica ciborum malorum.
          - Canina.
          - Lupina.
          - Citta.
      - Corruptionis ciborum, in uentriculo natantium. Ructus acidi uel nidorolenti.
      - Cardiognos, id eſt cordis doloris & morſus.
      - Nauſeæ
      - Singultus
      - → Signa ſenſui manifeſta ſunt.
  - Ex ipſo ortorum, &c.

- Ex ipſo ortorum, conſentientibus ei alijs partibus
  - Corde
    - Syncopa ſtomachica
    - Cardiaca diſpoſitio
    - Hæc ſigna ſumuntur ab
      - Actionibus læſis, & uel
        - Naturali, expultrice
          - Sudor faciei, colli ad pectus uſque.
        - Vitali
          - Pulſus debilis, inæqualis atque interceptus.
      - Accidentibus intrinſecis
        - Febris acuta.
        - Extrema frigida.
        - Marcor corporis terreſtris pro uiuido nitore.
        - Deliquium animi.
  - Cerebro, humore uel uapore uitioſo, ad ipſum elato, & naſcitur uel
    - Morbus comitialis
      - Vehemens cogitatio, aut rei alicuius intentio.
      - Inedia longa.
      - Ira.
      - Mala in uentriculo concoctio.
      - Criſis per uomitum in febribus acutis, nullo, quod eam præſagiret, præcedente indicio.
      - Sanantur
        - Vomitu bilioſo.
        - Purgatis excrementis uentriculi, quotannis bis, per hieram picram.
        - Proba coctione.
        - Cibo corrupto difficili, mane dato.
    - Delirium.
    - Sopor.
    - Melancholia hypochondriaca: de qua prius.
  - Oculis. Viſa ſuffuſorum uiſis ſimilia: de quibus ſuprà.

## De ſignis morborum uentriculi, ex Gal. Art. med.

- Signa morborum uentriculi
  - Similarium, intemperiei
    - Calidæ: ſumuntur ab
      - Actionibus naturalibus læſis. Sitis inexpleta, præſertim ſi humor bilioſus in tunicis uentriculi contineatur.
      - Excrementis:
        - Deiectio bilioſa, Vomitus bilioſus: Si humor eſt in uentriculi ſpatio.
        - Ructus fumoſus & nidorolentus.
        - Nauſea inanis: ſi humor eſt in tunicis uentriculi.
      - Accidentibus extrinſecis
        - Victus ratio calida.
        - Auxilium à frigidis.
        - Offenſio à calidis.
    - Frigidæ: & ſumuntur ab
      - Actionibus naturalibus læſis. Ciborum inexpleta cupiditas, & appetentia canina.
      - Excrementis.
        - Deiectio pituitoſa, Vomitus pituitoſus: Si humor eſt in uentriculi ſpatio.
        - Nauſea inanis: ſi humor in tunicis contineatur.
        - Ructus acidus.
      - Accidentibus extrinſecis
        - Vetus ratio frigida.
        - Auxilium à calidis.
        - Læſio à frigidis.
  - Inſtrumentalium
    - Inflammationis, Eryſipelatis, Œdematis, Scirrhi: Signa affectibus gulæ ſimilia.
  - Vtrique parti communium, id eſt unitatis ſolutionis. Signa ſimilia gulæ affectibus.

De ſignis morborum hepatis, ex Gal. ibidem.

- *Signa morborum hepatis*
  - *Similarium, intemperies*
    - *Calidæ, & aduritur ſanguis & aſſatur: ſumuntur ab*
      - *Actionibus naturalibus læſis*
        - *Cibi faſtidium.*
        - *Sitis ingens.*
      - Excrementis
        - *Alui excrementa fæci ſanguinis ſimilia.*
        - *Vitioſorum humorum uomitus.*
      - *Affectionibus intrinſecis*
        - *Febris inſignis.*
        - *Calor totius corporis, præcipuè palmarum & plantarum & renum acer, mordax, ipſi homini moleſtus.*
        - *Color totius flaueſcens, &c.*
    - *Frigidæ, & humores craſſos, & ad motum contumaces reddit: hæ quoque ſumuntur ab*
      - *Actionibus naturalibus læſis. Ciborum cupiditas.*
      - *Excrementis. Alui ſanioſa & tenuia excrementa.*
      - *Accidētibus intrinſecis. Febris nulla, niſi ea temporis tractu ob putredinem humorum accidat.*
    - *Humidæ, humores reddit aquoſiores & tenuiores.*
    - *Siccæ, humores ſicciores & craßiores reddit.*
  - *Inſtrumentalium*
    - *Tumoris*
      - *Phlegmonis, in parte*
        - *Gibba. Hæc ſumuntur ab*
          - *Actionibus animal. motricibus læſis*
            - *Tußis exigua.*
            - *Spirandi difficultas.*
          - *Accidētibus intrinſecis*
            - *Grauitas in dextro hypochōdrio.*
            - *Dolor totum hypochondriū trahens, atq; ipſius doloris ad iugulum extenſio.*
            - *Dolor ad nothas coſtas nonnunquam extenſus.*
            - *Febris continua.*
            - *Facillimè tactu noſcitur.*
        - *Sima*
          - *Ingens cibi faſtidium.*
          - *Sitis inexhauſta.*
          - *Nauſea, ſingultus.*
          - *Vomitus tum ſinceræ bilis, tum eius, quæ ouorum uitellis ſimilatur, quæ poſtea æruginis aliquando colorem referre conſpicitur.*
          - *Aluus aſtricta, niſi unà cum uiſceris huius imbecillitate inflammationem excitari contingat.*
          - *Grauitas in dextro hypochondrio.*
          - *Febris continua.*
          - *Dolor ad nothas coſtas nonnunquam extenſus.*
          - *Linguæ color in primis quidem magis ruber, deinde uerò niger euadens.*
          - *Tactui non apparet tumor.*
      - *Eryſipelatis. Signa his ſunt ſimilia, ſed multò maiora, ut febris ardens, ſitis uehementißima.*
      - *Scirrhi. Tumor multò manifeſtior tactui eſt initio, quàm phlegmone, quia durior, & incumbentes muſculi atrophia ſunt extenuati. Poſtea uerò licet augeatur, tamen ægrius tactu deprehenditur, propter hydropem, quæ mox ſcirrhum hepatis ſequitur.*
    - *Obſtructionis, & ſumuntur ab*
      - *Actionibus animal. motricibus læſis*
        - *Tußis ſicca, parua.*
        - *Spirandi difficultas.*
      - *Accidentibus intrinſecis*
        - *Grauitas in dextro hypochondrio, tanquam pondus quoddam ſuſpenſum.*
        - *Dolor punctorius.*
        - *Febris præcipuè ubi traxit iam obſtructio eaq; magna.*
        - *Dolor tenſiuus, maximè cùm à uaporoſo ſpiritu obſtructio eſt facta.*

## De ſignis hydropis, ex Galeno.

- *Signa hydropis*
  - *Communia: hæc ſumũtur ab*
    - *Actionibus naturalibus læſis:*
      - *Appetentia deiecta, ſi calor ſimul adeſt: ſi uerò frigiditas, utcunque appetit.*
      - *Sitis inexpleta.*
    - *Excrementis. Vrina pauca, & aliquando rubra.*
    - *Affectionibus ſeu accidentibus intrinſecis*
      - *Color totius corporis, & maximè circa oculos, albus uel plumbeus, ſi materia eſt frigida: ſi uerò calida, flauus uel ſubruber.*
      - *Inflatio totius corporis, oculorum, pedum, manuum interdum, in hypoſarca maxima: in aſcite etiam magna, in tympania autem ſolus uenter tumet.*
      - *Febres languidæ, interdum & dyſenteria hepatica, & puſtulæ ſaniem reſudantes.*
      - *Corpore ſupino totus uenter extenditur.*
  - *Propria*
    - *Hypoſarcæ: ſumuntur ab*
      - *Actionibus uitalibus. Pulſus undoſus, mollis, latus.*
      - *Excrementis. Fluor alui ſanguinolentus.*
      - *Accidentibus intrinſecis*
        - *Inflatio corporis totius, ac ſi corpus impinguatum eſſet, præſertim facies.*
        - *Digiti cuiuis parti appreſſi, ueſtigium relinquunt.*
    - *Tympanitæ: ſumuntur ab*
      - *Actionibus uitalibus*
        - *Pulſus longior, non languidus, uelocior, frequens, ſubdurus cum quadam tenſione.*
      - *Accidentibus intrinſecis*
        - *Totus uenter tumidus & tenſus multum, ſine pondere.*
        - *Ventre digitis percuſſo, ſonitus ſeu tympani auditur.*
        - *Totum corpus alimenti penuria marceſſit, ſine tumore pedum aut totius corporis.*
        - *Ructibus gaudet & leuatur.*
    - *Aſcitæ: hæc ſumuntur ab*
      - *Actionibus uitalibus læſis*
        - *Pulſus paruus, frequentior, ſubdurus, cum quadam tenſione.*
      - *Excrementis. Vrina parcior quàm reliquis hydropibus.*
      - *Accidentibus intrinſecis*
        - *Grauitas in uentre percepta.*
        - *Sonitus aquæ in uentre alliſæ auditur moto corpore, uel in latus inclinato.*
        - *Tactu non ſonat uenter, ſed digito cedit.*
        - *Supernæ partes atrophia tabeſcunt, infernæ uerò ut uenter, pedes, tibiæ, &c. inflantur.*
        - *Corpore ſupino pars ſumma uentris decidit, latera inflantur magis, ut ueſica aqua plena.*

## De ſignis morbi regij, ex Gal. ibidem.

- *Signa morbi regij*
  - *Communia: hæc ſumuntur ab*
    - *Actionibus læſis*
      - *Vitalibus. Pulſus paruus, & utcunq; durus, ſiccatis arterijs.*
      - *Naturalibus*
        - *Appetentia deiecta.*
        - *Sitis auctior.*
    - *Accidentibus intrinſecis*
      - *Color præſertim in tunica oculi cohærente pallidus, flauus, uel nigricans, ſi à liene fiat.*
      - *Color bilis flauæ fuligini miſtus, hepate & liene affectis, ſeu miſto utroq; ictero.*
  - *Propria, facti*
    - *Ratione hepatis propter*
      - *Obſtructionem ipſius maximè in parte ſima, in qua ueſicula continetur, ita ut bilis flaua unà cum ſanguine per totũ ſpargatur corpus: & ſumuntur ab*
        - *Excrementis*
          - *Deiectio candida.*
          - *Vrinæ flauæ, craſſæ, ſanguine impuro in totum corpus ſparſo.*
        - *Accidẽtibus intrinſecis*
          - *Grauitas in hypochondrio dextro.*
          - *Febris nulla apparet uel præceſſit.*
      - *Magnam ipſius intemperiem. Quando enim iecinoris ſecundum naturam mutata eſt temperies, humores eiuſmodi uitio afficiuntur* — *Febris, & eſt ſignum malum.*
    - *Ratione folliculi fellis, & aliquando uel propter*
      - *Imbecillitatem facultatis attractricis.*
      - *Nimiam repletionem, qua ſcilicet expultrix uirtus grauatur.*
      - *Obſtructionem illius meatus. Signa ut in obſtructione hepatis partis ſimæ.*
    - *Ratione lienis, uel propter imbecillitatem facultatis attractricis uel expultricis, uel obſtructionem*
      - *Color totius corporis fuſcus.*
      - *Grauitas in hypochondrio ſiniſtro.*
    - *Alia quadam ratione, uel*
      - *Per indicationem febris. Cum ſcilicet ſuperante natura humores bilioſi ad exteriora depelluntur, quod bonum eſt indicium.*
        - *Deiectio & urina ſecundum naturam ſe habẽtia, ſi perfecta criſis fuerit.*
        - *Ceſſatio febris.*
      - *Ab externa corruptione, cùm uel corrumpitur ſanguis, à cauſa exiſtente uel*
        - *In corpore, cùm ſcilicet humores corrumpuntur.*
        - *Extra corpus à cauſa extrinſeca, quales ſunt*
          - *Morſus uiperæ.*
          - *Morſus canis rabidi.*
          - *Peſtilens aër.*
          - *Venenum epotũ, &c.*

*Signa affectuum lienis, facilè inueniuntur ex ijs, quæ de iecore diximus.*

## De ſignis affectuum, inteſtinis propriorum, ex Gal. ibid.

- **Signa affectuum inteſtinis propriorum.**
  - **Dyſenteriæ (quæ cruenta alui deiectio eſt, cum dolore uētris & torſione)**
    - **Communia: ſumuntur hæc ab**
      - Excrementis
        - Initio bilis mordax excernitur.
        - Deinde interaneorum abraſiones ſequuntur.
        - Poſtea paulùm cruoris ſimul excerni uidetur, quando uidelicet affectus ipſe iam dyſenteria eſt.
      - Accidentibus intrinſecis: Dolor, Torſio — Ventris.
    - **Propria, inteſtinorum**
      - Craſſorum: ſumuntur ab
        - Excrementis
          - Exeretio facta paulò pòſt tormina.
          - Abraſiones craſſæ, pingues.
          - Sanguis parum aut nihil cum excrementis miſtus.
        - Accidentibus intrinſecis: Dolor ſub umbilico.
      - Tenuium: ſumpta ab
        - Excrementis
          - Exeretio facta multò pòſt tormina.
          - Abraſiones paruæ, tenues, ſine pinguedine.
          - Sanguis plurimum miſtus cum excrementis.
        - Accidentibus intrinſecis: Dolor, Torſio — Supra umbilicum.
  - **Teneſmi, qui recti inteſtini ulcus eſt**
    - Vehemens & prompta deijciendi cupiditas, & conatus frequens, ſed pauca admodum excrementa ſequuntur, quæ quidem ab initio pituitoſa & pinguia, progreſſu uerò temporis etiam abraſionis ſpecie deijciuntur, uerùm per totum morbi ſpatium ijs, quæ à ſupernis deſcendunt, haudquaquam miſceri uidentur.
  - **Colici affectus: ſumpta ab**
    - Actionibus naturalibus, uidelicet expult.
      - Vomitus pituitoſorum & corruptorum excrementorum.
      - Nauſea & uomitus multò grauiores, & magis aſsidui, quàm in renum cruciatu.
    - Excrementis
      - Excrementorum retentio, ita ut ne flatum quidem, neq; etiam ructum excernere poßint, aut ſi quid ui aliqua excernatur, id flatuoſum quodammodo eſt, & ſæpenumero aquæ ſupernatare conſueuit, ſimilem habens bubulo ſtercori conſiſtentiam.
      - Vrina bilioſior, craßior, interdum pituitoſior.
    - Accidentibus intrinſecis
      - Dolor lumborum & coxarum ob uiciniam & connexionem quandam cum neruis.
  - **Voluuli**
    - Cauſæ
      - Tumor inteſtinum ad chordæ ſimilitudinem conuoluens.
      - Obſtructio ab arido ſtercore.
    - Signa
      - Dolor uehementiſsimus in partibus inteſtinorum ſublimioribus, uomitionibus grauiter cruciantur, adeò ut nonnulli ſub fine ſtercus quoque euomere conſpiciantur, à quo affectu uix unquam aliquis ſanus euadit.
  - **Lienteriæ, id eſt leuitatis inteſtinorum**
    - Subita contentorum excretio, ob facultatis retentricis imbecillitatem, quia retinere cōtenta, ne exiguo quidē tempore poſſunt. Nam illicò excernunt ea, perinde ac ſi graue aliquod onus deponerent, haud ſecus, quàm in ſtranguria contingit.

### ANNOTATIO.

¶ Notandum, quòd ſigna in colica paßione ſunt ferè æqualia nephriticorum, niſi quòd illa multò his ſunt maiora & uehementiora, &c. Nam nauſea magis infeſtantur colici, quàm nephritici, ita quod per uomitum reijciantur bilioſa & pituitoſa, in quibus aſſumpti quoque cibi aliquid admiſtum uidetur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0210-6

## De ſignis renum affectuum, ex Gal. ibidem.

- Signa renum affectuum
  - Calculi: ſumuntur ab
    - Actionibus natural. expultr.
      - Vomitus, Nauſea: Ob connexionem ac conſenſum renũ cum uentriculo, &c.
    - Excrementis. Sabuloſa in urina ſubſidentia.
    - Accidentibus intrinſecis
      - Dolor lumborum in profundo.
      - Grauitas in renibus & lumbis.
  - Abſceſſus: ſumpta ab
    - Excrementis
      - Pus uel mucoſum quiddam urina permiſtum defluit: hincq; urina redditur alba, turbida, lactis ſero perſimilis, quæ tandem quiete ſedimentum id purulentum mucoſum ue deponit.
    - Accidentibus intrinſecis
      - Dolor cum horrore interpolato, & inæquali.
      - Febris inordinata.
      - Decubitus pronus uel in latus illæſum, grauitatem & ueluti ſuſpenſum infert.
  - Vlceris perſeuerantis
    - Pus interdum exiguum cum urina excretum, interdum ramentum & ſanguis, qui croſi tam ulceris indicium eſt.
    - Carunculæ cum urina excretæ.
    - Dolor creberrimus in affecto rene.
  - Imbecillæ retentricis
    - Tenuis ſanies ſanguinis mingitur ſimilis excrementis, quæ in hepaticorum affectuum initio excernuntur, niſi quòd magis uidetur cruenta, ob imbecillem renum retentricem, uel quòd ora ſeu meatus, per quos ex caua uena in renes urina percolatur, ſupra modum dilatantur.
  - Diabetæ
    - Sitis uehementiſſima.
    - Potus plurimus ob ſitim. Quapropter exuperanter quoque reddunt id, quod biberunt, eo à ſua qualitate mutato.

## De ſignis ueſicæ affectuum, ex Gal. lib. primo & ſexto, de Locis affectis.

- Signa propriorum ueſicæ affectuum
  - Stranguriæ, id eſt ſtillicidij urinæ, facti ab
    - Acrimonia urinæ ob
      - Renum uitium aliquando: aliquando ob alias partes quæ cum urinis humorum ſuorum uitia, aut pus ſibi abſceſſus aliquem inſtillauerit, tranſmittere poſſunt.
    - Imbecillitate facultatis
      - Retentricis ueſicæ, quum uel à multitudine contentæ in ipſa materiæ ueſica grauatur, uel à mordacitate conuellitur: ſed ab horũ utrolibet magis imbecilli, quàm robuſti dolere conſueuerunt.
      - Expultricis, ab intemperie aliqua, maximè frigida.
    - Vlcere.
    - Reſoluto colli ueſicæ muſculo; tunc inuita & indolens eſt ſtranguria.
  - Iſchuriæ, id eſt urinæ retentæ, ob
    - Excretricis facultatis imbecillitatem: tunc decliuis poſitus colli ueſicæ, & compreſſio exprimunt lotium.
    - Obſtructionem colli ueſicæ, à
      - Tumore
        - Inflammatione in parte aliqua colli ueſicæ uel uirgæ.
        - Scirrho.
        - Abſceſſu.
        - Tumore alio, &c.
      - Innato aliquo ut caruncula, quod tũc euenire ſolet, quando ulcus præceſſit
        - Tunc immiſſa ænei fiſtula dolet in ea parte, & rupta caruncula ſequitur ſanguis, & carnis fragmenta.
      - Adueniente aliquo, ut
        - Lapide. Præcedit pudendi pruritus, aqueæ urinæ, & ſabuloſa hypoſtaſis.
        - Grumo, nulla ſigna lapidis, & ſanguis cum urina exit, quamuis ſine etiã ab ulcere fieri poſſit.
        - Craſſo lentoq; humore: uictus ex craſſis, lentis, multis cibis præceſſit.

## De ſignis uteri affectuum, ex Gal. ibidem.

- *Signa uteri affectuum*
  - *Suffocationis uteri*
    - *Signa*
      - *Immobiles & ſine ſenſu quædam iacent, cum obſcuriſſimo minimoq́; pulſu, uel omnino ſine ullo apparent.*
      - *Quædam animi defectionem tantùm, & difficili ſpiratione laborant, ſed mobiles & ſentientes cum integra ratione exiſtunt.*
      - *Qudam crura & brachia contrahunt.*
      - *Vterus quibuſdam cum collo ſurſum, quibuſdã ad latus retrahitur, quibuſdam in ſuo ſitu permanent.*
      - *Symptomata alia, ob multas uteri affectuum differentias.*
    - *Cauſæ, uel*
      - *Semen cohibitum. Hic affectus uiduis magna ex parte euenit, iiſq́; maximè, quæ antea probè purgarentur, ac parerent, atque uirorum concubitu gauderent.*
      - *Menſtrua retenta, à quibus uterus uel ſurſum uel ad latus retrahitur, magis aut minus, pro plenitudinis modo.*
  - *Menſium*
    - *Retentorum: ſumpta ab*
      - *Actionibus naturalibus*
        - *Nulla cibi cupiditas.*
        - *Faſtidium.*
      - *Excrementis*
        - *Vrinæ nigricantes, cum rubra quadam ſanie, quibuſdam urina aut difficulter mittitur aut omnino ſupprimitur.*
      - *Accidentibus intrinſecis*
        - *Mulier neque prægnans neque puerpera, lac habens in mammis.*
        - *Grauitas corporis totius.*
        - *Inæqualitas horrida.*
        - *Febres ardentes.*
        - *Dolor lumborũ & colli & ſincipitis, qui etiam oculorum fundamenta infeſtat.*
    - *Vacuatorum immodicè: ſumpta ab*
      - *Actionibus naturalibus*
        - *Concoctio ciborum uitiata.*
        - *Cupiditas ciborum nulla.*
      - *Accidentibus intrinſecis*
        - *Totius corporis color fœdus.*
        - *Pedes molli tumore attolluntur, & totũ corpus ſubtumidum fit.*
        - *Proſtratio uirium corporis.*
        - *Conuulſio, &c.*
  - *Profluuij muliebris*
    - *Vniuerſum corpus per uterũ expurgatur, euacuaturq́;, quemadmodum interdum per renes, id uerò potiſſimum accidit in mulieribus laxis & pituitoſis.*
    - *Excernitur ſanies rubra, interdum aquoſa aut ſuppallida.*
    - *Sanguis interdum etiam prægnantibus excernitur, ſi ora uenarum in ceruice aperiuntur.*

## De ſignis ulceris in colis meatu, gonorrhϾ & priapiſmi, ex Gal. ibidem.

- *Signa ulceris in colis meatu*
  - *Dolor inter meiendum.*
  - *Pus urinam præuenit, quod uerò à ueſica, renibus, &c. egreditur urinæ admiſtum uidetur.*

*Gonorrhœa eſt ſeminis excretio inuita, quam inuoluntariam quoque nominare licet, quæ ſi fiat pudendo intento, à conuulſione eſt partium ſpermaticarum: ſi laxo, ob retentricis facultatis & concoctricis imbecillitatem.*

*Priapiſmus eſt, quum colis & in longitudine & circulo totus augetur, nullo ſtimulante ad libidinem aut deſiderio, aut acquiſito calore, ut quibuſdam accidere conſueuit, qui ſupini decumbunt. Fit autem ab arteriarum oris immodicè patentibus, uel uaporoſo ſpiritu in fiſtuloſo neruo orto.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0212-8
DFG

## De ſignis temporum morborum uniuerſalium, ex Gal. lib. primo de Criſibus, & primo Aphoriſmorum.

- *Signa temporum morborum uniuerſalium*
  - *Principij.* Cruditas.
  - *Augmenti*
    - *Anticipatio acceßionis.*
    - *Acceßio longior.*
    - *Morbus & ſymptomata uehementiora.*
    - *Intermißionis ac declinationis tempus breuius.*
  - *Status*
    - *Præſentis*
      - *Acceßio neque anticipans neque tardans, ſed æqualis.*
      - *Acceßio neque longior neque breuior, ſed æqualis.*
      - *Morbus & ſymptomata neque uehementiora neque mitiora.*
      - *Intermißionis ac declinationis tempus æquale.*
    - *Futuri, ſumpta ab accidentibus*
      - *Intrinſecis*
        - *Morbi natura, ut*
          - *Tertiana, Eryſipelas, &c.* (*Citius ad ſtatum perueniunt.*)
          - *Quotidiana, Œdema, &c.* (*Tardius ad uigorem peruenit.*)
        - *Incrementis, circuituũ: quæ ſi fuerint*
          - *Magna: manifeſtum eſt morbi augmentum.*
          - *Parua: longius diſtare futurũ morbi uigorem oſtendit.*
        - *Temperatura ægrotantis*
          - *Calidior & ſiccior.*
          - *Frigidior & humidior.*
        - *Mox apparentibus, ſiue urinis, ſiue ſputis, ſiue alui excrementis*
          - *Coctis.*
          - *Crudis.*
      - *Extrinſecis*
        - *Ætate.*
        - *Anni tempore.*
        - *Regione.*
        - *Conſtitutione aëris.*
        - *Victus ratione.*
  - *Declinationis*
    - *Acceßio tardior.*
    - *Longitudo acceßionis breuior.*
    - *Morbus & ſymptomata mitiora & ſimpliciora.*
    - *Intermißionis ac declinationis tempus longius.*

## De ſignis prognoſticis ſalutis & mortis, ex Gal. lib. ſecundo Prognoſticorum, tertio de Criſibus, primo de Arte curatiua ad Glauconem, & lib. de Conſtitutione artis medicæ.

- *Signa prognoſtica ſalutis & mortis ſumuntur ab*
  - *Actionibus ſeu uiribus animalibus, uitalibus & naturalibus. Quæ ſi fuerint*
    - *Validæ, ut poßint morbum ſuperare, neceſſe eſt ægrotum euadere.*
    - *Imbecilles, ut non poßint morbum ſuperare, æger omnino morietur.*
  - *Paßionibus ſeu Accidentibus*
    - *Intrinſecis, uel à*
      - *Morbo, & uel à*
        - *Specie eiuſdem, quæ cognoſcitur ex proprijs ſymptomatibus.*
        - *Magnitudine, quæ cognoſcitur ex quantitate ſymptomatum.*
        - *More, uidelicet num morbus ſit*
          - *Benignus*
          - *Malignus*
          - (*Hic dignoſcitur ex ipſius morbi differentia.*)
      - *Parte affecta, nimirum an ſit*
        - *Nobilis, periculum ægroto portendit.*
        - *Ignobilis, nullum laboranti periculum indicat, præſertim uiribus ualentibus.*
    - *Extrinſecis*
      - *Regione.*
      - *Aëris conſtitutione.*
      - *Anni tempore.*
      - *Victus ratione, &c.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0213-3

## De ſignorum generibus, ac de ſingulorum natura, ex Gal. lib. primo de Criſibus, & primo Aphoriſmorum comment. 12. & lib. tertio de Morbis uulgaribus.

- Signorum in morbis apparẽtium, quædã
  - Certa omnino, coctionis & cruditatis ſigna medicis dicta ſunt. Hæc ferè cernuntur in
    - Sputis
    - Vrinis
    - Alui excrementis.
      - Horum quodq; ſignificat uel
        - Coctionem ſimpliciter, & hæc ſemper bona ſunt, ut quæ morbi ſolutionem haud ita multò pòſt futuram oſtendant.
        - Cruditatem, quæ longum morbum indicant.
        - Cruditatem & prauitatem ſimul, ſiue mortem.
  - Incerta prorſus, nullam ſtabilem facultatem habentia, quod alijs temporibus, & alijs in diſpoſitionibus, alia ſignificent, critica dicũtur, & ſunt uel
    - Signa tantùm, ut
      - Colli & capitis dolor.
      - Temporum grauitas.
      - Hallucinationes.
      - Lachrymæ inuoluntariæ.
      - Vertigo tenebroſa.
      - Oculi & facies rubentes.
      - Vigiliæ.
      - Æſtus ingens.
      - Anxietas.
      - Labri inferioris agitatio.
      - Delirium. Exclamatio.
      - Anhelitus difficultas.
      - Somnus grauis.
      - Præcordiorum ſubſtractio.
      - Stomachi faſtidium.
      - Nauſea, ſitis ingens.
      - Dolor oris uentriculi.
      - Non poſſe ferre decubitum.
    - Signa & cauſæ, ut
      - Vomitus.
      - Sudores.
      - Vrinæ multæ.
      - Alui profluuium.
      - Menſtruorum eruptio.
      - Hæmorrhoidum apertio.
      - Sang. ex naribus fluxus.
      - Parotides alijq; abſceſſus.
    - Horũ quædam cernũtur in
      - Actionibus
      - Excrementis.
      - Accidentibus intrinſecis.
  - Neq; ut prima ſemper fida, neq; ut ſecunda infida ſunt. Hæc cum urinis, ſputis, alui excrementis excernuntur, & in toto corporis habitu apparent. Horum alia ſemper
    - Bona, ut ſalutis & uitæ
      - Mente conſtare, & bene, &c.
      - Facilis anhelitus.
      - Facilis tolerantia.
      - Pulſuum bonitas.
      - Decubitus decens.
      - Facies ſanis ſimilima.
      - Corporis totius æqualitas, & alia quæ Hipp. in Prognoſticis attulit.
    - Mala, ut mortis. Sunt autem ſignis ſalutis contraria, & quæ in Prognoſticis Hipp. alia enumerat.
    - Hæc omnia nõ ſolùm ſunt ſigna, ſed etiam accidentia corporis atq; morborum.

## De ſignis Criſis futuræ, ex Gal. libro tertio de Criſibus.

Criſis eſt ſubita ad ſanitatem conuerſio.

- Signa Criſis futuræ, ſumuntur ab
  - Actionibus
    - Animalibus
      - Senſibilibus
        - Proprijs. Senſus omnes difficiles.
        - Communibus
          - Vigiliæ.
          - Somnus grauis.
      - Motricibus. Difficilis anhelitus.
      - Principibus
        - Obliuio & præſertim ignorantia.
        - Delirium.
    - Naturalibus
      - Coctio in urina apparet, ſi affectus eſt in genere uenoſo: in ſputo, ſi affectus eſt partium ſpiritalium: in alui excrementis, ſi in uentre inferiore.
      - Vrinæ retentio.
      - Sitis intolerabilis.
  - Affectibus corporis. *

- * Affectibus corporis,
  - Intrinſecis
    - Turbatio & agitatio in corpore ægrotantis.
    - Difficilis tolerantia.
    - Vertigines tenebricoſæ.
    - Dolor capitis, colli & ſtomachi, aliarumq; partium.
    - Labrum inferius agitatum.
    - Nonnullis aurium ſonitus, & uani ante oculos ſplendores, & lachrymæ inuoluntariæ.
    - Rigor uehemens.
    - Status & ſummus uigor morbi.
  - Extrinſecis
    - Die aliquo indicatorio eſt indicata per aliquam euacuationem, ut uomitum, deiectionem, urinas, &c.
    - Dies aliquis indicatorius adeſt.
    - Nox aut dies acceſsionem, in qua criſis futura eſt, præcedens, grauis & moleſta.
    - Anticipatio acceſsionis.
    - Æſtus.
    - Clamor.
    - Furor.
    - Non poſſe in eodem ſitu recumbere.

## De ſignis Criſis futuræ per excretionem aliquam, ex Gal. libro tertio, de Criſibus, & Hipp. lib. primo de Morbis uulgaribus.

- Signa Criſis futuræ per
  - Excretionem (quod accidit in morbis acutis)
    - Fluxum ſanguinis: ſumpta ab
      - Actionibus
        - Animalibus
          - Senſibilibus
            - Viſus hebes.
            - Tenebræ oculis obſeruantur.
            - Splendores uani ante oculos.
            - Oculorum hallucinationes.
          - Motricibus. Spirandi difficultas.
        - Vitalibus. Pulſus magnus.
      - Affectionibus
        - Intrinſecis
          - Oculi rubicundi & lachrymoſi.
          - Dolor colli & capitis tenſiuus.
          - Temporum grauitas.
          - Extenſio in præcordijs abſque dolore.
          - Malarum & narium rubor.
          - Natura ægri ſanguinea.
        - Extrinſecis
          - Æſtas, Ver.
          - Adoleſcentia.
          - Regio calida, &c.
    - Vomitum: ſumpta ab
      - Actionibus
        - Animalibus ſenſibilibus
          - Hallucinationes.
          - Tenebræ oculis oboriuntur.
        - Vitalibus. Pulſus durus & inæqualis.
      - Excrementis. Sputum multum ac tenue per os defluens.
      - Affectibus corporis,
        - Intrinſecis
          - Dolor capitis ueluti mordax.
          - Capitis grauitas.
          - Vertigo.
          - Morſus oris uentriculi.
          - Labrum inferius agitatum.
          - Rigor & partes inferiores frigidæ.
        - Extrinſecis
          - Natura bilioſa.
          - Ætas florens.
          - Æſtas, &c.
    - Deiectionem
      - Signa ſunt manifeſta. Nam ſi coctionis & criſis ſigna adſunt, ſigna autem fluxus ſanguinis, uomitus, ſudoris abſunt, tunc criſim per deiectionem fore putandum eſt, niſi magna lumborũ grauitas & tenſio criſim in muliere per menſes indicet, aut in uiris per hæmorrhoidas inſuetas.
    - Sudores: ſumpta ab
      - Actionibus
        - Animalibus principibus. Delirium.
        - Vitalibus. Pulſus undoſus & mollis.
      - Excrementis
        - Vrina retenta uel pauca.
        - Alui excrementa retenta uel pauca.
      - Accidentibus intrinſecis
        - Partes corporis exteriores
          - Rubræ.
          - Calidæ.
          - Vaporoſæ.
        - Signa uomitus nulla.
        - Rigor.
  - Abſceſſum ſequitur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0215-5
DFG

## De ſignis Criſis futuræ per abſceſſum, ex Gal. ibid.

- Signa criſis futuræ per abſceſſum, quod accidit in morbis diuturnis. Et huiuſmodi abſceſſus fiunt ad partes
  - Superiores. Horum ſigna ſumuntur ab
    - Actionibus
      - Animalibus
        - Senſib.
          - Proprijs. Surditas repentina.
          - Communibus. Somnus grauis.
        - Motricibus. Difficilis anhelitus ſine cauſa manifeſta.
      - Vitalibus.
    - Accidentibus intrinſecis
      - Dolor capitis uehemens.
      - Grauitas capitis & temporum.
      - Præcordia ſemper mollia & ſine dolore.
      - Morbus non ualdè diuturnus.
  - Inferiores: & ſumuntur ſigna ab
    - Excrementis. Vrina
      - Tenuis, Cruda: Multo tempore micta.
    - Accidentibus intrinſecis
      - Grauitas, tenſio; Phlegmone; Dolor: Partium inferiorum.
      - Circa hypochondria aliquid phlegmones & caloris in peripneumonia, huc repere humores ſignificat.
      - Morbus diuturnus.
      - Nullum ſignum parotidum.

De his qui plura deſiderat, legat librum tertium Gal. de Criſibus.

Cùm pulſus & urina, non paruam demonſtrandorum morborum uim obtineant, meritò etiam, quomodo ex eis, ipſi dignoſcantur, ante oculos ponendum erit. Pulſus nanq; cordis, arteriarumq́; urinæ uerò iecoris, uenarumq́; conſtitutionem indicant. Verùm antequàm morborum ex eis cognitionem oſtendamus, prius utriuſq; differentias atq; cauſas, & quæ medico circa utrunque ſint obſeruanda, ponemus.

## Quæ circa pulſus medico obſeruanda, ex Gal. & alijs.

- In pulſibus medico duodecim obſeruanda
  - Primum, ut naturalis pulſus diſpoſitionem agnoſcat. tam hominis temperati quàm intemperati. Nam ipſa non cognita, dubioſa tunc de pulſu infirmi fertur opinio, atque ſic medicum errare contingit.
  - Secundum, ut tactor non ſit alteratus ſed quietus.
  - Tertium, ut non ſubitò, cùm ad infirmum accedit, pulſum tangat, ſed parum moretur ac ſedeat. Nam quandoque ex reuerentia aut timore medici. fit in pulſu uariatio.
  - Quartum, tangendo incipiat ab arteria dextri lateris, deinde ad ſiniſtram perueniat, cùm dexter pulſus perfectior ſit.
  - Quintum, tactoris manus non ſit alterata, neq; in caliditate nimia, neq; frigiditate, ſed mediocris caloris, ne ex nimia frigiditate ſequatur pulſus retractio, aut ex caliditate expanſio ſiue dilatatio.
  - Sextum, arteriam quatuor digitis, ſecundum longitudinem arteriæ comprehendat, & maximè cum digitorum pulpis, cùm in eis ſit maior temperies.
  - Septimum, tactus cum digitis dextræ manus fiat, cùm hi ſenſibilitatis melioris ſint.
  - Octauum, ut tactor, cùm arteriam multa carne coopertam eſſe, aut naturaliter profundam comprehendit, fortiter cum digitis comprimat, non tamen ita fortiter, ut uirtus à debito motu arteriæ impediatur. Quòd ſi carnoſus non fuerit, leuiter tangat.
  - Nonum, digitos non ſtatim remoueat, quo uſque plures ſenſerit pulſationes. Nam pulſus in proceſſu aliquando uariatum ab eo, quod à principio fuit ex parte ſuarum differentiarum.
  - Decimum, ut cùm infirmus iacet ſuper latus ſiniſtrum, tangatur arteria dextri, & è conuerſo. Quoniam propter compreſſionem impeditur tranſitus debitus ſpirituum.
  - Vndecimum, ut animaduertat, ne infirmus digitos multum extenſos habeat, neque in pugnum reductos, ne ex tali ſitu indicium uariatur.
  - Duodecimum, ut conſideret extrinſecà circa ægrum, ne præceſſerit ira uehemens, gaudium, exercitatio, repletio, fames, quæ omnia in pulſu mutationem facere ſolent.

## De differentijs pulſuum naturalium & cauſis, à quibus per ſanitatem & citra morbum permutantur, ex Gal. lib. de Diff. & cauſis pulſuum, & alijs.

Pulſus naturalis, cùm lex atq; mēſura ſit cæterorum omnium pulſuum, prius obſeruandus erit, neq; mox ab exercitatione, à balneis, à cibo immodico, à uino, uel alijs cauſis calfacientibus, neq; illicò ab ira uel timore, uel alijs cauſis cor & ſpiritus agitantibus, de pulſu nihil quicquam ſtatuendum, antequam externarum uis deferbuerit, omniſq; ſedata ſit corporis permutatio.

Pulſus, eſt cordis arteriarumq́; motus, natiui caloris moderator, ex dyaſtole ſyſtoleq́; conſtans. Vel, pulſus eſt nuntius, qui non mentitur, præco, qui occulta refert, motibus contrarijs, diſpoſitionem cordis arteriarumq́;, & totius corporis manifeſtans.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0216-1

- Pulſus uel
  - Naturalis
    - Moderatus, qui nec magnus eſt, nec paruus, nec celer uel tardus, nec frequens uel rarus, nec uehemens aut languidus, nec durus uel mollis, nec inæqualis, nec alio quoquam modo nimius. Talis autem eſt cuius comparatione cæteros omnes, magnos aut paruos, celeres, aut tardos, aut alio quouis nomine exuperantiæ inſigniuerunt. Hic non niſi in optima corporis natura animaduertitur, quæ & temperatiſſima eſt, & conſtitutione prorſus media, ac uerè quadrata: Cauſa eſt, temperata fortitudo uirtutis, obedientia inſtrumenti temperata, & contentum moderatius.
    - Immoderatus, qui per ſanitatem & citra morbum immutatur, uel propter accidentia
      - Intrinſeca
        - Corporis temperaturam, etiam dum ſana eſt,
          - Calidiorem, qualis eſt in cholericis & ſanguineis,
            - Celer.
            - Frequens.
            - Magnus.
            - Vehemens.
          - Frigidiorem, ut in pituitoſis & melancholicis
            - Tardus.
            - Rarus.
            - Paruus.
            - Imbecillis.
        - Habitum corporis
          - Gracilem
            - Magnus.
            - Rarus.
            - Vehemens aliquantum.
          - Pinguem, è contra.
        - Ætatem
          - Infantium & puerorum, pulſus
            - Celerrimus.
            - Creberrimus.
          - Iuuenum, pulſus
            - Maximus.
            - Vehementiſſimus.
          - Senum
            - Rarus.
            - Tardus.
            - Minimus.
            - Languidiſſimus.
        - Animi affectum
          - Iram: pulſus
            - Magnus.
            - Altus.
            - Vehemens.
            - Celer.
            - Frequens.
          - Triſtitiam
            - Paruus.
            - Languidus.
            - Tardus.
            - Rarus.
          - Timorem: pulſus
            - Vehemens.
            - Celer.
            - Vibratus.
            - Inordinatus.
            - Inæqualis.
        - Somnum: pulſus
          - Paruus.
          - Languidus.
          - Tardus.
          - Rarus.
        - Vigilias
          - Magnus.
          - Celer.
      - Extrinſeca
        - Regionem & aëris conſtitutionem
          - Calidam
            - Celer.
            - Frequens.
            - Paruus.
            - Languidus.
          - Frigidam
            - Tardus.
            - Rarus.
            - Minor.
            - Vehementior.
          - Temperatam: pulſus
            - Maximus.
            - Vehementiſſimus.
        - Anni tempus. Nam in
          - Æſtate: pulſus ſimiles regioni calidæ.
          - Hyeme: pulſus ſimiles regioni frigidæ.
          - Verè: pulſus proportione reſpondentes reg. temp.
        - Sexum. Nam uiris quàm mulieribus pulſus longè maior ac uehementior, ſed paulò tardior atque rarior ineſt.
        - Exercitium
          - Nimium
            - Paruus.
            - Languidus.
            - Celer.
            - Frequens.
          - Modicum
            - Vehemens.
            - Magnus.
            - Celer.
            - Frequens.
        - Ocium: pulſus contrarij.
        - Cibum & potum pleniorem: pulſus
          - Magnus.
          - Vehemens.
          - Celer.
          - Frequens.
  - Non naturalis: ſequitur.

## De differentijs & cauſis pulſuum non naturalium, ex Gal. ibid. & alijs.

- **Pulſuum non naturaliũ differentiæ ſumuntur à —**
  - **Quãtitate, et uel**
    - Dilatationis, ut pulſus —
      - Longus: cuius cauſa eſt uirtutis debilitas, ab inſtrumenti ineptitudine eueniens, aut ratione
        - Sui, cùm eſt nimium durum.
        - Extrinſecorum, ut
          - Rigiditas.
          - Cutis tenſio.
          - Denſitas carnis.
          - Durities corporis.
      - Latus, quando in latum excurrit arteria. Fit hic à mollitie inſtrumenti, uel uacuitate, uel carnoſitate, ſuper partem ſuperiorem ſtante.
      - Altus. Fit ab aucta neceſſitate, & uirtutis debilitate non multa.
      - Breuis. Fit à cauſa contraria longi pulſus.
      - Humilis: cuius cauſa eſt contractio caloris ad interiora, ſuffocatio caloris à moto humore, &c.
      - Magnus, qui fit à uirtutis fortitudine.
      - Paruus: huius cauſa eſt
        - Innati caloris penuria.
        - Ingens refrigerium.
      - Mediocris.
    - Temporis quietis: cuius ſpecies ſunt
      - Frequens, ſeu creber, qui ſæpe & breui quietis interuallo arteriam diſtendit, tactumq́; ferit: & fit hic uel à
        - Virtutis debilitate.
        - Multa neceſſitate.
        - Multa caliditate.
      - Rarus, ex longioribus interuallis arteriam diſtendit: fit autem hic à fortitudine uirtutis & neceſſitate pauca, cum obedientia inſtrumenti.
      - Mediocris.
  - **Qualitate**
    - Motus, cuius ſpecies ſunt
      - Celer, qui breui tempore arteriã diſtendit: cuius cauſa eſt multitudo neceſſitatis euentandi.
      - Tardus, qui longo tempore arteriam diſtendit, & fit à cauſa contraria.
      - Mediocris.
    - Virtutis: ut pulſus
      - Validus ſeu uehemens, qui ualidè tactum ferit, fitq́; à uirtutis fortitudine.
      - Imbecillis ſeu languidus, debilis qui debiliter tactum ferit: & fit à uirtutis debilitate.
      - Mediocris.
    - Arteriæ, huius ſpecies ſunt
      - Mollis, cum tenera laxaq́; arteriæ tunica percipitur. Fit autem ab humiditate, ſeu inſtrumenti mollitie, ſiue ſpirituum quantitate.
      - Durus, cùm durior, rigidiorq́; arteriæ tunica percipitur, fit ab inſtrumenti duritie.
      - Mediocris.
  - **Ordine, cuius ſpecies ſunt**
    - Æqualis, in
      - Vno pulſu, cuius initium & finis, omnesq́; arteriæ partes æqualiter procedunt.
      - Multis pulſationibus, in cuius pulſibus ſingulis ſimilitudo & æquabilitas omnino ſpectatur, in magnitudine, celeritate, cæterisq́; differentijs
      - Horum cauſa eſt fortitudo uirtutis, obedientia inſtrumẽti, neceſſitas non uariata.
    - Inæqualis in
      - Vno pulſu, & uel in
        - Vna eademq́; arteriæ parte: cuius ſpecies ſunt —
          - Diuerſus initio, medio atque fine, aliàs in uehementia, aliàs in magnitudine, aliàs in celeritate, alijsq́; modis. Fit hic à uarietate in debilitate & fortitudine & inſtrumenti inobedientia, uarietate, & in neceſſitate.
          - Intercidens, ſeu interciſus, cuius diſtentio continuitate deſtituta, media quiete intercipitur. Fit à fortitudine uirtutis, neceſſitate aucta, & inſtrumenti duritie.
          - Recurrens ſeu bis feriens, qui fit ſimili cauſa.
        - Diuerſis cum omnibus digitis arteriam æquè tangentibus, aut magnitudo, aut uehementia, aut durities, aut plenitudo non ſimilis apparet, cuius ſpecies ſunt —
          - Serratus, qui pariter cum iam dictis durus exiſtit: fit à putrefactione, maturatione, aut cruditate in uenis contenta.
          - Vibrans, quando manifeſtè magnaq́; cum arteriæ dyaſtole, pars una dextrorſum, altera ſiniſtrorſum, una ſurſum, altera deorſum flectitur, qui fit ab inſtrumenti duritie, ſiue à ſiccitate, ſiue à conſtrictione, ſiue tenſione facta.
          - Conuulſiuus, qui fit à motu uirtutis non naturalis.
          - Vndoſus, qui fit à debilitate uirtutis cum inſtrumenti mollitie.
          - Vermiculans, qui fit à notabili uirtutis debilitate.
          - Formicans, à maxima uirtutis fit debilitate.
      - Multis pulſationibus
        - Æqualiter, eſt qui inæqualitatis æquam paremq́; mutationem retinet & Græcis dicitur μύουρος, Latinis imminutus, & gracileſcens.
        - Inæqualiter, qui nullam inæqualitatis ſimilitudinem retinet.

*Sunt & alij pulſus, nimirum frigidus, calidus, plenus, uacuus, tenuis, groſſus, leuis, grauis. Verum cùm huiuſmodi ad medicum non pertineant, eos omiſimus.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0218-2
DFG

## De dignotione morborum & partium affectarum, ex pulſibus, ex Gal. & alijs.

- Pulſuum differentiæ partium indicant
  - Affectum
    - Primò ac per ſe, uel
      - Calidum
        - Sine humore, qualis eſt ab æſtu, ephemera: ut pulſus
          - Frequens.
          - Celer.
          - Magnus.
          - Aequalis.
          - In hectica uerò aliquantũ durior.
        - Cum humoribus
          - Putridis, qualis eſt in febribus putridis, ut pulſus
            - Frequens.
            - Celer.
            - Magnus.
            - Inæqualis. Nam ſyſtole celerior, quàm dyaſtole.
          - Non putridis, ut plethora, uel ſynocho non putrido:
            - Frequens.
            - Celer.
            - Magnus.
            - Turgidus.
            - Plenus.
            - Vehemens, in robuſtis tantùm.
      - Frigidum
        - Cum humore ſiue putrido ſiue non putrido, ut uiſcido, uiſcoſo, à quibus ſiue arteriæ obſtruantur ſiue comprimantur, pulſus fiunt
          - Rari.
          - Tardi.
          - Parui.
          - Inæquales.
        - Sine humore, & fiunt pulſus
          - Rari.
          - Tardi.
          - Parui.
          - Duri, cum ſiccitate iunctus.
          - Molles, cum humiditate iunctus.
    - Secundariò ac per conſenſum: & uel
      - Phlegmonem in
        - Septo tranſuerſo: pulſus
          - Duriſſimus.
          - Plurimum ſerrans.
          - Vibratus.
          - Conuulſiuus plerunque.
        - Membrana coſtas cingēte, ut in pleuritide: pulſus
          - Minores, quàm in ſepti tranſuerſi phlegmone.
        - Ventriculo, Liene, Veſica, Vtero, Inteſtinis
          - Pulſus adhuc minor quàm in pleuritide.
        - Pulmone, ut in peripneumonia
          - Magnus.
          - Languidus.
          - Mollis.
          - Inæqualis.
          - Vndoſus.
      - Lethargum: pulſus ferè ſimiles peripneumoniæ.
      - Apoplexiam & epilepſiam, præſertim cùm malum inualuit, & facultas opprimitur grauiter: pulſus
        - Languidus.
        - Paruus.
        - Rarus.
        - Tardus.
        - Inæqualis.
        - Celer tandem.
      - Conuulſionem: pulſus
        - Tenſus.
        - Vibratus.
        - Inæqualis, non perinde tamen ualidus & magnus.
      - Paralyſim
        - Paruus.
        - Languidus.
        - Inordinatus nonnihil.
        - Intermittens.
      - Aſciten
        - Paruus.
        - Frequens.
        - Durus.
        - Tenſus.
      - Tympanitem
        - Longus.
        - Celer.
        - Frequens.
        - Subdurus.
      - Anaſarcam
        - Vndoſus.
        - Latus.
        - Mollis.
      - Phrenitidem, &c. vide ſignum ☾
  - Partem affectam. Vide in ſeq. ſignum ⊕

- ☾
  - Phrenitidem
    - Durus & paruus.
    - Celer, ac frequens mirè.
    - Tremulus interdum, aut cum conuulſione intermittens.
  - Anginam
    - Magnus & undoſus.
    - Conuulſiuus aliquantum.
    - Paruus, Tardus, Frequens, Inæqualis — Cùm ſuffocatio impendet.
  - Orthopneam:
    - Inæqualis.
    - Inordinatus.
    - Frequens.
    - Tardus ac deficiens.
    - Languidus tandem.
  - Phtiſim
    - Paruus.
    - Languidus.
    - Celer non admodum.
    - Hecticus.
  - Cæteros uerò morbos, ad horum imitationem, qualem pulſum eſſe deceat, intelligere poſſumus.

⊕ Partem affectam. Pulſus nanque partium
- Carnoſarum, mollis exiſtit.
- Neruoſarum & membranoſarum
  - Durus.
  - Serrans.
  - Vibratus.

¶ Notandum quòd partes cordi propinquæ, aut ei uaſis maioribus coniunctæ, magis ac celerius affectum ſuum cordi impertiunt. Diſtantiores uerò & paruis uaſis copulatæ, minus & tardius.

## Quæ in urinæ inſpectione medico obſeruanda.

Vrina eſt excrementum ſecundæ concoctionis, quæ fit in gibbo hepatis, renibus ſeparatum, & ad ueſicam excretum, humano corpori prorſus inutile.

In urinæ inſpectione, obſeruãda ſunt quædam ex parte ——
- Medici, nempe animaduertat ut
  - Vrina ſit in uaſe conueniente ex
    - Materia, id eſt ex uitro
      - Nullo colore affecto.
      - Non craſſo, ſed ſatis tenui.
    - Quantitate, ut totam urinam, quæ qualibet uice mingitur, contineat.
    - Figura. Non enim admodum amplum eſſe debet, ſed ſtrictum potius & longum ut & multa & pauca urina conſpici poſſit, & in qua uaſis regione ſit ſedimentum.
    - Fundum eius ſit modicè rotundum, ſine prominentia & angulis.
  - Fiat ex alia parte umbra quædam, ut radij colligantur, tanquam in ſpeculo, & contenta melius appareant.
  - Vrina propè ſpectetur, ut eius differentiæ melius ſpectentur, & ne ipſe medicus decipiatur. Habet autem hoc urina proprium, quod propè apparet craſſior, & quod habet corpuſcula quædam circumuolitantia & odorem.
- Vrinæ: uidelicet, ut
  - Vrina non ſtatim cùm micta eſt, inſpiciatur, ſed refrigeſcat. Quoniam calor corporis diuellit, & ſuſpendit partes craſſiores urinæ, ut uideatur ſine ſedimento, & contentis, quæ paulò pòſt diſcedente calore & ſpiritu illo aduentitio, apparent. Præterea ab huiuſcemodi calore, & calor, & ſubſtantia, & liquor immutari poteſt.
  - Vrina non refrigeſcat in aëre nimis frigido, ne lædatur ex urina calor innatus & congeletur: unde obſcuratur urina in liquore, & craſſeſit in ſubſtantia, & non eſt de ipſa, ſicut de aqua, propter partes hæterogeneas in ipſa exiſtentes.
  - Non refrigeſcat in aëre uentoſo. Quoniam uentus permiſcet & agitat urinas, inducit ſpumam, & cõmouet contenta. Qua de cauſa hic introducitur quæſtio illa de urinis, quæ cùm claræ mingantur, perturbantur in aëre frigido, & de alijs, quæ cùm mingantur perturbatæ, clareſcunt: & reſoluitur, Quoniam illæ ſunt eſſentialiter craſſæ, hæc autem ſunt craſſe ex admiſtione.
  - Non reuocetur ad ignem, ſi ipſam corrumpi accidat. Quoniam nũquam calor ignis poteſt proportionari calori innato ipſius urinæ, & ſi in ſole ponatur, reſoluuntur partes tenuiores, unde urina mutatur naturali ſuo ſtatu.
  - Tota urina, quæ una uice fuit excreta, ſimul conſpiciatur, ne, ſi pars abijciatur, partes illæ abijciantur, quæ fortè reſiderent, aut quæ in ſuperficie ſolent apparere.
- Corporis, & ſumuntur uel ab
  - Habitu, à
    - Temperatura, cuius ratione multum etiam uariantur urinæ, nec eædem in omnibus ſunt expectandæ, ut facilè ex principijs rectè cognitis diſcurrenti patebit.
    - Aetate. Nam
      - Puerorum urina craſſior eſt, & turbulentior. Quoniam eorum calor eſt humidior, & multa in ipſis adeſt copia fuliginoſorum excrementorum, unde urinæ craſſæ ac turbidæ fiunt.
      - Iuuenum, coloratior ac tenuior, ratione caliditatis cum ſiccitate adiunctæ.
      - Senum, urina tenuis, & decolorata.
    - Sexu. Nam in muliere, urinæ decoloratiores & magis obſcuræ. Quoniam frigidior humidiorq́; uiro exiſtit.
  - Paſsionibus
    - Intrinſecis
      - Cerebri. Cogitationes enim & triſtitiæ animæ refrigerant corpus, unde fiunt urinæ crudiores, magis decoloratæ, & tenues.
      - Cordis. Iracundia calorem excitat, & quodammodo efferueſcere facit.
      - Hepatis. Appetentia & amor intenſus refrigerant corpus.
    - Extrinſecis, quæ multæ ſunt, immutatur urina, ut ſomnus, regio, tempus, exercitium, ieiunium & huiuſmodi, quæ omnia diligens medicus animaduertat.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0220-2
DFG

## De differentijs urinæ naturalis, & cauſis, ex Gal. & alijs.

- *Vrina uel eſt:*
  - **Naturalis, & uel:**
    - *Optima exquiſitè. Talis autem eſt ſubſtantia mediocri, nec aquæ modò tenuis, nec ut iumentorum craſſa: clara, non turbida, colore ſubflauo. Quantitate media, & heſterno, ſuperiorumq́; dierum potui reſpondens, aut aliquantum parcior, quod potus nonnihil in corpus abſumatur. Hypoſtaſis ſubſidet alba, leuis, æqualis, in acutum faſtigiata. Neq; craſſum quicquam ſubeſt, neque bulla, neque filamentum, neque eorum quicquam, quæ inter mala referentur. Hæc niſi in optima corporis natura animaduertitur, quæ & temperatiſſima eſt, & conſtitutione prorſus media, & uerè quadrata.*
    - *Non optima, ſed mediocris, & per ſanitatem & citra morbum immutata: cuius differentiæ ſumuntur ab accidentibus*
      - **Intrinſecis:**
        - **Complexione:**
          - *Sanguinea, in his conſpicitur urina:*
            - *Ruffa, cum rubedine tendente ad obſcurum.*
            - *In ſubſtantia mediocriter ſpiſſa.*
          - *Cholerica urina:*
            - *Citrina.*
            - *Ruffa.*
            - *Multum colorata.*
            - *Cum ſubſtantia tenui.*
          - *Phlegmatica:*
            - *Alba.*
            - *In ſubſtantia ſpiſſa.*
          - *Melancholica: urina:*
            - *Albedini uicina.*
            - *Cum quadam fuſcoſitate.*
            - *Cum ſubſtantia ſatis tenui.*
        - **Ætate. Nam urina:**
          - *Puerorum:*
            - *Albior.*
            - *Craſſior cum copioſiore ſedimento.*
          - *Iuuenum:*
            - *Citrina ad igneum tendens.*
            - *Cum ſubſtantia mediocri.*
          - *Senum:*
            - *Alba.*
            - *Tenuis.*
            - *Hypoſtaſis pauca.*
        - **Sexu. Nam:**
          - *Virorum magis colorata eſt quàm mulierum, & cùm mouentur turbantur, & eorum turbatio ad ſuperiora aſcendit.*
          - *Mulierum:*
            - *Prægnantium, ad albedinem declinans, clara, in ſuperficie habens nebulam, in medio uerò eius hypoſtaſim ad modum coti carminati, in qua apparent quandoque granula aſcendentia & deſcendentia, quæ cùm mouetur, non conturbatur.*
            - *Non prægnantium:* *Subcitrina, ad albedinem cum turbulentia quadam, & notabili craſſitie declinans.*
      - **Extrinſecis:**
        - **Regione, & aëris conſtitutione:**
          - *Calida: urina:*
            - *Coloratior.*
            - *Magis inflammata.*
          - *Frigida:*
            - *Alba.*
            - *Craſſa.*
            - *Sedimentum multum.*
        - **Anni tempore:**
          - *Æſtate: urina coloratior quàm alijs temporibus.*
          - *Hyeme: urina remiſſior.*
          - *Vere & autumno: urina medio modo ſe habens.*
        - **Genere uitæ:**
          - *Inedia, Ciborum calidorũ eſu, Exercitio nimio, Vigilijs* — *Vrinæ:*
            - *Coloratiores.*
            - *Sedimenta pauca.*
          - *Frigidorum ciborum eſu, Somno multo, Crapula, Ocio, Inertia* — *Vrinæ:*
            - *Albæ.*
            - *Craſſæ.*
            - *Sedimẽta multa atque cruda.*
  - **Non naturalis: ſequitur.**

## De urinarum non naturalium differentijs, cauſis & prognoſticationibus, à ſubſtantia & quantitate ſumptis.

- Differentiæ urinarum non naturalium ſumuntur à
  - Subſtantia, cuius quatuor ſunt differentiæ,
    - Tenuis. Talis urina ſub iis tantùm coloribus inuenitur, qui ad rubrum procedunt, ſub albo, pallido, aureo, croceo, ad rubrum uſque. Nunquam enim cœrulea, liuida aut nigra tenuis apparet. Significat uel
      - Imminutam concoctionem, natiuiq; caloris penuriam ex intemperie ſola, citra humorum uitium.
      - Venarum obſtructionem.
      - Hepatis debilitatem.
      - Immoderatam potationem.
      - Renum uel ureterum obſtructionem à calculo, grumo, pure, uel caruncula, &c.
    - Craſſa, quæ non poteſt eſſe, niſi ob admixtionem alicuius craſſefacientis, ut ſecundum urinam humoris admixti naturam, & quantitatem, uarias ſortietur in craßitudine differētias: & ſignificat uel
      - Concoctionis priuationē ob
      - Caloris oppreßionem ob
        - Crudorum humorum exuperantiam.
    - Clara, ſplendida, ſeu perſpicua, quam uiſus acies facile penetrat, quæ fit à ſpiritu & calore uel
      - Naturali. Talis ſignificat
        - Perfectam & optimam coctionem.
        - Humorum bonitatem.
        - Natiui caloris ſummā ubertatem.
      - Non naturali: ſignificat
        - Cruditatem.
        - Igneum calorem, qualis eſt in febribus.
    - Turbida ſeu obſcura, per cuius mediū non uidemus, quæ fit à paucitate ſpirituum, & caloris innati, & ſemper pro ratione caloris, & ſpiritus uel magis, uel minus lucida urina fiet. Hæc ſignificat uel
      - Affectum
        - Veſicæ
        - Renum
          - In quibus uel humoris eſt copia, uel ulcus, è quo cruor uel ſanies, pus, aut mucus.
      - Craſſorum humorum copiam in uenis, quos difficilè coquit calor innatus.
      - Morbos diuturnos & contumaces.
      - Capitis dolorem.
      - Veternum
      - Lethargum
        - Maximè ſi diutius perſeueret.
  - Accidentibus intrinſecis: uidelicet
    - Quantitate
      - Pauca. Talis indicat uel
        - Cibi & potus paucitatem.
        - Euacuationem immodicā, ſiue per egeſtionem, ſiue per ſudorē, &c.
        - Renum uel ureterum, uel ueſicæ obſtructionem, à calculo, grumo, pure, uel tuberculo.
        - Retentionem aquoſitatis in loco aliquo, ut in hydrope.
        - Ingentem caliditatem, humiditatem abſumentem, ut in febribus.
        - Caloris & uirtutis mortificationem, ut in morti proximis.
        - Nimiam frigiditatem paralyticantem ueſicam, ut in ſtranguria.
        - Inflammationem
          - Ani
          - Colli ueſicæ
          - Vreteri
            - Coarctantem ueſicæ collum.
        - Humorum cruditatem & compacitatem, qui difficulter ſecernuntur & permeant.
        - Mutationem potus in nutrimentum, quod extenuatis, & ex morbo conualeſcentibus frequens eſſe ſolet.
      - Multa: indicat uel
        - Aſſumptionem cibi multi & potus.
        - Ingentis aquæ copiam, quodam in loco tandiu coërcitæ, eruptionem, ab hydrope, uel multa cruditate prouenientem.
        - Repletionem multorum humorum in uenis.
        - Criſim, per uiam illam.
        - Humorum liquefactionem, ut in febribus incenſiuis, & principio hecticæ, & tunc apparet urina unctuoſa.
        - Nimiam renum caliditatem, aquoſitatem ad ſe attrahentem ab hepate, antequam digeſtio fiat in eo, ut eſt in diabetica paßione, & tūc urina eſt ualdè multa, aquoſa, tenuis, ut in crapula.
        - Medicamentorum diureticorum aſſumptionem, uel uini aquoſi, &c.
        - Paruitatem expulſionis aliarum ſuperfluitatum, uel propter ſudorem, uel egeſtionem.
    - Qualitate, ſequitur ſign. ☿
    - Contentis. Vide ſignum ♂

## De differentijs urinarum non naturalium, cauſis, & prognoſticationibus à qualitate ſumptis.

♉ Qualitas urinæ ſumitur à

- Colore, & uel
  - Extremis coloribus, quorum ſunt duo
    - Albus, qui aquæ, niui aut cryſtallo aſſimilatur: atque duplex eſt,
      - Priuatiuus, id eſt ſine admixtione alicuius ſubſtantiæ. Talis indicat uel
        - Diminutam caliditatem uel per
          - Reſolutionem: cuius ſigna ſunt
            - Plurimus calor præcedens.
            - Plurimæ uigiliæ.
            - Plurimum ieiunium.
            - Maxima aliqua euacuatio, præſertim ſi corpus reſolubile ſit.
            - Syncope, &c.
          - Suffocationẽ ab
            - Extrinſeco, ut
              - Crapula nimia.
              - Ebrietate.
              - Victu copioſo præcedente.
              - Exercitio pauco.
            - Intrinſeco ut
              - Humoribus. Hinc eſt, quòd in omnibus ægritudinibus præcedẽtibus ab humoribus, antequam appareat concoctio, quia quodammodo ſuffocatur calor à materia, urinæ fiunt albæ & tenues, & prout concoquitur materia, & inualeſcit calor, urinæ uariantur.
        - Obſtructionem ſummam iecoris & renum. Nam propter uiarũ obſtructionem non poteſt colari, niſi pura ſeroſitas: materia uerò tingens ipſam urinam, non poteſt tranſire, propter ſui craſſitiem.
      - Poſitiuus, id eſt cum ſubſtantiæ alicuius miſtione. Huiuſmodi ſignificat uel
        - Pituitæ dominium, & huiuſmodi urina alba pe[r]rat, & ſine fœtore eſt.
        - Pus, atque talis urina fœtida eſt, & ſi dimittetur aliquantiſper, pus reſidebit in fundo, & remanebit urina à pure diſtincta alba, ut aqua.
        - Semen, & cognoſcitur præter reliqua, à gonorrhæa præcedente.
        - Partem aliquam colliquatam. Omnes enim corporis particulæ cùm ſint albæ, non erit mirum ſi urinam albam efficiunt: & hoc diſcernitur ex fœtore, & eo, quia reſidebit in fundo pars colliquata: & cognoſcitur facilè, an ſit ex colliquatione totius, an renum, ex febre ardẽte colliquatiua, & ex alijs ſignis tum huius, tum illius cauſæ.
    - Niger, qui aſſimilatur aquæ atramento commiſtæ. Fit etiam hic calor cum alicuius ſubſtantiæ permiſtione, uel ab
      - Extrinſeco aliquo, ut cibo: aut ſicut dicit Auicenna, ſi quis tingatur extrinſecus, & oblinatur fructu Alkane, quod eſt liguſtrum, florem ferens album, fructum nigrum.
      - Intrinſeco aliquo humore nigro
        - Fæce ſanguinis, quæ eſt humor melancholicus naturalis.
        - Flaua bile aduſta.
        - Sanguine nigrefacto à
          - Caliditate, ut contingit in carbunculo, quod cognoſcitur ex febribus, & morbis, & alijs cauſis calidioribus præcedentibus.
          - Frigiditate, ut contingit in liuore cutis, & gangrænis, & diſtinguitur ex eo, quòd præceſſerit caſus percuſſionis & huiuſmodi, unde ſanguis ſit extra uenas atrior factus, & cum urinâ excretus.
  - Medijs, Vide ſign. *
- Odore
  - Nullo. Cùm urina naturalis debeat habere aliquid bilis admiſtum, & per conſequens bilis acrimoniam, indicabit talis urina
    - Maximam frigiditatem.
    - Concoctionis diminutionem. Vnde alba talis ſolet eſſe urina, & tenuis & obſcura: quia in ipſa deficit actio debita caloris naturalis.
  - Aliquo
    - Bono, uidelicet urinæ conueniente, indicat cibum bene concoctum.
    - Malo ſiue fœtido, qui prouenit uel à
      - Membro putrefacto, per quod pertranſit urina, quod cognoſcitur ex dolore & alijs ſignis.
      - Putrefactis humoribus, unde in maximis putrefactionibus, ut in febribus peſtilentialibus urinæ & excremẽta fœtidiſſima redduntur: & hæc ſemper intellige, niſi ab extrinſeco contingat.

- ✱ *Medij colores fiunt ex miſtione humoris alicuius, & uel*
  - *Pituitæ, uel puris, uel ſeminis, &c. & ſecundum uariam qualitatē & quantitatem humoris admiſti, ſitq́; color urinæ uel*
    - *Niueus, qualis nix, & hic rarò admodum uel etiam nūquam apparet.* / *Cryſtallinus.* / *Aqueus.* — *Hi ſummam cruditatem indicant.*
    - *Lacteus, lacti ſimilis, qui etiam ipſe rarò uidetur.* / *Glaucus, qui cornu albo, lucido, uel corneæ tunicæ oculorum huic cornu cōparatæ. Hic frequenter apparet, et fit à pituita non bene concocta.* / *Charopus, qui cinericio colori aſsimilatur* — *A ſummo albo non multum recedunt.*
    - *Oleagineus, propter admiſtionem pituitæ ſubuirentis, non concoctæ, qualis frequenter uidetur emuncta.*
    - *Liuidus: talis urina fit, quando pituita ad ultimum gradum aduſtionis deuenit.*
  - *Flauæ bilis, quaſi quis crocum cum aqua miſcuerit, & hinc uariæ colorum differentiæ oriuntur: uidelicet,*
    - *Subpallidus, qui iuri carnium ſemicoctarum ſimilis exiſtit.*
    - *Pallidus: hic colori paleæ frumenti, ex qua extrahitur de nouo granum, aſsimilatur.*
    - *Subruffus, hunc ſequitur.*
    - *Ruffus, qui ualdè citrinus eſt, tendens ad aliqualem albedinem, cuiuſmodi eſt color ceraſi dulcis & maturi.*
    - *Subflauus: floribus cartami ſimilis.*
    - *Flauus, colori caſtanearum benè maturarum, & à corticibus ſuis mundatarum, ſimilis eſt.*
    - *Rubeus.*
    - *Purpureus.*
    - *Violaceus, aut iridis, tendens ad quandam nigredinem, & fit ex admiſtione bilis aduſtæ.*
    - *Praſsineus: fit ex magis aduſta.*
    - *Aeruginoſus, qui ærugini æris aſsimilatur.*
    - *Cyaneus, uel iſatidis.*
    - *Niger, ex bile torrefacta nigra reddita.*
  - *Atræ bilis, à qua oritur color uel*
    - *Glaucus.*
    - *Charopus.*
    - *Cœruleus.*
    - *Liuidus.*
    - *Cyaneus.*
    - *Niger.*
  - *Sanguinis, & fit color*
    - *Loturæ carnis ſimilis.*
    - *Sanguinis.*

### ANNOTATIO.

¶ *In coloribus urinarum ſemper obſeruandum erit, an in melius, an in deterius proceſſus indies fiat. Hinc enim cognoſcitur actio naturæ.*

## De differentijs urinarum, cauſis & prognoſticationibus à contentis ſumptis.

*Contentum in urina eſt corpus aliquod extrinſecum (extrinſecum dico, quod non eſt de ſubſtantia ipſius) excrementum terreum ſuperadditum aquoſitati urinæ, generatum per ſublimationem à calore moderato, uel immoderato.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0224-5

- ♂ Contẽtorum alia occupant
  - Locum determinatũ, et uel in
    - Extima ſuperficie, & ſunt tria genera,
      - Spuma, quæ nihil aliud eſt, quàm extenſio humidi uiſcoſi cum ſpiritu craſſo miſti, facta à calore & motu. Hæc ſemper indicat materiã uiſcoſam cõcoquendã in uenis, eſſe agitatã à calore & motu: quæ ſi fuerint in
        - Vrina alba, ſine fœtore, & ſine hypoſtaſi mala, indicat materiam crudam & pituitoſam in uenis. Eſt quoq; plerunq; maximum ſignum catharri deſcendentis à capite per uenas. Nam ſi deſcendat per aſperam arteriam, aut per gulam, aut per neruos, non eſt neceſſe ut ſpuma in urina appareat.
        - Vrina, quæ talis non eſt, & uel in corporibus —
          - Sanis. Indicat materiam uiſcoſam eſſe aggreſſam à calore naturali. Qua de cauſa, recta ac debita uictus ratione utendum erit, ne aggregentur materiæ, & caloris actiones non impediantur.
          - Ægris
            - In principio morbi, malum eſt ſignum. Quoniam multam materiam concoquendam indicat, & à calore præternaturam agitari. Vnde indicium ſumitur, uel ægritudinem fore pernicioſam, uel longam & difficilem, maximè ſi appareat cum alijs malis ſignis, & præterea cum debili uirtute. Spuma enim tunc tantùm abeſt, ut detendat, ut etiam augeat malitiam.
            - Poſt principium, et uel cum ſignis —
              - Bonis: indicat calorem naturalem incœpiſſe penetrare materiam.
              - Malis, colore & contentis: indicat calorem non naturalem agitare materiam, & cùm non ſit potens ipſam reſoluere, mouet tantum, unde excitat flatũ, & ſpumam generat. Quòd ſi uirtus fuerit fortis, periculum quidem indicat, tamen cum ſpe aliqua. Si uerò debilis fuerit uirtus, periculum maximum denotat.
      - Pinguedines
        - Congelatæ, quaſi guttæ ceræ colliquatæ, ut etiam manu tolli poſſit. Indicat pinguedinis & adipis ſiccioris colliquationem. Igneus enim calor non tantùm adurit partes leuiores, ſed profundiores etiam attingit: & parum abeſt, quin ad ſolidarum etiam partium conſumptionem deueniat. Indicat itaque uel principium hecticæ, ſi febris adſit, uel magnam renum colliquationem.
        - Sicut guttæ quædã olei, tanquã oculi. Indicat calorem igneũ in materiam agere adurendo & ſuperaſſando. Indicat autem uel colliquationẽ in
          - Renibus, ſi febris non adſit.
          - Toto corpore cum febre.
        - Sicut telæ araneæ, quemadmodum in leguminibus & pingui iure apparere ſolet. Indicat bonam fieri concoctionem à calore naturali, qui non uiolenter extrahit pingue utile pro ſublimatione ſanguinis, unde excrementa aliquid etiam eius utilis obtinent, modò uerum ſit, quod ſemper proportione reſpondeant rei, à qua excernuntur.
      - Circulus uel corona, eſt quoddam urinæ ſuperficiẽ ambiens, generatum ex humido natiuo, colliquato à calore igneo, unde ex toto genere præternaturã eſt. Indicat autem calorem igneum, colliquantem humidum natiuum, qui quidem admodum malignus eſt, & intenſus, ut in febribus ardentibus & colliquatiuis. Huiuſmodi autem circulus uariatur uel in
        - Quantitate
          - Magna, lata, profunda & uel in corpore
            - Pingui, minus malum ſignificat.
            - Macro, maximam indicat colliquationem.
          - Pauca, anguſta, minorem indicat conſumptionem, præſertim in corpore carnoſo & pingui.
        - Qualitate & uel
          - Calore. Nam circulus
            - Subnigricans: indicat calorem igneum aſſare & adurere humores.
            - Viridis: non extremam indicat aſſationem.
          - Odore: fœtor enim certiſſimum putredinis indicium eſt.
        - Spumoſitate, & uel cum ſignis—
          - Bonis, in colore, ſubſtantia, & cæteris conditionibus, & cum ægri uirtute robuſta, humidum quidem natiuum colliquari indicat, ſed ſpuma detrahit malitiam huiuſcemodi colliquationis. Significat enim quòd calor naturalis, aliquid hoc in loco facit, & quòd aliquam materiam ad concoctionem præparat, unde tumefit & ſpumoſa redditur: admiſcetur autem coronæ: quoniam materia eſt admodum admiſta cum ſubſtantia colliquata.
          - Malis, in quantitate, qualitate, contentis, cum mala morbi tolerantia. Talis nanq; indicat perfectam malitiam colliquationis. Indicat enim calorem eſſe diminutum, in quantitate, non in malitia: & ratio eſt, quia diminutus eſt calor innatus, ſuper quo fundatur calor igneus in ſubiectum, colliquando. Verùm cùm non poſſit aſſare, ſicut prius, in hac debilitate adurendi facit huiuſmodi ampullas, quæ non ſunt albæ, ſed uirides, aut nigræ, & tunc præter quàm quod indicat ægritudinem ſæuiſſimam, indicat etiam deſperatum omnino eſſe corpus, & calorem naturalem penè extinctum.
    - Corpore urinæ ſequitur. ⚘
  - Nullum certum locum. Vide inferius, ſign. #

ANNOTATIO.

¶Notandum quòd in ultima tabe non apparet huiuſmodi corona, quia tunc humidum natiuum, cùm iam ſit ferè totum abſumptum & colliquatum, paucum admodum eſt, ideo non apparet in urina.

* Contenta in corpore urinæ certum locum occupantia: uel occupãt locum —
  - Supremum / Medium. — In his conſpicitur quoq; { Subſtantia, Quantitas, Qualitas } Non aliter quàm in ſedimentis, niſi quòd ſuſpenſum & nubes alba, leuis & æqualis minus bona ſint, quàm ſedimentum album, leue & æquale.
  - Infimum, et ſedimẽta dicuntur. Huiuſmodi autem uariãtur uel à
    - Subſtantia
      - Aliena
        - Pure: inueteratum ac ſordidum ulcus indicat.
        - Caruncula: exulceratos renes demonſtrat.
        - Calculo uel arenulis: calorem igneum uel in renibus, uel in ueſica oſtendit.
        - Sanguine, puro, uel in grumum cõcreto: indicat uel —
          - Affectum inſtrumentorũ urinæ deſeruientium, id eſt
            - Renum
              - Continui ſolutionem
                - Vlcus.
                - Vaſis in ipſis exiſtentis —
                  - Diſruptionem, quã ſequitur multi ſanguinis euacuatio, facta uel ob
                    - Humoris multitudinem, craßitudinem, acrimoniam.
                    - Saltum uehementiorem, ictũ uel graue onus, & huiuſmodi.
                  - Apertionẽ, unde paulatim & tenuior percolatur ſanguis, præſertim cùm parua eſt apertio.
              - Imbecillitatem, urinam ſubinde excernere nequeuntium, & hic ſanguis ſerosus admodum eſt.
            - Veſicæ, cùm uenæ ipſius extenſæ ſunt, ut contingit in ulceribus ueſicæ, quando pertinacius depaſcuntur, ſed in hoc ſigna ulceris præcedunt.
            - Vreterum. Exulcerantur autem magna ex parte his, qui in renibus lapidem habent, præſertim acutum, aſperum.
            - Penis, ab eadem cauſa exulcerari poteſt.
          - Amplitudinem oſculorum ex uena caua, urinam ad renes excolantium. Cùm enim ampliores & patentiores meatus fuerint, quiddam etiam ex ſanguine uenæ mittunt, aliaq; iidem cauſa cognoſcitur, hac præcipuè, quòd mittitur ſanguis ſine dolore aliquo.
          - Sanguinem in uenis non eſſe rectè elaboratum, & naturam in concoctione deficere.
        - Capillis: calorem igneum, adurentem, in uenis indicant.
        - Furfure et ſquãmis, indicant uel —
          - Veſicam ſcabie laborare, quando uenæ nullum affectum habent, & tales non habent urinam tenuem, ſed mediocris conſiſtentiæ, quam Hipp. 4. Aphoriſ. 77. appellauit craſſam, inquiens: Quibus in urina craſſa furfurea quædam ſimul exeunt, his ueſica ſcabie laborat.
          - Affectum in uenis, & uel
            - Tunicæ earum, ſicuti ueſicæ. Quemadmodum enim cutis ſuperficies, quam cutem ſuperiorem nominant, in ſcabie, lepra atq; lichinibus tenue quid abijcit, quale quòd ſerpentum ſenectus nominatur, ſic ubi in partibus interioribus ea, quæ eſt ueluti cutis, tale aliquid patitur, furfurei cortices unà cum urina emittuntur.
            - Sanguinis, qui in uenis ipſis continetur, à febre ardente perurritur, aptior autem ad hoc eſt, quicunq; humor craßior in eis exiſtit, & magis, qui ueluti fæx ſanguinis eſt, quam humorem melancholicum dicimus, & tales habent urinas tenues. Nam cùm urina eſt tenuis, non ſecundum naturam ſe habet, & habent contenta à ſuperioribus, diſtinguuntur colore, illa enim candida, hæc rubra eſſe ſolent.
      - Non aliena, ſed ipſius ſubſtantia, uel
        - Tenui { Cruditatem — / Concoctionis initium } Oſtendit.
        - Craſſa fit uel à { Crudioris materiæ copia, quam innatus calor euincere non poteſt. / Criſi, diuturnorum morborum. }
        - Mediocri: bonam indicat concoctionem.
    - Quantitate
      - Multa, quæ uel ob ſuppreßionem
        - Conſueti ſudoris.
        - Alui deiectionis.
        - Alterius naturalis euacuationis.
      - Pauca: propter
        - Vigilias.
        - Inædiam.
        - Exercitationem immodicam.
    - Qualitate
      - Figura
        - Leui — / Æquali } Bonam indicat concoctionem.
        - Aſpera / Inæquali } Malam concoctionem oſtendit.
      - Colore
        - Albo.
        - Suppallido / Pallido / Rubro — } Bilem in uenis abundare indicat, aut ſanguinẽ uehementi incendio corrumpi.
        - Liuido / Nigro } Vitalis caloris extinctionem, uel corruptum ſanguinem, atrum'ue humorem ſignificat.

- ⌗ Contenta nullum certum locum occupantia, ſed per totum urinæ corpus diſperſa, uel
  - Semper perſeuerant, & urina, ut turbida mingitur, talis etiam permanet. Indicat non eſſe perfectam ſublimationem, ſed actionem fieri in materiam craſſam & denſam, & permiſceri humores. Quòd ſi huiuſmodi urina appareat,
    - In morbi principio peßimum eſt ſignum, tamen indicat multitudinem humoris putreſcentis exagitari à calore igneo, tendente ad corruptionem, & non poteſt eſſe à calore naturali, qui ſemper ordinatè procedit, nunquam in principio aggreditur materiam. Quòd ſi hæc urina ſit cum pulſu debili, ætate ſenili, tempore hyemis, uirtute non conſtante, lætalis erit ægritudo. Si autem ætas ſit iuuenilis, & uirtus conſtans, & alia benè atteſtentur, longa quidem erit ægritudo, & non periculoſa, non tamen deſperata.
    - Poſt principium, ut an urina clara apparuerit, nunc perturbata incipiat apparere, ut cognoſcamus, an talis ægritudo, quæ perturbationem iſtam facit, ſit à calore naturali, an ab igneo, oportet conſtantiam uirtutis & reliqua attendere: quæ ſi bona ſint, cum bonis ſignis, indicat uirtutem ualidam agere in morbum, & iam adeſſe propè ſtatum. At ſi huiuſmodi urinæ ſint cum alijs malis ſignis, indicat quòd putredo augeatur, & quòd calor igneus putredinalis incipiat humores uehementius exagitare, & dominare ſuper ipſos, & hoc ſæpe uidetur in febribus peſtilentialibus.
  - Cùm mingitur, perturbata eſt, ſed paulò pòſt reſidet. Hæc bonam habet ſemper ſignificationem. Indicat enim, quòd in uenis bona inceperit fieri concoctio, & quod concoquitur, habet iam aliquam formam, licet imperfectam: ſed dum calor feruet in uenis, partes aliquæ terreſtres ipſi admiſcentur, quæ adhuc ab ipſo calore non ſunt perfectè ſeparatæ.
  - Clara quidem mingitur, ſed paulò pòſt perturbatio contingit, quæ ſi eſt in corpore
    - Sano, indicat ſanitatem culpatā. Quia calor ſubintrauit materiam aliquam crudam, quæ eſt intra uenas, & ipſam pellucidam fecit, rarefaciendo partes ipſius, qui calor & ſpiritus, ubi exhalat, ab aëre extrinſeco refrigerata, urina redit ad propriam naturam, & perturbatur. Hi admonendi ſunt, ne plures cruditates colligant.
    - Ægro
      - In principio, malum indicat: quia agitatio fit à calore igneo.
      - Poſt principium cum ſignis
        - Bonis: indicat futuram concoctionem.
        - Malis: calorem igneum augeri oſtendit.

*Quartæ & ultimæ partis Theoricæ finis.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0228-8
DFG

# PRACTI-
# CÆ TRES
## PARTES.

ΔΙΑΙΤΗΤΙΚΗ. I
ΦΑΡΜΑΚΕΥΤΙΚΗ. II
ΧΕΙΡΟΥΡΓΙΚΗ. III

T

# ΘΕΡΑΠΕΥΤΙΚΗ

## De morborum curationibus, ac indicationibus, ex Gal. de Methodo medendi & arte curatiua ad Glauconem.

*Practica eſt, quæ in morborum curatione uerſatur. Curatio autem morborũ omniũ triplex eſt:*

- *Empirica: imperfecta eſt, & experientia perficitur.*
- *Methodica: impoßibilis eſt, & manca, & perficitur communitatibus.*
- *Rationalis: perfecta eſt, & ſuam curationem ex indicationibus, ex rei natura ſumptis abſoluit. Huius autẽ indicationes tres ſunt ſimplices: quarum*
  - *Prima, quid agendum ſit, inſinuat, & ſumitur ab accidentibus*
    - *Secundum naturam*
      - *Intrinſecis, uidelicet*
        - *Sanitate, id eſt affectu ſecundũ naturam, ad efficiendum actionem, idoneo.*
        - *Cauſis ſanitatis.*
        - *Effectibus ſanitatis, id eſt actionibus, quæ ſecundum naturam ſunt.*
        - *Viribus, id eſt natura, quæ præſens eſt, & aduerſus morbum certat.*
        - *Temperatura.*
      - *Extrinſecis: uidelicet conſuetudine, quæ uelut altera eſt natura.*
      - → *Hæc omnia conſeruationem per ſimilia ſui indicant.*
    - *Præter naturam: nimirum*
      - *Morbo, id eſt affectu præter naturam primò ac per ſe actionem lædente: & curatione*
      - *Morbi cauſa: quæ non primò ac per ſe, ſed per accidens, ac ſecundò (morbo uidelicet interueniente) actionem lædit: & præcautione*
      - *Symptomate, ſpecialim ſumpto, id eſt accidenti, quod morbum, ueluti umbra corpus ſequitur: & præcautione, ſi urget*
      - → *Sui ablationem indicat.*
  - *Secunda, an id, quod prima docuit, ſperãdum ſit nec ne, ſumitur à re*
    - *Secundum naturã: an ſcilicet*
      - *Sanitatis reuocatio ſperanda ſit, id qđ deprehenditur ex*
        - *Subſtantia tam partis affectæ, quàm uniuerſi corporis: & ſumitur uel à*
          - *Miſtione, in calido, frigido, humido, ſicco, uitiata*
            - *Aequaliter: hæc inſinuat id non poſſe præſtari, quò tendimus.*
            - *Inæqualiter: inſinuat id poſſe præſtari, quò tendimus.*
          - *Conſiſtentia*
            - *Solida, quæ ſi inſigniter læſa eſt, non poteſt ſanitas reſtitui, nec ſperari.*
            - *Carnoſa, Spiritali: Inſinuat id poſſe præſtari, quod prima poſtulat indicatio.*
        - *Actione tũ partis, tum reliqui corporis uniuerſi*
          - *Per quam uitã habemus, Sine qua uitam habemus: Inſinuat, ſi perierit præſtari non poſſe, quò tendimus.*
          - *Per quàm meliorem habemus uitam. Per quam uita conſeruatur.: Inſinuat, ſi perierit, aliquo modo præſtari poſſe, quò tendimus, ſed tamen noxam ſucceſſu temporis maiorem futuram: ut adempti teſtes, uitam non tollunt, ſed deteriorem reddunt.*
        - *Vſu & officio partis: & uel ad uitam*
          - *Neceſſaria: inſinuat, ſi perierit, præſtari non poſſe. id quò tendimus.*
          - *Non neceſſaria: inſinuat, ſi perierit, præſtari poſſe id, quò tendimus.*
        - *Situ partis, ad quam ſi remedia pertingere*
          - *Poſſunt. Poſſe*
          - *Non poſſunt, non poſſe*
          - → *Obtineri, quod prima indicatio poſtulat, inſinuat.*
      - *Vires ad uitam neceſſariæ ſeruari poßint.*
      - *Cauſæ ſanitatis conſeruari poßint.*
      - *Effectus, &c.*
    - *Præter naturam: uidelicet an*
      - *Morbi aut ſymptomatis expulſio, ſperari poßit: indicat*
        - *Species, Magnitudo, Mos, Diuturnitas, Nouitas* → *Morbi.*
        - *Vis ægrotantis.*
      - *Cauſis poßimus præcauere.*
  - *Tertia (quæ remedia inuenit quibus aſſequi poſſumus id, quod prima indicatio poſtulat, & ſecunda fieri poſſe ſperat) nobis inſinuat*
    - *Auxilia oportuna, ſeu inſtrumenta, quibus morbus abigi & ſanari poſſit, num uidelicet*
      - *Victu, Medicamentis, Chirurgia* → *Indicat*
        - *Cauſa morbi præſens.*
        - *Species, Magnitudo, Tempus* → *Morb*
        - *Situs partis, &c.*
    - *Vſum remediorum conuenientium, qui habetur ex eorum*
      - *Qualitate, Quantitate, Vtendi modo, Occaſione* → *De quibus in prima & ſecunda practicæ parte.*

# ΔΙΑΙΤΗΤΙΚΗ.

## *Prima pars Practicæ, quæ uictus ratione morbis mederi docet.*

### De uictus ratione in morbis acutis, ex Hipp. & Gal. primo Aphoriſ.

- *Victus*
  - *Tenuis*
    - *Simpliciter, qui per pauca uel parũ fit nutrictia, ut eſt ptiſanæ ſuccus, & ex halica ſorbitio. Huiuſmodi autem uictus illis morbis conuenit, qui die quartadecima ſunt iudicandi.*
    - *Exquiſitè, qui per modicam fit ptiſanæ portionem: & iis conuenit affectibus, quorum iudicium ſeptimo expectatur die.*
  - *Tenuiſſimus*
    - *Simpliciter: qui fit per mulſam, tum aquam: illisq; conuenit morbis, quorum iudicatio quarta die expectatur, ubi ſcilicet aliqua uirium eſt imbecillitas.*
    - *Extremè: qui per ſolam ínediam abſoluitur, uidelicet, ubi uirium robur firmiſſimum eſt.*
  - *Talis*
    - *Cõuenit in acutis ſimpliciter morbis, iis uidelicet qui quarta, ſeptima et decimaquarta die iudicãtur.*
    - *Non conuenit in acutis non exquiſitè, ut in his qui uiginti dies attingũt, uel etiam poſterius in ſuo uigore conſiſtere debent. Ideò optimè Hipp. dixit: Vbi igitur morbus peracutus eſt, ſtatim & extremos habet labores, & extremè tenuiſſimo uictu utendũ eſt. Vbi uerò non, ſed pleniorẽ uictum contigit adhibere: tantum cibi indulgendum eſt, quantum morbus extremis eſt mollior.*

### De uictus ratione, ſecundum qualitatem, quantitatem & utendi modum, ex Hipp. Gal. 1. Aphoriſ.

- *In adminiſtratione uictus tria obſeruãda ueniũt, uidelicet*
  - *Qualitas: hæc ſumitur ab accidentibus*
    - *Præter naturam*
      - *Morbo*
      - *Cauſa morbi*
      - → *His uictus qualitate contrarius exhibendus.*
    - *Secundum naturam*
      - *Intrinſecis*
        - *Temperatura*
        - *Ætate*
      - *Extrinſecis*
        - *Conſuetudine*
        - *Regione*
        - *Anni tempore, &c.*
      - → *His uictus temperaturæ ſimilis offerendus.*
  - *Quantitas ciborum ſumitur ab*
    - *Actionibus ſeu uiribus. Nam ſi fuerint*
      - *Robuſtæ: tenuior*
      - *Imbecilles: plenior*
      - → *Victus adminiſtrãdus erit. Vnde Hipp. cõiectari autẽ oportet, an æger cum uictu ſufficiat perdurare donec morbus cõſiſtat, et nũquid prius ille deficiat, nec poſſit, &c.*
    - *Affectionibus ſeu accidẽtibus*
      - *Præter naturam, uidelicet morbi*
        - *Conſtitutione. Nã ſi morbus fuerit*
          - *Longus: uictus plenior conuenit exhibitus, ut uires ad morbi uſq; ſtatum conſeruentur. Nam Hipp. inquit: Victus tenuis atq; exquiſitus, in paſſionibus quidẽ longis ſemper: in acutis uerò, in quibus non cõuenit, periculoſus. Et rurſus, qui ad extremum deuenit tenuitatis, grauis eſt. Nam & repletiones, quæ ad extremum deueniunt, graues ſunt.*
          - *Breuis ſeu acutus. Hi uictus indigent tenui, uel tenuiſſimo. Vnde Hipp. Vbi igitur morbus peracutus eſt, ſtatim & extremos habet labores, & extremè tenuiſſimo uictu utendum eſt. Vbi uerò non, ſed pleniorem uictum contingit adhibere: tantum cibi indulgendum eſt, quantũ morbus extremis eſt mollior.*
        - *Temporibus*
          - *Vniuerſalibus*
            - *Principio, in quo utendũ aliquando uictu*
              - *Tenui, præſertim ſi morbus celeriter ad uigorem ſuum perueniat.*
              - *Pleniori, cùm morbus pedetentim procedat, adeò ut diuturnus uocari poſſit. Nam niſi per initia cibetur, æger, aut unà cum morbo necabitur, aut intempeſtiuè uictus ratio mutanda ueniet.*
            - *Augmento: uictus minui debet: quoniam quantò magis augetur morbus, tantò minus calor innatus alimento impediri debet.*
            - *Statu. Victum omnino tenuiſſimum eſſe conuenit: præſertim ubi acrior fuerit morbus, & iudicium propinquius, niſi fortè ſit, quod prohibet. Vnde Hipp. Quando morbus in ſuo uigore eſt, tunc uictu tenuiſſimo utendum.*
            - *Declinatione. Victus eſt augẽdus, tum quia innatus calor iam omnem ſuperauit morbum, tum etiam quia uires indigent robore, & corpus nutriri cupit.*
          - *Particularibus, febrium*
            - *Intermittentium*
              - *Principio*
              - *Augmento*
              - *Statu*
              - *Declinatione*
              - → *A cibo abſtinere oportet, nec ægros eſſe prius licet, quàm paroxiſmus totus remittatur.*
            - *Continuarum*
              - *Principio*
              - *Augmento*
              - *Statu*
              - → *Nihil penitus alimenti præbendum eſt.*
              - *Declinatione. Cibandi ſunt ægri. Quippe cùm morbus continuè affligat, & corpus nutriri debeat, eo tempore id ſarciendum, quo minus natura laborat.*
      - *Secũdum naturam*
        - *Intrinſecis: uidelicet ætate. Nã*
          - *Pueris, uictus*
          - *Adoleſcentibus, minus*
          - *Conſiſtentibus, adhuc minus*
          - → *Vberior conuenit. Vnde Hipp. Senes facillimè ieiunium ferunt: ſecundo loco qui ætatem conſiſtentem habent, minus adoleſcẽtes: omnium minimè pueri, &c. Et cauſam affert Aphoriſ. ſequent. ubi dicit. Qui creſcunt plurimum habent calidi innati, &c.*
          - *Senibus, minimus conuenit uictus.*
        - *Extrinſecis: uidelicet*
          - *Anni tempore. Nam*
            - *Hyeme & ueris initio copioſior uictus dandus.*
            - *Æſtate & ueris fine, paucior.*
            - *Autumno mediocris.*
            - → *Hipp. Ventres hyeme & Vere natura calidiſſimi ſunt, & ſomni longiſſimi: quare per ea tempora alimenta copioſiora exhibenda. Et enim tunc calor innatus copioſior, &c.*
          - *Regione, &c. Victus ut in anni temporibus.*
  - *Vtendi modus: ut ſequitur.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0231-3
DFG

- *Vtendi modus, in quo conſideratur, an rarò uel ſæpius cibus ſit exhibẽdus: ſumitur autem ab*
  - *Actionibus, ſeu uiribus*
    - *Robuſtis: & uel cum humorum*
      - *Abundantia. His rarò & paucum afferendum. Nam etſi eum, qui cibum debet conficere, robuſtum habeamus: quia tamen morbi diſpoſitio multis non indiget, rationabile eſt, ut pauca adminiſtrentur.*
      - *Defectu, uel corruptione. His ſæpius & multus cibus afferendus. Quia multos exigente diſpoſitione, & natura robuſta potente illos ſuperare. Si uerò acceßiones non permiſerint, neque multas alimenti offerendi occaſiones præſtiterint, rarò plura exhibebimus.*
    - *Debilibus: & uel cum humorum*
      - *Abundantia. Rarò & paucum cibi afferendum.*
      - *Defectu uel corruptione. Parum & ſæpius alimentum afferẽdum. Parum quidem, quia uirium imbecillitas non poteſt totam ſimul multitudinem alimenti ſuſtinere. Sæpius autem, quoniam multis indiget diſpoſitio. Defectus ſiquidem exigit adiectionem, corruptio uerò contemperamentum.*
  - *Accidentibus*
    - *Intrinſecis*
      - *Secundum naturam, uidelicet ætate. Nam*
        - *Pueris ſæpius & multa danda.*
        - *Adoleſcentibus, multa & ex longo interuallo alimenta danda ſunt.*
        - *Conſiſtentibus rarò & mediocria alimenta offerenda.*
        - *Senibus, pauca & ſæpius danda.*
      - *Præter naturam: uidelicet Acceßionibus: nihil dare oportet, neque in ipſis acceßionibus, neq; multò pòſt futuris. Nam inquit Hipp. His qui per circuitus acceßiones habẽt, nihil dare oportet, neque cogere, ſed ſubtrahere adiectioni ante indicationes.*
    - *Extrinſecis*
      - *Anni tempore*
        - *Æſtiuo. Sæpius & pauca danda ſunt. Quoniam & pluri egent adiectione, ut qui diſſoluantur, & uires habeant imbecilles.*
        - *Hyberno. Rarò & multa danda. Multa quidem propter robur uiriũ. Rarò uerò, quia non ualdè indigent adiectione laborantes, ut quibus non multa fiat euacuatio.*
        - *Vere, & quidem medio, atque adhuc magis æſtati proximo. Pauca & ex longo interuallo danda. Nam tempus id periclitatur, ne proximè accedat ad plethoricam diſpoſitionem, propter humorum, qui hyberni temporis frigore concreuere, fuſionem.*
        - *Autumno. Pauca & ſæpius, ſi uires debiles: ſi uerò robuſtæ, ſæpius & multa danda.*
      - *Conſuetudine, &c.*

## De tollendis, minuendis, æquandis, augendisq; alimentis in morbis, ex Auicenna quarta primi.

- *Alimentum uel*
  - *Tollitur penitus, cùm naturam morborum coctioni uacare oportet, neque ullo pacto impediri.*
  - *Minuitur uel ut*
    - *Vires conſeruẽtur in ſuo robore.*
    - *Naturæ proſpiciatur, ne ſcilicet natura ſit circa multitudinẽ nutrimenti impedita.*
    - *Interim tamen ſemper curæ ſit eius quod magis urget, ut quod præſtantius ſit, nempe uires ipſæ, præſertim ſi admodum imbecilles fuerint. Nam in ipſis ſeruandis, alimentum tolli non licet, ſed minui, & hoc aliquando fit ſecundum*
      - *Quantitatem, ut quod alimentum ſit multum in quantitate, in qualitate uerò, id eſt nutritione parum, ut ſunt olera & fructus. Cogimur enim quandoq; qualitatem minuere, quantitatem uerò augere, ut cùm appetitus ad cibum uehemens fuerit, & in uenis humores crudi extiterint.*
      - *Qualitatem, ut quod alimentum ſit in qualitate & nutritione multum, in quantitate uerò parum, ut ſunt ouorum uitelli, & gallorum gallinaceorũ teſtes. Hoc enim agere conuenit, cùm uires roborari & morbi coqui deſiderant.*
      - *Quantitatem & qualitatem ſimul, ut cùm uires minimè imbecilles ſunt, & morbus concoctione eget.*
  - *Æquatur, id eſt neque tollitur neque minuitur, quod in materialibus affectibus competit, ut eſt claudicatio, & cæcitas ex fulgure, & ſurditas ex tonitruo abſque humorum defluxione, ad affectas particulas in corpore, tamen cuius cõcoctrix facultas imbecillior non ſit reddita.*
  - *Augetur in corporibus, laßitudine areſactiua manè affectis, uel ieiunijs diuturnis tabefactis. Attamen in illis tantùm corporibus, quibus uiſcera neque infarctu, neque aliqua humorum redundantia ſint affecta, & calor innatus omninò in ſuo robore conſiſtat. Nam eiuſmodi corporibus ſanis exiſtentibus tantum nutrimenti dietim ſufficiebat, quantum reſolutio, quæ fit à natura, petebat. At iiſdem taliter affectis, tantum ultra id nutrimenti competere uidetur, quantũ iam conceptam reſolutionem expoſcere cernimus.*

## De totius corporis alimento, humoribus ac excrementis inde prouenientibus, ex Gal. de Naturalibus facult. & alijs commentarijs.

*Succus is, quo alitur corpus, ſecretus à reliquo cibo, per quaſdam directas uias ex uentriculo permeat, ac inde in totum iecur diſtribuitur per numeroſiſsimas uenas, à portis exorientes. Quæ cùm tenues & admodum anguſtæ ſint, non facilè & celeriter poteſt uniuerſus ſuccus has peruadere: quo fit, ut is in iecore diutius cunctetur, & in tranſitu hæreat, quo ad eius ſubſtantiam ac carnem propriam proximè accedat, ac ſanguinis ſpeciem acquirat. Nam cùm ea caro, quæ ſubſtantia concretum & coactum ſanguinem exprimit, allapſum ex uentre chylũ ſenſim enititur in propriam naturam commutare, ſibiq; prorſus aſsimilare, primùm quidem craſsiorem reddit, & colore rubrum. Ex quo percipi poteſt, ſanguinem non modò caloris beneficio, ſed maximè iocinoris ingenita proprietate compleri, qui in duas diuiditur partes. Quoniã*

*Vnam ipſamq; familiarem, ac benignam ſibi iecur adiungit, agglutinat, & aſsimilat, nõ ut uentriculus chylum, ſed ut nutritione perfecta illam propriam naturam conuertit.*

*Verùm antequàm ſanguis ipſe purus euadat, ut muſtum recenter ab uuis expreſſum, ab innato ſibi calore efferueſcere conſueuit, ac concoqui, & ab hoc craſsiores partes ad fundum ſubſidere, tenuiores uerò in ſublime ferri concernimus, ſimili profecto ratione chylus in iecur tranſfuſus feruet & coquitur, & quod tandem ex eo*

*Tenue leueq; exiſtit, floriq; perſimile, bilẽ flauã appellamus. Quæ cum ad corpus alendum minus ſit idonea, natura illam ſegregans, ad determinatum locum tranſmittit, uidelicet in propriam ueſiculam, ad iecoris portas, eamq; ſynceram, nec alio quoquam humore adulteratam. Hæc enim etſi mordax & acris ſit, non tamen continenti ueſiculæ ingrata eſt, ſed mutua cognatione iucunda. Cæterùm ea haudquaquam alitur, quouſq; amara exiſtat, ſed ſanguine, quem per uenam conſpicuam, in ſuam ipſius ceruicem inſertã, ſuſcipit. Cùm autem bilis redundãtia ſupra modum turgeſcit onere, ſe leuat, & altera quadam uia ad inteſtina deponitur, ut ea ad celerem excremẽtorum deiectionem impellat.*

*Hoc igitur modo depuratus ſanguis in eam tandem cõcedit uenã, quæ in iecinoris conuexo ſita eſt, & concaua appellatur, ibiq; partitur in duas. Nam eius ——*

*Syncerior pars, quæ per omnes corporis uenas diffunditur, ut corpus ipſum nutriat, & ipſa uini cõparatione rurſum agat, ſi pituitæ ortum atq; ſubſtãtiam placet omnino percipere. Nam quemadmodum bimeſtre adhuc uinum, & ſi à fæcibus et ſpuma expurgatũ ſit, guſtu tamen ſubcrudũ deprehenditur, quod crudis partibus perfuſum ſit, quas uini calor tempore reuincit et cõcoquit. Sic etiã cũ ſanguine à quo utraq; bilis ſecreta iam eſt, crudus quidẽ humor cõfuſus permiſcetur, cui pro purgãdo natura nullũ inſtrumẽtũ deſignauit. Nã ſegregari excludiq; non debuit. Eſt enim quoddã ſemicoctũ alimentũ, qđ manẽs cum ſanguine unà rapitur in uenas, ut per inediã & cibi penuriã tempore mutetur, & integrè coquatur, fiatq; ſanguis commodus & ſalutaris.*

*Colamentũ ſiue aquoſa ſubſtãtia, poſtq̃ tanq̃ uehiculũ illius ſanguinis extitit, ut is facilius per graciles anguſtiſsimasq; tum meſenterij, tum iecinoris uenas permeare poſſet. (Quoniã alẽdo corpori omnino inutilis erat) è iecoris cõuexo ſecernitur, et per uenas emulgentes in renes trahitur, ubi roris modò tenuioris quandã ſanguinis portionẽ, quã ſecum detulit, ambobus renibus fundit, ac deinde cum quadam flauæ bilis parte, cui etiam cõmiſcetur, per prælongos ualidosq; ductus in ueſicam elabitur.*

*Craſſum, fæci correſpondens, atrum ſuccum uocamus, quem natura ſegregans, tranſmittit ad ſplenem, per uenam quãdam, à portis in eius concauam partem excurrẽtem. Hunc enim ſuccum lien cõtinua deinde opera elaborat & tenuiorem facit, tum innati caloris robore, tum etiam plurimarũ arteriarum illic exiſtentium adminiculo, & elaboratum tenuioremq; effectum ſuccum, in ſui nutrimentum conuertit. Craſsior uerò, qui eius ui, nec molliri, nec ſubigi potuit, tanquam ad nutriendum ineptus, in os uentriculi, proprio ductu deijcitur, ut uentriculum aſtringat, ac firmet. Inde tum in eius uacuitatem labitur, & hinc unà cũ excrementis in inteſtina excidit, cum eiſq; tanquam inutilis foras propulſatur.*

*Reliquam, ceu redundantẽ & ſuperuacaneã in uenam cauã prolabi ſinit, à qua in totum corpus per uenas ſanè quàm plurimas diſtribuitur ——*

# ΦΑΡΜΑΚΕΥΤΙΚΗ.

*Secunda pars Practicæ, quæ medicamentis medetur.*

## De medicamentorum ſimplicium compoſitorumq́ue differentijs, facultatibus, & ponderibus, & compoſitionibus, ex Gal. de Simp. med. fac. de Compoſ. med. & alijs.

- *Medicamentum eſt omne id, quod naturam noſtram alterare ac mutare poteſt, & nutrimento planè contrarium: & eſt uel*
  - *Simplex, quod ſecundum naturã ſuam ſyncerum eſt, nec quicquã ex noſtra induſtria adſumpſit. Horum differentiæ ſumuntur à*
    - *Materia proxima: quæ hinc ſumuntur differentiæ, tales ferè ſunt, quod uel*
      - *Vt habitus quidam ſunt actu exiſtentes: ſumuntur hi penes uarios modos ſubiecti,*
        - *Raritas.*
        - *Denſitas.*
        - *Grauitas.*
        - *Leuitas.*
        - *Mollities.*
        - *Durities.*
        - *Tenuitas.*
        - *Craßities.*
        - *Lenitas.*
        - *Aſperitas.*
        - *Viſciditas.*
        - *Friabilitas.*
        - *Plenitudo.*
        - *Vacuitas.*
      - *Meræ potentiæ, ut*
        - Πηκτὴ,
        - ἄπηκτη,
        - *Madefactibile.*
        - *Non madefactibile.*
        - *Ruptile,*
        - *Non ruptile.*
        - *Frangibile,*
        - *Non frangibile.*
        - *Flexile,*
        - *Inflexile.*
        - *Tactui cedens,*
        - *Tactui non cedens.*
        - *Compreßile,*
        - *Non compreßile.*
        - *Scißile,*
        - *Non ſcißile.*
        - *Formabile,*
        - *Non formabile.*
        - *Dilatabile,*
        - *Non dilatabile.*
        - *Friabile,*
        - *Non friabile.*
        - *Elixabile,*
        - *Non elixabile.*
        - *Cremabile,*
        - *Non cremabile.*
        - *Vaporabile,*
        - *Non uaporabile.*
        - *Inflammabile,*
        - *Non inflammabile.*
        - *Suffibile,*
        - *Non ſuffibile, &c.*
    - *Forma (hæc eſt temperatura, apud medicos, quatuor qualitatum.) Vide in ſequent. ſignum* ♁
  - *Compoſitum. Vide in ſeq. ſignum* ⊕

- ♉ *Medicamentorum differentiæ à forma ſumptæ, uidelicet qualitatibus*
  - *Primis, uel ſunt*
    - *Temperata: quæ talia ſunt medicamenta, neque calefaciunt, neque frigefaciunt, neque humectant, neque exiccant.*
    - *Intemperata*
      - *Calida, & uel in gradu*
        - *Primo. Hæc calorem innatum augent, non igneum, ideo coctiones & maturationes, & reliquas actiones naturales: ut*
          - *Abſynthium.*
          - *Althea.*
          - *Amygdala dul.*
          - *Aloe.*
          - *Agaricum.*
          - *Braßica.*
          - *Engloſſum.*
          - *Chamemelum.*
          - *Eupatorium.*
          - *Lini ſemen.*
          - *Ladanum, &c.*
        - *Secundo. Rarefaciunt, aperiũt meatus & attenuant, igneum calorem incipiunt habere, ut*
          - *Apium.*
          - *Anetum uiride.*
          - *Arthemiſia.*
          - *Balſamum.*
          - *Calamus odoratus.*
          - *Crocus.*
          - *Fœnum Græcum.*
          - *Maſtix.*
          - *Nux muſcata, &c.*
        - *Tertio. Exiccant, ſitim excitant, incidunt, attrahunt, inflammant, corpus tabefaciũt, & colliquant, ut*
          - *Abrotonum.*
          - *Ammi.*
          - *Aſarum.*
          - *Aniſum.*
          - *Arum.*
          - *Cuminum.*
          - *Cinnamomum.*
          - *Galanga.*
          - *Nigella.*
          - *Origanum.*
          - *Menta, &c.*
        - *Quarto. Veſicas excitant, rubificant, comburunt, mortificant, extinguunt, ut*
          - *Allium.*
          - *Cepa.*
          - *Coſtus.*
          - *Euphorbium.*
          - *Lepidium.*
          - *Tithymalli.*
          - *Naſturtium.*
          - *Pyretrum.*
          - *Porrum.*
          - *Sinapi.*
          - *Ruta ſylueſt.*
      - *Frigida, &c. Vide ſignum* ☾
  - *A primis ortis. Vide ſequent. ſignum* ♃

- ☾
  - Frigida, & uel in gradu
    - Primo. Calorem innatũ minuunt coctiones & maturationes impediũt, ut
      - Atriplex.
      - Hordeum.
      - Pruna.
      - Malua.
      - Myrtus.
      - Pira.
      - Roſa.
      - Viola.
      - Cotonea, &c.
    - Secundo. Craſſefaciunt, & calorem manifeſtè obtundunt, ut
      - Acacia.
      - Blitum.
      - Cucurbita.
      - Lactuca.
      - Endiuia.
      - Perſica.
      - Plantago.
      - Pſillium.
      - Solanum, &c.
    - Tertio. Aſtringunt internos meatus, ſuccum exprimunt naturalem, diſtributionem prohibent, ſtupefactionem ſenſus, plumbeum colorem inducunt, ut
      - Camphura.
      - Portulaca.
      - Mandragora.
      - Hyoſcyamus.
      - Sandali.
      - Semperuiuum.
    - Quarto. Congelant, calorem extinguunt, ut uenena interficiunt, ut
      - Cicuta.
      - Papauer.
      - Opium.
  - Humida, & uel in gradu
    - Primo. Leniunt, lubricant, ut
      - Bugloſſum.
      - Glycyrrhiza.
      - Endiuia.
      - Malua.
      - Saccharum.
      - Seſamum, &c.
    - Secundo. Laxant, acredinem humorum obtundunt, craßioresq́; reddunt, membrorum naturalium motum imbecilliorem reddunt, ut
      - Atriplex.
      - Cucurbita.
      - Pruna.
      - Lactuca.
      - Blitum.
      - Portulaca.
      - Violæ, &c.
    - Tertio. Corpus pigrũ & torpidum, & actiones omnes manifeſtè obtundũt, elanguent, unde nauſea, uomitus, lienteriæ, &c. ut
      - Succus cucumerum.
      - Succus cucurbitarum.
      - Lactucæ ſuccus.
    - Quarto. Venena ſunt, calorem enim, ut aqua ignem extinguunt.
  - Sicca, & uel in gradu
    - Primo. Corpus & membra reddunt firmiora & uegetiora, ut
      - Braßica.
      - Beta.
      - Chamæmelum.
      - Crocus.
      - Fœniculum.
      - Hordeum.
      - Faba, &c.
    - Secundo. Manifeſtè aſtringunt, & quaſi ligant eo modo, quo guſtus in acerborum eſu ligatur, ut
      - Arthemiſia.
      - Anethum uiride.
      - Balauſtia.
      - Cotonea.
      - Plantago.
      - Lentes.
      - Maſtix, &c.
    - Tertio. Meatus anguſtiores reddũt, humorũ tranſitus intercipiunt, excretiones impediũt, ſuccum è corpore exprimunt, & tabem inducũt, ut
      - Aſarum.
      - Acacia.
      - Anethũ uſtum.
      - Aloe.
      - Acetum.
      - Cuminum.
      - Piper.
      - Sal, &c.
    - Quarto. Suffocant, intercipiunt, & mortem afferunt
      - Allium.
      - Naſturtium.
      - Ruta ſylueſtris.
      - Sinapi.

- Medicamentorum differētiæ ſumptæ à qualitatibus, ortis à primis
  - Immediatè: uidelicet ſecūdis qualitatibus. Hinc uarios ſortiūtur effectus medicamēta. Nam alia eorum habent facultatem
    - Emollendi, quæ facultas prouenit ex calore & ſiccitate modica, uidelicet calore ſecundi gradus & interdum tertij. Præterea & his illinendi uis (emplaſticam uocant) ineſſe oportet: ex quorum numero ſunt
      - Adeps
        - Caprinus.
        - Gallinarum.
        - Anſerinus.
        - Hircinus.
        - Taurinus.
      - Althea.
      - Ammoniacum.
      - Atriplex.
      - Bdellium Scythicum.
      - Cera.
      - Crocus.
      - Cupreſſus.
      - Fœnum Græcum.
      - Galbanum.
      - Ladanum.
      - Linum.
      - Laurus.
      - Lilium.
      - Maſtix.
      - Malua.
      - Medulla
        - Ceruina.
        - Vitulina.
      - Opoponax.
      - Oleum
        - Sycionium.
        - Suſinum.
      - Radix cucum. agreſtis.
      - Pix arida.
      - Styrax, &c.
    - Indurandi, quæ conſtat ex frigore & humore, uidelicet ſecundi uel tertij gradus, humiditate uerò primi, ut
      - Semperuiuum.
      - Portulaca.
      - Pſillium.
      - Lenticula paluſtris.
      - Solanum, &c.
    - Laxandi. Horum tot ſpecies ſunt, quot tenſionum. Nam cùm tenſio fiat uel exiccatione, uel refrigeratione, uel phlegmone, uel ſcirrho, quædam laxant uel
      - Humectando.
      - Calefaciendo.
      - Emolliendo.
      - Purgando tumores.
      - Per coniugationem horum quampiam.
    - Extergendi: gignitur ex calore & partium craßitudine. Huius generis ſunt amara, & dulcia quædam, partium tenuium, ut
      - Fabæ, Hordeum, Mel — Tantum extergunt.
      - Eruum, Lupini, Iris, Scilla, Vrticæ ſemen — Extergunt, & meatus ſimul expurgant.
    - Farcta liberandi, uel poros intrinſecus purgandi. Huiuſmodi ſunt amara & nitroſa omnia, ſiue aſtringāt ſiue non. Aſtringentia enim ſunt utiliora. Quoniā partes quoq; corroborant, ut ſunt
      - Abſynthium, Amygdal. amaræ, Aſarum, Abrotonum, Carpeſium, Cubebe, Cort. capp., Rad. tamar., Scolopend., Seriphon, Semen urticæ — Hæc meatus pulmonis, iecoris, lienis expurgant, iecinoris quidem per ſe, lienis addito aceto, pulmonis mellicrato uel dulcium aliquo.
      - Iris, Nitrum, Nitri ſpuma, Scilla — Hæc intus & extra purgant, incidunt craſſos & lentos humores.
    - Rarefaciendi, &c. Vide ſignum #
  - Mediatè. Vide ſignum ⊞

- ‡
  - Rareſaciendi, quæ ex calore & ſiccitate cum ſubſtantia tenui, oritur. Hæc cutis meatus reſerant, ut
    - Althea.
    - Anethum.
    - Adiantum.
    - Abrotonum.
    - Chamæmelum.
    - Fœnum græcum.
    - Farina
      - Hordei.
      - Erui.
      - Tritici.
    - Lini ſemen.
    - Mercurialis.
    - Melilotum.
    - Oleum
      - Chamomelinum.
      - Vetus.
      - Ciciminum.
      - Raphaninum.
      - Ex agreſt. cucum.
      - Ex althea, &c.
  - Condenſandi, quæ ex frigore aqueo originem habet, ut
    - Lenticula paluſtris.
    - Pſillium.
    - Portulaca.
    - Semperuiuum.
    - Tribulus uiridis, &c.
  - Aperiendi, ora uaſorum aperiunt, Anaſtomatica dicuntur. Oritur facultas hæc à calore & partium craßitie, cuiuſmodi ſunt acria & mordacia, ut
    - Allia.
    - Cepe.
    - Ciclaminus.
    - Fel taurinum.
    - Oleum
      - Irinum.
      - Amaracinum.
    - Vnguentorum omnium ſubſidentiæ, &c.
  - Claudendi ſeu obſtruendi: gignitur ex ſicca & cogente materia, & ferè omnia ſunt frigida & partium craſſarum, ut
    - Acetum.
    - Alumen.
    - Aloe.
    - Ærugo.
    - Abſynthium.
    - Balauſtia.
    - Bolus Armenica.
    - Chalcanthum.
    - Cadmia.
    - Corallium.
    - Hæmatites.
    - Myrthus.
    - Oxalis.
    - Plantago.
    - Roſæ.
    - Sanguis draconis.
    - Terra Lemnia, &c.
  - Adurendi ſeu colliquandi, ex uehementi calore & craſſitudine ſubſtantiæ gignitur. Horum alia uim habent
    - Eſcharoticam, id eſt cruſtam inducendi: oritur ex calida & deurente materia.
    - Septicam, id eſt putreſaciendi. Huiuſmodi liquant, colliquant, potißimùm carnem tenellam, idq; abſque dolore, ut
      - Arſenicum.
      - Aconitum.
      - Chryſocolla.
      - Driopteris.
      - Pityocampe.
      - Sandaraca.
    - Cathæreticam, id eſt detrahendi carnis excreſcentias: oritur ex calida, ſicca, tenuiumq; partium ſubſtantia. Hæc eiuſdem generis facultatis, ſepties ſcilicet ſunt, uerũ tantulo imbecilliores, quòd extimam modò ſuperficiem, quam contigerint, detrahant, non tamen in altum ſubire ualeant, uelut Aſiæ petræ flos, quanquam non ſint reuera facultatis cicatricem inducentis, cùm aliquid detrahant.
  - Repellendi, ex frigore & partium craßitudine originem ducit
  - Attrahendi. Vide ſignum △

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0238-4

- △ Attrahendi: quorum facultas ex calore & tenuitate partiũ gignitur. Horum alia attrahunt
  - Per ſe, & uel
    - Familiaritate qualitatis, ſeu totius ſubſtãtiæ ſimilitudine, & ſunt medicamenta purgãtia quorum alia purgãt
      - Bilem flauam, ut
        - Aloe, cuius doſis eſt in
          - Subſtantia, ʒ.j.
          - Infuſione, ʒ.ij.
        - Caſsia: doſis eſt ℥.j, uel ℥.j ſ.
        - Manna, cuius
          - Doſis ℥.ij, uel ℥ ij ſ.
          - Roboratio. Roboratur enim
            - Hyſſopo.
            - Thymo.
            - Sena.
        - Myrobalana citrina: quorum
          - Doſis
            - In ſubſtantia eſt ʒ.iij.
            - In infuſione, ʒ.vij.
          - Corrigentia, ſeu infrenantia ſunt
            - Amygdalæ dulces.
            - Paſſulæ enucleatæ.
        - Rhabarbarum:
          - Doſis in
            - Subſtantia, ʒ.iij, uel iiij.
            - Infuſione, ʒ.vj, uel vij.
          - Infrenantia: tertia pars, uel
            - Spicæ nardi.
            - Cinnamomi.
            - Maſtiches.
            - Iunci odorati.
        - Scammonium, cuius
          - Doſis gr. vij, uel viij.
          - Correctio, quæ fit
            - Aniſo.
            - Maſtiche.
            - Thymo.
            - Pulegio.
            - Galanga, &c.
        - Succus roſarum, uel infuſio, cuius doſis eſt ab ℥.j, uſq; ad ℥.ij.
        - Thamarindus, cuius
          - Doſis ab ℥.j, uſq; ad ℥.iij. in infuſione.
          - Roboratio, quæ fit maceratione ex
            - Sero caprino.
            - Succo fumariæ.
            - Succo lupuli.
          - Correctio, quæ fit
            - Maſtiche.
            - Mace.
            - Nardo indica.
            - Apij ſucco.
      - Pituitam. Vide in ſeq. ſignum ✲
      - Atram bilem. Vide in ſeq. ſignum †
    - Non familiaritate qualitatis, ſed quouis modo, ut
      - Dictamnus.
      - Cyrenaici ſuccus.
      - Propoleos.
      - Sagapeni.
      - Thapſia, &c.
  - Per accidens. Huiuſmodi ex putreſcente aceſcenteq; generationem ſortiuntur, ut
    - Fermentum.
    - Pſoricum.
    - Stercus columbarum.
    - Stercus anſerinum.
    - Stercus gallinarum.
    - Stercus crocodillorum terreſtrium, &c.

✤ Medicamenta ſimplicia purgantia pituitam

- Agaricum: eius
  - Doſis, in
    - Subſtantia, ʒ.j ß.
    - Infuſione, à ʒ.j ß, uſque ad ʒ.ij ß.
  - Infrenantia, ſeu malitiam eius obtundentia, tertia pars uel
    - Oxymellis ſcillitici.
    - Salis gemmæ.
    - Zingiberis.
- Colocynthis, cuius
  - Doſis eſt ℈.ß. cum aqua mulſa, autore Actuario. Dioſcorides quatuor obolorum pondere dandam eſſe cenſet.
  - Correctio, quæ fit cum maſtiche & galla.
- Cnici ſemina, quorum
  - Doſis, ʒ.iij. cum iure gallinacei, uel ptiſanæ cremore.
  - Correctio, eſt cum
    - Gingibere.
    - Galanga.
    - Maſtiche.
    - Aniſo.
- Euphorbium, cuius
  - Doſis, ſecundum
    - Actuarium, Kirat. iij.
    - Meſuem, eſt à gr. iiij uſque ad xij.
  - Correctio, cum
    - Spica nardi.
    - Maſtiche.
    - Aniſo.
- Cucumer aſininus, cuius
  - Doſis eſt ℈.j, uel ℈.j ß.
  - Correctio, cum
    - Bdellio.
    - Dragachanto.
    - Hydromelite.
    - Sale foßili.
    - Aromatibus.
- Hermodactilus, cuius
  - Doſis: ʒ.j, uel ʒ.j ß.
  - Correctio fi cum
    - Cinnamomo.
    - Zingibere.
    - Maſtiche.
    - Pipere longo.
- Myrabolana
  - Cepula, quorum
    - Doſis, in
      - Subſtantia, eſt à ʒ.ij, uſque ad ʒ.iiij.
      - Infuſione, à ʒ.iiij, uſque ad ʒ.x.
    - Correctio, cum
      - Amygdalis dulcibus.
      - Paſſulis.
      - Sero caprino.
      - Agarico.
  - Empelitica, quorum
    - Doſis in
      - Subſtantia, à ʒ.iij, uſque ad ʒ.iiij ß.
      - Infuſione, à ʒ.iiij ß, uſque ad ix.
    - Correctio cum Manna.
  - Beletzica, quorum doſis eſt, ut Empeliticorum.
- Turpetum, cuius
  - Doſis, in
    - Subſtantia eſt perinde atque Agarici.
    - Infuſione, ut Agarici.
  - Correctio: tertia pars
    - Zingiberis.
    - Galangæ.
    - Longi piperis.
- Tithymali
  - Doſis, ℈ iij. cum polenta.
  - Correctio cum aromatibus.

† Medicamenta ſimplicia bilem atram purgantia,

- Armenius lapis, cuius
  - Doſis à ʒ.j, uſque ad ʒ.ij.
  - Præparatio, ſuper lapidem, uel in mortario lapideo, lauatur uicies cum aqua, & terendo lauetur decies cum aqua roſ. & adminiſtretur cum ſyrupo de borrag. uel aqua bugloſſæ, uinoq; odorifero.
- Epithymum, cuius
  - Doſis, in
    - Subſtantia eſt ℈.v, aut ʒ.ij. cum paſſo, uel aceto mulſo.
    - Infuſione ſeu decoctione à ʒ.v. ad ʒ.xx.
  - Correctio, cum
    - Pipere.
    - Sale gemmæ.
- Elleborus niger, cuius
  - Doſis eſt ʒ.j, cum paſſo, aut aceto mulſo.
  - Correctio cum ſeminibus odoratis, ut
    - Aniſo.
    - Cumino.
    - Dauco, &c.
- Lapis lazuli, cuius
  - Doſis eſt ut lapidis Armenij.
  - Correctio, ut Armenij lapidis.
- Myrabolana Inda, quorum
  - Doſis, in
    - Subſtantia, à ʒ.ij, ad ʒ.iiij. cum decoctione purgante bilem atrã.
    - Infuſione, à ʒ.iiij, ad ʒ.x.
  - Correctio cum
    - Sacchari.
    - Amygdalis dulc.
    - Paſſulis.
    - Aniſo.
- Polypodium, &c. □

- □
  - Polypodium, cuius
    - Doſis ℥.ij, uel aur. iiij, cum aqua mulſa aut decoctione paſſulorum.
    - Roboratio fit
      - Sero caprino.
      - Iure gallorum.
      - Decocto paſſularum.
    - Correctio, cum
      - Aniſo.
      - Zingibere.
      - Gariophylis.
      - Cinnamomo.
  - Sena, cuius
    - Doſis, in
      - Subſtantia, uidelicet pulueris eſt ℥. j.
      - Infuſione, á ℥. iiij, uſque ad ℥. vj.
    - Correctio, quæ fit cum
      - Zingibere.
      - Sale gemmæ.
      - Galanga.

- ⊞ Medicamentorum differẽtiæ, ſumptæ à qualitatibus, mediatè ortis à primis, uidelicet tertijs qualitatibus, quod à ſecundis oriri uideantur, quorum alia habẽt facultatem
  - Pus mouendi. Hæc calida & humida ſunt, ut corpus id, in quo pus moueri debet, ita ut neque humectent, neque exiccent, neque excalfaciant, neque frigefaciant, ſed tantum ſubſtantia caloris noſtri augeant, proinde uim quoque emplaſticam, ut habeant neceſſe eſt, quo caloris ſubſtantiæ effluxus prohibeatur. Sunt autem huiuſmodi,
    - Hæc pus mouent in maximè ardentibus inflammationibus.
      - Panis debiliter coctus cum aqua & pauculo oleo, emplaſtratus.
      - Adeps ſuillus.
      - Adeps uitulinus.
      - Cera cum oleo aliquo calido liquata.
      - Farina triticea.
      - Pix cum oleo roſaceo ſubacta.
      - Reſina cum oleo roſ. ſubacta.
    - Pus mouent in minus calidis inflammationibus.
      - Adeps gallinaceorum
      - Adeps ſuillus
      - Panis mediocriter coctus, & cum hydreleo emplaſtratus,
    - In minus adhuc calidis inflammationibus pus mouent.
      - Adeps
        - Taurinus.
        - Caprinus.
        - Anſerinus.
      - Panis plurimum coctus, ſalitus, frumentatus, cum oleo & paucula aqua emplaſtratus.
      - Reſina, Pix — Cum oleo ſycionio uel raphanino liquata.
  - Menſes prouocandi: ex uehementer calida tenuiq; ſubſtantia gignitur hæc qualitas, ſed non admodum ſicca, ita ut ſecundi uel tertij quodammodo calida ſint, ſicca uerò primi, uel etiam ſecundi, ut
    - Artemiſia.
    - Abſynthium.
    - Aniſum.
    - Acorum.
    - Amomum.
    - Caſtorium.
    - Cicer.
    - Centaurium maius.
    - Calamintha.
    - Gnigidium.
    - Meliſſa.
    - Marrubium.
    - Myrrha.
    - Origanum.
    - Opopanax.
    - Pulegium.
    - Petroſelinum.
    - Ruſcus.
    - Ruta.
    - Radix rubiæ tinct.
    - Sabina.
    - Saluia.
    - Seſeli.
    - Serpillum, &c.

    EX GAL. CAP. XII. LIB. V. DE SIM. M.

    ¶ Menſes mouentia urinam etiam ciunt, ſed inter ſe differunt, quòd menſes mouentia non tam ualenter deſiccent, ut uretica. Verùm uretica ad menſes prouocandas, atq; ad lac generandum minimè apta ſunt, utpote nimium deſiccantia: proinde propriè hæc dicuntur uretica.
  - Calculum renum minuendi, &c. Vide ſignum #

#

- Calculum renum minuendi. Hæc ualenter incidere oportet, abſque tamen ſiccitate, ut
  - Abregna lachryma.
  - Carpeſium.
  - Cyperum.
  - Cortex radicis lauri, &c.
- Cicatricem inducendi, epulotica dicta: ex frigida & aſtringente fit ſubſtãtia. Hæc omne ulcus planum claudere ualent, proinde ut contrahant, conſtringant, conſtipent, denſent, ſiccent, & calli inſtar indurent neceſſe eſt: quorum alia inducunt cicatricem
  - Per accidens, ut cathæreticorum aliqua, ſiquidem in parua ſumantur quantitate, ut
    - Diphriges.
    - Oſtreum.
    - Lythargirus.
    - Myrrha.
  - Per ſe, & uera epulotica appellantur, ut
    - Aloe.
    - Alumen.
    - Amylum.
    - Ariſtolochia.
    - Anagallis.
    - Bolus Armenica.
    - Balauſtia.
    - Bdellium.
    - Corallium.
    - Cadmia.
    - Æs uſtum.
    - Glans.
    - Myrtus.
    - Plantago.
    - Pumex.
    - Plumbum elotum.
    - Papyrus uſta.
    - Putamina mali granati ſicca.
    - Thus, &c.
- Carnem generandi, id eſt cauitates implendi. Gignitur hæc facultas ex materia detergente, & ſiccante in primo receſſu à medio. Hæc citra morſum mediocriter abſtergere debent, ut
  - Abiegna lachryma.
  - Fuligo thuris.
  - Iris.
  - Lentiſcus.
  - Myrrha.
  - Pix arida.
  - Reſina terebenthina.
  - Styrax.
  - Thus, &c.
- Dolorem ſedandi, quæ anodyna uocantur. Naſcitur ex calore & eſſentiæ tenuitate, uidelicet calore primi ordinis, ut
  - Anethum.
  - Abſynthium.
  - Atriplex.
  - Chamæmelum.
  - Caſtorium.
  - Cuminum
  - Fœnum græcum.
  - Linum.
  - Libyſticum.
  - Lupus ſalictarius.
  - Milium.
  - Opopanax.
  - Panicum.
  - Peucedanum.
  - Ruta.
  - Siſymbrium.
  - Vitellum oui, &c.
- Lac generandi. Vide ſign. ☾

- ☾
  - Lac generandi. Hic ſanguinem contemplari oportet, num ſcilicet in
    - Quantitate ſit paucior, quàm conuenit. Hic quidem uictus ratione augebitur, maximè calida & humida, boniq́; ſucci. Nam quæcunque plus quàm expediat, calefaciunt, quæq́; deſiccant aut refrigerant, partim qualitatem ipſius ſanguinis uitiantia, partim ipſum minorem reddentia, lac prouenire prohibent.
    - Qualitate deterior, atque uel
      - Biliosſior. Hic primò purgationem deſiderat, mox uictum calfacientem & humectantem, ut diximus.
      - Pituitoſior. Hic requirit uel —
        - Medicamenta ſola, quæ primo uel ſecundo ordine calefaciunt, non tamen deſiccant. Huiuſmodi debiliora ſunt.
        - Medicamenta & nutrimenta ſimul, quæ modicè calida eſſe debent, & minimè craſſa, ut Eruca, Fœniculum, Anethum, maximè cùm adhuc uirentia humidaq́; ſunt, Smirnium, Apium, Sion, Polium, omnia quidem uirentia. Hæc potentiora ſunt.
  - Tuſsim
    - Prouocandi. Naturam habent extenuandi, acrem & mordacem. Nam quicquid mordax ac acre eſt, ad tuſsim impetum prouocat. Proinde calida, tenuiumq́; partium, ut ſint, neceſſe eſt.
    - Sedandi. Naturam habent incraſſandi. Proinde frigida & craſſarum partium ut ſint, neceſſe eſt. Frigore enim cogit, & ſubſtantiæ ſuæ craſsitudine incraſſat.
  - Semen
    - Generandi, quæ facultas ex tota familiari, & mediocriter calida ſubſtantia naſcitur. Horum alia ſunt
      - Cibi benè nutrientes, flatuoſi, totisq́; ſubſtantijs familiares, ut
        - Cicera.
        - Conus.
        - Bulbi.
        - Fabæ.
        - Polypedes.
        - Terebinthi fructus.
      - Medicamenta, ut
        - Scincus.
        - Satyrium.
      - Cibi & medicamenta ſimul, quæ calida, ſimulq́; flatuoſa ſunt, ut
        - Eruca.
        - Fraxini ſemen.
        - Lini ſemen.
    - Extinguendi: ex frigida, ſicca, totaq́; ſubſtantia aduerſa gignitur, ut
      - Nymphæa.
      - Ruta, etiamſi calida ſit, tamen ſua ſiccitate prohibet.
    - Prouocandi: ex calida non exiccante, & flatuoſa oritur ſubſtantia.
    - Supprimendi: ex frigida cogente & incraſſante ſubſtantia prouenit, ut
      - Atriplex.
      - Blitum.
      - Cucurbita.
      - Cucumeres.
      - Lactuca.
      - Mora.
      - Melopepones.
      - Pepones.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0243-0
DFG

⊕ Medicamentum compoſitum, uel
- Purgās: quorum alia ſumuntur per partes —
  - Superiores: uidelicet per
    - Os, & uel —
      - Deuoratur, in forma —
        - Liquida: & uel purgant —
          - Bilem flauam
            - Clementiora, ut
              - Diaprunis lenitiua.
              - Diacatholicon. — Doſis ℥.j.
            - Valentiora
              - Elect. de ſucco roſ.
              - Elect. roſ. Meſuæ.
              - Elect. de Pſillio.
              - Diaprunis ſolut.
              - Syrupus de Cichorio cum Rhabarbaro.
              - Catarcticum imperiale. — Doſis ʒ.vj. aut paulò plus, minuſ ue, pro ratione ætatis, temporis, & ſumentis uiribus.
          - Pituitam
            - Clementiora
              - Hiera picra Galeni.
              - Diaphœnicon.
            - Valentiora
              - Elect. eleſcoph.
              - Electuariũ Indum.
              - Benedicta laxatiua.
              - Diacartamu.
              - Diaturpetu. — Doſis ʒ.vj, aut plus minuſ ue, &c. ut ſuprà.
          - Atram bilem
            - Debiliora
              - Diacaßia —
              - Diaſena lenit.
              - Diacatholicō — Doſis ℥.j.
            - Vehementiora
              - Cōfectio Hamech.
              - Electuarium de Epithymo, &c. — Doſis ʒ. iiij, uel vj. plus minuſ ue, &c.
        - Solida, ut catapotia ſeu pilulæ, quarũ doſis communiter, eſt ʒ.j, et plus minuſ ue, iuxta materiam ſimplicē, ex quibus conficiuntur. Horum aliæ purgant —
          - Bilem à
            - Capite
              - Clementiores
                - Communes ſiue peſtilentiales.
                - Sine quibus, &c.
              - Valentiores
                - Arabicæ.
                - Aureæ.
                - Aſſatcret.
            - Hepate. De Rhabarbaro.
            - Toto. Aggregatiuæ.
          - Pituitam à
            - Capite
              - Clement.
                - Aſſaieret.
                - De hiera S.
                - Sine quibus, &c.
              - Valentiores
                - Cochiæ.
                - Fœtidæ.
                - De opopanaco.
                - Arabicæ.
            - Oculis. Pilulæ lucis.
            - Pectore
              - De hiera cum agarico.
              - De agarico.
            - Stomacho
              - Debiliores
                - Alephanginæ.
                - Stomachicæ.
              - Vehement. Maſtichinæ
                - Meſuæ.
                - Cōciliatoris.
            - Iuncturis. Arthriticæ.
            - Toto. Aggregatiuæ.
          - Atram bilem
            - Debil.
              - Indæ ——
              - De fumo terræ.
            - Vehement.
              - De lapide lazuli
              - De lapide armeno — Ab hepate & liene.
      - Non deuorantur. Vide ſign. *
    - Nares. Vide in ſeq. ſignum ☿
  - Inferiores. Vide in ſeq. ſign. ♂
- Non purgans. Vide poſtea in ſeq. ſign. ♀

- * *Non deuorantur, ſed aliquandiu in ore retinentur, & uel* —
  - *Gargarizando: & uocantur Gargariſmi, qui pro affectus diuerſitate, uarijs modis componuntur.*
  - *Maſticanda, & uocantur apophlegmatiſmi, quæ in ore retenta & commanducata, pituitam ex capite eliciunt* —
    - *Mitiora, ut*
      - *Hyſſopus.*
      - *Origanum.*
      - *Pulegium.*
      - *Thymum.*
      - *Sinapium.*
    - *Valentiora*
      - *Pyretrum.*
      - *Piper.*
      - *Zingiber.*
      - *Radix acori, &c.*
- ♃ *Nares, & uel ſunt*
  - *Errhina, quorum alia liquida, alia ſicca ſunt. Quæ liquida ſunt naribus illinuntur, aut inijciuntur: interdum oleis & ſpeciebus calidis aromat. admiſcentur. Quæ ſicca ſunt, calamo induntur naribus, uel aliquo liquore aut cera componuntur, & filo naribus induntur* —
    - *Debiliora*
      - *Aquæ capitales diſtillatæ.*
      - *Succus*
        - *Anagalidis.*
        - *Cæparum.*
        - *Cyclaminis.*
        - *Braſsicæ, &c.*
    - *Vehementiora*
      - *Caſtoreum.*
      - *Elleborus albus.*
      - *Piper.*
      - *Succus Struthij.*
      - *Succus rad. nigellæ.*
      - *Succus fol. enulæ.*
  - *Odoramenta, quorum uſus eſt ad iucundum odorem faciendum, ad peſtilentiæ contagia arcenda, ad deſtillationes à capite ad pectus: tuncq; naribus admouentur: & uel* —
    - *Calida, ut*
      - *Cinnamomum.*
      - *Iuniperus.*
      - *Cariophylli.*
      - *Geniſta.*
      - *Lauandula.*
      - *Lignum aloes.*
      - *Macis.*
      - *Maſtichæ.*
      - *Moſchus.*
      - *Nigella, &c.*
    - *Frig.*
      - *Roſæ.*
      - *Violæ.*
      - *Santalli.*
      - *Nenuph.*
      - *Oleum papau. &c.*
  - *Suffimenta, ſunt medicamenta, quæ incenduntur, aut ignitis carbonibus inijciuntur, quorum uſus eſt ad odorem gratum comparandum, ad deſtillationes à capite ad pectus, &c. ut* —
    - *Cariophylli.*
    - *Cinnamomum.*
    - *Baſilicon.*
    - *Lignum aloes.*
    - *Myrrha.*
    - *Maſtiche.*
    - *Thus, &c.*
- ♂ *Inferiores, per*
  - *Anum, & uel*
    - *Clyſteres. Horum uaria ſunt genera, ad quorum compoſitionem quatuor rebus opus eſt.*
    - *Primùm aliquo liquore, ut decocto pulli, capi, gallinæ,, cicerum, aut alio decocto, iuxta morbi naturam uariari ſolet: cuius doſis eſt ℔ j. aut plus minus'ue pro diuerſa corporis conſtitutione.*
    - *Secundò, medicamenta purgantia quæ duplo pondere dantur, ad ea quæ deuorãtur.*
    - *Tertiò, ſunt olea diuerſa, pro morbi diuerſitate, quorum doſis ℥ iij.*
    - *Quartò, ſalis genera, ut facultatem excretoriam excitent, doſis ʒ. iij.*
    - *Suppoſitoria, quorũ alia*
      - *Leuia. Fiunt ex ſuillo adipe, ſali conſperſo, uel ficu inuerſa, uel radice betæ, &c.*
      - *Mediocria. Fiunt è uitello oui, additis melle & ſale: uel ſapone, oleo & ſale.*
      - *Vehementiora, ut quæ recipiunt ſcammonium, euphorbium, elleborum, &c.*
  - *Vterum, & peſſus appellatur, qui nihil aliud eſt, quàm lana concerpta, & ad digiti formam rotunda, in qua medicamenta uaria pro diuerſitate affectuum induntur, &c.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0245-2

- ✢ Medicamentum compoſitum, non purgãs, ſed tantum alterans: quorum alia —
  - Intrinſecꝰ ſumũtur, & uel in forma —
    - Liquida
      - Fluidæ et ſunt Syrupi, uel
        - Calidi, concoquẽtes
          - Pituitam, in
            - Capite. Syrupus de ſtœchade
              - Additis decoctis, uel aquis ſtillatitijs —
                - Betonicæ.
                - Maioranæ.
                - Saluiæ.
                - Roſmarini.
                - Peoniæ, &c.
            - Pectore. De
              - Hyſſopo.
              - Calaminthä.
              - Epithymo.
              - Glycyrrhizä.
              - Praßio. —
              - Additis decoctis, uel aquis ſtillatitijs —
                - Capill. Ven.
                - Hyſſopi.
                - Enulæ.
                - Ireos.
                - Praßij.
            - Stomacho.
              - De
                - Abſynthio.
                - Menthä.
              - Mel roſat. col.
              - Oxymel Simp.
              - Oxymel compoſ.
              - Oxymel ſcyll. —
              - Additis decoctis, uel aquis ſtillatitijs —
                - Abſynthij.
                - Fœniculi.
                - Mentæ.
                - Rutæ, &c.
            - Hepate
              - De duabus rad.
              - De quinque rad.
              - De Eupatorio.
              - Acetoſæ. —
              - Additis decoctis, uel aquis ſtillatitijs —
                - Abſynthij.
                - Apij. Petroſ.
                - Aſari.
                - Eupatorij.
                - Origani.
                - Spicæ.
                - Squinanthi.
            - Corde. Syrup.
              - De Byſantijs
                - Additis decoctis, uel aquis ſtillatitijs —
                  - Meliſſæ.
                  - Roſmarini.
                  - Ocymi.
                  - Fol. Citri.
            - Matrice
              - De Arthemiſiä.
              - De Calaminthä.
              - Additis decoctis, uel aquis ſtillatitijs —
                - Arthemiſiæ.
                - Pulegij.
                - Sabinæ.
                - Rub. tinct.
            - Toto. De Byſantijs
              - Additis decoctis, uel aquis ſtillatitijs —
                - Chamomillæ.
                - Apij.
                - Fœniculi.
          - Atram bilem, in
            - Hepate, & Liene —
              - De Epithymo.
              - De Lupulis.
              - De Fumaria.
              - De Scolopendria.
              - De Thymo.
              - Additis decoctis, uel aquis ſtillatitijs —
                - Fumi terræ.
                - Lupulorum.
                - Epithymi.
                - Thymi.
                - Scolopendriæ.
                - Tamaric.
                - Polypodij, &c.
            - Corde.
              - De Borrag.
              - De Bugloſ.
              - De Pomis.
              - Additis decoctis, uel aquis ſtillatitijs —
                - Bugloſ.
                - Borrag.
                - Anthos.
                - Meliſſæ, &c.
            - Toto. De Byzantijs.
        - Frigidi, concoquentes. Vide ſign. ⌗
      - Conſiſtenti. Vide in ſeq. ſignum ♁
    - Solida. Vide in ſeq. ſign. △
  - Extrinſecus applicantur. Vide poſtea in ſeq. ſign. †

- # Frigidi, concoquentes
  - Sanguinem, id eſt efferueſcentiam eius cohibentes,
    - Acetoſ. Simp.
    - De Enduia.
    - De Cichorio.
    - De Infuſion. roſ.
    - De ſucco punic.
    - De Lupulis.
    - De Cichor. cum Rhab.
    - De ſucco mal. Citri.
    - Additis decoctis, uel aquis ſtillatitijs
      - Cichorij.
      - Violarum.
      - Fumariæ.
      - Lactucæ.
      - Portulacæ, &c.
  - Bilem flauam, in
    - Capite
      - De Nenuſch.
      - De Papauere.
      - Additis decoctis, uel aquis ſtillatitijs
        - Lactucæ.
        - Nenupharis.
        - Sem. comm. frig.
        - Roſarum.
    - Pectore
      - De Iuiubis.
      - De ſucco Viol. Violarum.
      - Infuſio Viol.
      - Iuleb Violatum.
      - Additis decoctis, uel aquis ſtillatitijs
        - Violarum.
        - Portulacæ.
        - Iuiubarum.
        - Sebeſten, &c.
    - Corde
      - De ſucco acetoſæ.
      - Acetoſ. Citri.
      - Additis decoctis, uel aquis ſtillatitijs
        - Acetoſæ.
        - Nenupharis.
        - Roſarum.
        - Bugloſſæ.
        - Borrag.
    - Stomacho
      - Acetoſ. ſimp.
      - Oxyſaccharū.
      - Iuleb roſ.
      - De Granatis.
      - Roſatus, &c.
      - Additis aquis ſtillatitijs, uel decoctis
        - Acetoſæ.
    - Hepate
      - De Endiuia.
      - De ſucco Endiuiæ.
      - De Cichorio.
      - De Cichorio cum Rhab.
      - Additis decoctis, uel aquis ſtillatitijs
        - Endiuiæ.
        - Cichoriæ.
        - Cucurbitæ.
        - Portulacæ.
        - Nenuphar.
        - Solatri, &c.

- ♉ Conſiſtenti, & uel
  - Conſeruæ & confectiones
    - Calfacientes ſiue roborantes
      - Caput
        - Aurea Alexandrina.
        - Mithridatum.
        - Conſerua
          - Anthos.
          - Acori.
          - Betonicæ.
          - Lauendulæ.
          - Saluiæ.
          - Pœoniæ.
      - Pectus: conſerua
        - Capill. Ven.
        - Enulæ campanæ.
        - Hyſſopi.
      - Cor
        - Mithridatum.
        - Theriaca.
        - Conſerua
          - Bugloſſæ.
          - Borraginis.
          - Meliſſæ.
      - Stomachum
        - Conſerua menthæ.
        - Conſerua ſaluiæ.
        - Acorus conditus.
        - Citria condita.
        - Zingiber conditum.
        - Mithridatum.
        - Theriaca.
    - Frigeſacientes
      - Caput
        - Conſerua florum nenupharis.
        - Conſerua Roſarum.
        - Conſerua Violarum.
      - Pectus. Conſerua Violarum.
      - Cor. Conſerua
        - Acetoſæ.
        - Borraginis.
        - Bugloſſæ
        - Roſarum.
      - Ventriculum
        - Conſerua Roſarum.
        - Conſerua Violarum.
        - Conſ. Acetoſæ.
        - Conſ. de nenuphare.
        - Cotonea condita.
      - Hepar. Conſerua
        - Roſarum.
        - Violarum.
        - Cichorij.
  - Eclegmata,
    - Calida
      - Mitiora. Loch
        - De pino
        - De pulmone uulpis
        - Tuſsi diuturnæ & Aſthmati medentur.
      - Vehementiora. Loch
        - Ad aſthma.
        - Sanum & expertum
        - De Scylla.
        - Aſthmati antiquæ à craſsis & uiſcidis humoribus auxiliantur.
    - Frigida. Loch de papauere. Tuſsi à caliditate & ſiccitate ſuccurrit.

V 4

- △ Medicamenta compoſita, alterantia, ſumpta in forma ſolida,
  - Prætenui, ut ſunt ſpecies aromaticæ, ſiue confectiones, & uel
    - Calidæ, id eſt confortantes
      - Caput
        - Diambra.
        - Diamarg. cal.
        - Elect. pluriſarcoticon.
        - Dianthos.
        - Diamoſchu.
      - Pectus
        - Diairis.
        - Diapraßium.
        - Diapenidion.
        - Diacalamentum.
        - Thragacanthum cal.
      - Cor
        - Dianthos.
        - Diambra.
        - Diamoſchu dul.
        - Diamarg. cal.
        - Elect. de gemmis.
        - Elect. lætitiæ Gal.
        - Roſata nouella.
      - Ventriculum
        - Aromaticum roſ.
        - Aromat. Caryoph.
        - Diagalanga.
        - Diacyminum.
        - Dianiſum.
        - Diacinnamomum.
        - Diaxyloaloes.
        - Diatrion peper.
        - Diagingiber.
      - Hepar
        - Diacinnamomum.
        - Diacalamentum.
        - Diacoſtum.
        - Dialacca.
        - Diacurcuma.
      - Splenem
        - Diacapparis.
        - Diacalamenthum.
        - Diacoſtum.
      - Matricem
        - Diambra.
        - Diacalamentum.
        - Elect. de gemmis.
        - Elect. Ducis.
        - Elect. dulce.
    - Frigidæ, id eſt roborantes
      - Caput
        - Diarhodon Abb.
        - Diacoralli.
        - Diacodion.
        - Manus Chriſti.
      - Pectus
        - Diapapauer.
        - Diatragacanth. frig.
        - Dispenidion.
      - Cor
        - Diamarg. frig.
        - Diacoralli.
        - Triaſandali.
        - Manus Chriſti.
      - Ventriculum
        - Diarhod. Abb.
        - Triaſandali.
      - Hepar, ſplenem & matricem
        - Diarhod. Abbatis.
        - Triaſandali.
  - Grandiore, ut ſunt Trochiſci, & uel
    - Calidi, ſiue aperitiui
      - De Eupatorio.
      - De Rhabarbaro.
      - De Myrrha.
      - De Lacca.
      - De Cappare.
      - Aliptæ Muſchatæ.
    - Frigidi, ſeu conſtrictiui
      - De Carabæ.
      - De Spodio.
      - De Veſicaria.
      - De terra Lemnia.
      - De Caphura.
      - De Berberis.
      - Diarhodon.
      - Ramich.
      - De terra ſigillata, &c.

Ex his ſpeciebus aromaticis, poſſunt fieri Trageæ, uel Rotulæ, ſiue Tabulæ, additis alijs rebus odoratis et ſaccharo, ita ut in Trageis Specierum doſis non excedat ʒ.iij.
Odoramentorũ non excedat ʒ.viiij, ſacchari, ad ſummum ℥.vj.
In tabulis uerò ſiue rotulis, ſpecierum & odoramentorum doſis non tranſeat ʒ.viij, uel vj. ſacchari ℥.iiij, uel v.

Trochiſcus rotunda quædam compoſitio eſt, depreſſa, ad formã ſeu ſimilitudinem magni lupini. Doſis eorum eſt à ʒ.ſs, uſq; ad ij.
Exhibentur triti, ex aqua, aut uino, aut alio quouis liquore ebibendi. Nonnunquam antidotis, ſaccharo, pilulis, clyſteribus, unguentis, alijsq; huiuſcemodi commiſcentur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0249-8

- † Medicamenta compoſita, alterantia, extrinſecus applicanda ſunt
  - Olea, et uel
    - Calida, digerentia ſiue rarefacientia
      - Debiliora
        - Chamæmelinum.
        - Anethinum.
        - De nucibus.
        - Amygdalarum dulcium.
        - Roſatum completum.
      - Vehementiora
        - Amygdalarum amararum.
        - Abſynthinum.
        - Coſtinum.
        - De lateribus.
        - Laurinum.
        - De iunipero.
        - Maſtichinum.
        - Nardinum.
        - Rutaceum.
        - Vulpinum.
        - Scorpionum, &c.
    - Frigida, repellentia, & reſtringentia
      - Roſatum.
      - Citoniorum.
      - Omphacinum.
      - Myrtinum.
      - Nymphee.
      - Papaueris.
      - Violarum.
  - Vnguenta, quæ componuntur ex ſpeciebus, iuxta morbi naturam, oleis & cera uel gummi. Pro qualibet olei uncia damus ʒ j. pulueris ſiue ſpecierum, aut ad ſummum ʒ ij. cum pauco ceræ. Horum autem alia ſunt uel
    - Calida, rarefacientia, ſiue digerentia, ut Vnguentum
      - Arogon.
      - Agrippæ.
      - Dialtheæ.
      - Alabaſtrinum.
      - De Meliloto.
      - Martiatum.
    - Frigida, repellentia, Vnguentum
      - Cometiſſæ.
      - De bolo.
      - Infrig. Galeni.
      - Populeon.
      - Sandalinum.
      - Roſatum, &c.
  - Linimenta. Hæc ex eiſdem ferè rebus fiunt, quibus unguenta, dempta ſola cera, conſiſtentiam paulò molliorem & liquidiorem accipere debent.
  - Emplaſtra, quæ fiunt ex herbis, floribus, radicibus, ſpeciebus, craſſè contuſis, cum oleis uel alijs liquoribus ſimul miſtis uel bullitis. Pro cuilibet Manipulo, oleorũ, aut alterius liquoris ℥ j, aut ℥ j s. poni debet, &c. Horum alia
    - Calida, ſiue digerentia, ut emplaſt.
      - Diachylon
        - Simp.
        - Compoſitum.
      - De Meliloto.
      - Oxycroceum.
      - Apoſtolicum.
      - De Baccis lauri, &c.
    - Frigida, repellentia
      - Album.
      - De cruſta panis, &c.
  - Cataplaſmata. Hæc ab emplaſtris differunt, quæ fiunt tantùm è plantis uiridibus cõtuſis, uel iiſdem ad mollitudinem uſq; in aqua decoctis, abſque aliquo liquore pingui, hypocondrijs adhiberi ſolent, alijsq; partibus, quæ ſuſpecta ſemper ſunt, niſi prius corpore uacuato.
  - Cærota. Quod medicina eſt dura, membro diligenter adhærens. Vnguenta ut cum cera fiunt, ita cærota cum reſina. Damus pro qualibet olei uncia ʒ. j. pulueris, uel ad ſummum ʒ. ij. cum reſina, quantum ſatis erit. Horum alia
    - Calida, ut Cærotum Stomachale, &c.
    - Frigida, ut
      - Cærotum infrig. Gal.
      - Sandalinum.
  - Epithemata. Nihil aliud eſt, quàm compoſitio quædam ex aquis ſtillatitijs, & ſpeciebus, in qua pannus lineus uel laneus immerſus, cordi, hepati, uel renibus apponitur. Doſis aquarum eſt ℥. xij. Specierum uerò à ʒ. j s, ad ʒ. ij.
  - Fomenta. Fiunt ſpongiæ madefactæ in decoctione aliqua, & expreſſa, locoq; patienti appoſita.
  - Sacculi. Componuntur ex herbis, floribus, ſeminibus, radicibus, & id genus alijs. Adhibent magna ex parte, capiti, cordi, uentriculo, iecinori, lieni & utero, &c.

## De ſimplicium medicamentorum facultatibus dignoſcendis, ex Gal. de Simp. med. fac.

- *Facultates medicamentorum cognoſcuntur*
  - **Exactè**
    - *Tactu, in quo conſiderandum*
      - *Primò, an per ſe, uel ex accidente medicamentum tale ſit.*
      - *Secundò, ut nulla aliena qualitate ſit affectum, ſed tepidum.*
      - *Tertiò, ad quod dicatur medicamentum, quod explorandum uenit, nempe ad naturam humanam, & non ad rerum naturam dici. Debet autem prius explorari in temperatis, deinde intemperatis, poſtremò ægrotis.*
      - *Quartò, num ſimplex uel miſtum ſit. Nam medicamentum, quod in iudicium uenit, non miſtum ſed ſimplex eſſe oportet. Vel ita miſtum eſſe oportet, ut id, cui miſcetur, nulli diuerſi temperamenti ſit, ut in aqua & cerato.*
    - *Guſtu, nempe ſaporibus, quorum alij ſunt*
      - *Calidi*
        - *Valdè, atq; partium*
          - *Craſſarum et ſiccarum, ſiue terrearum, ut ſapor*
            - *Amarus. Hic*
              - *Humorum craßitiem incidit & attenuat.*
              - *Abſtergit.*
              - *Expurgat.*
              - *Menſes mouet.*
              - *Pus ex thorace & pectore eijcit.*
            - *Nitroſus, minus calidus quàm amarus*
              - *Erodit.*
              - *Carnem colliquat.*
            - *Salſus, minus calidus, quàm nitroſus*
              - *Contrahit.*
              - *Conſtringit.*
              - *Condiendo ſeruat.*
              - *Digerit.*
              - *Deſiccat citra apertam caliditatem.*
          - *Tenuium & humidarum, ut ſapor acris. Hic naturæ uel aduerſatur*
            - *Tota ſubſtantia, qualis eſt in*
              - *Sandaraca.*
              - *Auripigmento.*
            - *Immoderatione caloris, qui ſi fuerit ſubſtantiæ*
              - *Craßioris rodit & exedit, ut*
                - *Arſenicum.*
                - *Hydrargiros.*
              - *Tenuioris. Hic*
                - *Incidit humores craſſos.*
                - *Sudores, urinas & menſes mouet.*
                - *Humores flatus, & uapores digerit, & diſcutit.*
        - *Mediocriter, atque partium*
          - *Craſſarum ſiue terrearum, ut ſapor dulcis qualis eſt in caſtaneis.*
          - *Humidarum, & eiuſmodi humiditas uel eſt*
            - *Aquea, ut ſapor mediocriter dulcis.*
            - *Aërea, ut pinguis ſapor. His*
              - *Humectat.*
              - *Emollit.*
              - *Laxat, &c.*
            - *Aquea & aërea ſimul, ut ſapor medius inter pinguem & dulcem.*
          - *Humidarum & craſſarum æqualiter ſimul, ut ſapor dulcis magis & minus, pro uehementia & uiribus, quas in ſubiectum exercet, humidum & ſiccum melius & deterius permiſcens: ita tamen, ut neque humores reſoluat, neq; ſiccas partes adurat. His concoquit, laxat, rarefacit, &c.*
      - *Frigidi, atq; partium*
        - *Craſſarum & terrearum*
          - *Magis, ut ſapor acerbus*
          - *Minus, ut auſterus*
          - *Hi*
            - *Contrahunt.*
            - *Conſtringunt.*
            - *Denſant.*
            - *Repellunt.*
            - *Incraſſant.*
            - *Refrigerant.*
            - *Exiccant.*
        - *Subtilium & aquoſarum, ut ſapor acidus. Hic*
          - *Incidit.*
          - *Extenuat.*
          - *Diuidit.*
          - *Farctu liberat.*
          - *Mordet, &c.*
  - **Non exactè**
    - *Odoratu. Ab hoc non totum eſt conijcere de medicamentorum facultatibus propter inæqualitatem ſubſtantiæ, quod ſint dißimilares: proinde non æquè eius partes euaporant, ac perinde ſenſum mouent, niſi partes aqueæ à calore in uaporem reſoluti.*
    - *Viſu. Ab hoc adhuc minus tutum eſt de medicamentorum facultatibus ſumere indicium, quod in ſingulis coloribus, calida, frigida, humida, ſicca reperiantur.*

## De ratione curandi omne morbos, ſecundum remediorum qualitatem, quantitatem, &c. ex Gal. de Methodo medendi, & alijs.

- Medicamentorum uſus tres continet regulas, quarum
  - Prima conſiſtit in eligenda qualitate ipſius medicamenti, uidelicet
    - Calidi.
    - Frigidi.
    - Humidi.
    - Sicci.
    - Nam dirigit nos ad qualitatem ſimpliciter eligendam cognitio generis morbi. Quoniam cognita ægritudinis qualitate, eligẽdum eſt illi medicamentum ſua qualitate contrarium: cum morbus ſuo curetur contrario, ſanitas uerò ſuo ſimili conſeruetur. Cæterùm non quælibet repletio neq; mala temperantia curatur per contrarium, ut per euacuationem & contrariationem, ſed per oppoſitam alterationem. Quoniam ſæpiſſimè uſus optimi regiminis ad repletionem & malam temperantiam adhibiti ſatisfaciunt.
  - Secunda, in eligenda quantitate, ſecundum menſuram
    - Ponderis eius, uidelicet
      - ℔
      - ℥
      - ʒ
      - ℈
      - gr.
      - Nam ſi morbus fuerit
        - Magnus, & membrum & corpus ualidũ, magnum medicamentũ dare conuenit.
        - Paruus, & corpus imbecillum, paruum medicamentum exhibendum erit.
    - Qualitatis, ut graduum caliditatis, frigiditatis, humiditatis, ſiccitatis. Quoniam menſura quantitatis cognoſcitur ex
      - Membri natura. Vide in ſequentibus, ſignum ✠
      - Morbi magnitudine, cui conuenit. Nam ſi
        - Caliditas morboſa adſit, extingui frigidiore medicamento.
        - Frigiditas reperiatur accidentalis, calidiore medicamento caleſieri.
        - Neutra earum ualida fuerit, medicamentum min.s ualendum exhibendum.
      - Circunſtantijs alijs, ut
        - Ætate.
        - Conſuetudine.
        - Sexu.
        - Aëre.
        - Tempore anni.
        - Regione.
        - Arte.
        - Robore.
        - Corporis habitu, &c.
  - Tertia, in obſeruando tempore ægritudinis, ut exempli cauſa
    - Abſceſſus, in cuius
      - Principio, quæ repellunt
      - Augmento, quæ repellunt & reſoluunt ſimul
      - Statu, quæ reſoluunt
      - Admouenda ſunt.
    - Febris
      - Acutæ, in cuius
        - Principio, modicè
        - Statu, extremè
        - Victus attenuandus eſt.
      - Diuturnæ, in cuius
        - Principio, plenus
        - Statu, tenuis
        - Victus exhibendus.

- ✠ Menſura quantitatis, ex membri natura, quæ cognoſcitur ex
  - Temperatura. Nam cognito naturali membri temperamento ſimul cum morboſæ temperaturæ magnitudine, cognoſcitur quantum quis à ſua naturali temperie diſtat, uerbi gratia, ſi fuerit alicuius temperamentum
    - Frigidum, & morbus fuerit calidus, tunc is à ſua temperatura magno diſtat receſſu, magnaq; indiget refrigeratione.
    - Calidum, & calidus pariter morbus, exigua refrigeratio ſatis erit.
  - Formatione, in qua quatuor perpendenda: uidelicet
    - Figura
    - Superficies
      - A quibus modica uel nulla ſumitur indicatio.
    - Viæ. Nam membrorum alia habent meatus
      - Amplos tam intus quàm extra, quo fit, ut ab iis excrementa modico expellantur medicamento, ut ſunt uentriculus & iecur, &c.
      - Occluſos, & proinde fortiore indigent medicamento, ut ſunt cartilagines, ligamenta & oſſa.
    - Receptaculum. Nam membra cauitatem habentia parte
      - Neutra, ut nerui, ualidius
      - Altera tantùm, ut nucha, imbecillius.
      - Interiore, ex exteriore, & ſunt compactæ ſubſtantiæ, ut renes, leuius
        - Expoſcunt medicamentum.
  - Poſitione ſiue ſitu, nimirum ut obſeruetur
    - Locus, ubi membrũ poſitũ ſit, quod tripliciter fert opem,
      - Primò
        - Vicinitate. Nam ſi propinquus fuerit locus, ut uentriculus, modica medicamenta in ipſum agent.
        - Diſtantia. Nam ſi remotum fuerit membrum, ut pes, uis profectò medicamentorum mediocrium reſoluetur priuſquã eò perueniat: quo fit ut ualentius medicamẽtum remota membra expoſtulent. quod tribus modis perficitur, uel addẽdo
          - Quantitatem, in pondere & menſura.
          - Qualitatem in gradu, ſecundum temperamenti. Ea quæ ſua tenuitate medicamenta penetrare faciunt in profundum. Hac enim ratione in coxendicum doloribus, emplaſtris aceto ſubactis, utimur.
      - Secundò, notitia eorum ſimplicium, quæ admiſceri debent medicamentis, ut illa ad membra affecta uehantur. Nam in medicinis
        - Cordis, Crocus,
        - Capitis, Nux myriſtica
          - Rectè ponuntur.
      - Tertiò, notitia admouendorum medicamentorum. Nam ſi fuerit ulcus
        - Inteſtinis, clyſteribus
        - Superioribus partibus, potionibus
          - Curãdum eſt.
    - Conſenſus, uidelicet cum quibus membris communicantiam habeat membrum medicandum. Nam cùm materia conſederit in iecinoris parte
      - Gibba, per urinam ducere oportet.
      - Quoniam iecoris gibbum cum renibus conſenſum habet.
      - Caua, per aluum ducere oportet.
      - Quoniam iecoris cauum cum inteſtinis habet conſenſum.
    - Locus & conſenſus ſimul: uidelicet, ut ſciatur, quid agendum ſit, cùm materia uel fluit, uel fluxit. Nam ſi
      - Fluit, eam ſuo auertemus loco, quatuor obſeruatis conditionib⁹: quarum
        - Prima eſt, ad partem oppoſitam, quam antibieſin Græci dicunt: uidelicet cùm reuellimus
          - Ex dextra ad leuam.
          - Surſum, ab his quæ infra ſunt.
          - Deorſum, ab his quæ ſurſum ſunt.
        - Secunda eſt, ad partem conſentientem reuocatio. Nam cùm menſium exuperantia cohiberi poſtulat, uitrea cucurbita magna mammis appoſita, id commodè fit.
        - Tertia, ut reſpiciatur pars, è regione ſita. Nam in affectibus
          - Iecoris, dextri brachij baſilica ſecanda erit.
          - Lienis, ſiniſtri brachij baſilica ſecanda.
        - Quarta eſt, ut animaduertatur diſtantia, ne ſcilicet ad locum nimis uicinum reuocamus: ut ſi in oculo, non trahatur ad nares: ſi in aure dextra, trahatur ad ſiniſtram.
      - Fluxit perfectè, iam euacuare licet per locum
        - Patientem, cùm tamen non uerendum ſit de materiæ attractione.
        - Vicinum, ut in
          - Affectibus uteri, per Saphenam.
          - Angina, per uenas ſub lingua exiſtentes.
  - Viribus. Vide in ſeq. ſignum #

Vide infra fol. 250

Vitrea Cucurbita mamis apposita, menses sistit.

X

# Viribus, quæ tripliciter conſideranda ueniunt
- Primò, in nobilibus & principalibus membris. In his enim uti non licet medicamentis fortibus Quoniam uniuerſum læderetur corpus. Nam quod ex
  - Cerebro
  - Iecore
  - Euacuandũ eſt, non unà, ſed pluribus uicibus factitandum eſt, ſicuti nec omnino in eorum affectibus infrigidandum.
- Secundò, in membris, quæ commune habent officium, ut eſt uentriculus & pulmo, quæ etſi principalia non ſint, non tamen fortia expetunt medicamenta, ne ab his eorum deſtruantur uires. Nam
  - Ventriculus hepati
  - Pulmo cordi
  - Subminiſtrat.
- Tertiò, in membris ualdè ſenſibilibus. Nam apponere medicamenta uenenoſæ qualitatis, acria ac exulcerantia, ut eſt Elaterium ac Tithimallorum omne genus, ſupra neruea ſenſifica peßimum eſt, ſicut etiam peßima ſunt medicamenta extremè
  - Diſſoluentia, ut Ærugo.
  - Infrigidantia, ut Ceruſſa.
  - Oppoſitas qualitates habẽtia, ut Æs uſtum.

## AVICENNA.

¶ At cùm ad contrarium locum materiam fluentem reuellere oportet, primò quidem particulam, à qua reuellendum eſt, à dolore liberare conuenit, atque etiam animaduertere, ut materiæ tranſitus non fiat per membrum nobile.

## IDEM.

¶ Medicamenta diſſoluentia hepati apponenda, aſtringentibus odoratis permiſceri debent, ut robur perſiſtat. Idemq́; agendum in his, quæ potu ſumuntur. Præterea magnum uitæ periculum affert, imponere ſupra membra principalia, & quæ eis uicina ſunt, medicamenta exquiſitè emollientia.

## De ratione curandi omnes morbos, ſecundum medicamentorum qualitatem, quantitatem, utendi modum, &c. aliter, ex Gal. de Arte curandi ad Glauconem Acakia interprete.

*Medicamentorum uſus conſiſtit in recta eorum adhibendorũ ratione: quæ habetur ex eorum*

- *Qualitate, quæ à tribus ſumitur: uidelicet*
  - *Actione, quã edunt, & uel*
    - Qualitates
      - *Primæ, ut caliditas frig. humid. ſiccitas.*
      - *Secundæ, id eſt ex his natæ, ut quæ emolliũt, indurant, laxãt, tendunt.*
    - *Subſtantiæ concrementũ conſequuntur, cuiuſmodi ſunt, quæ*
      - *Tenuant.*
      - *Incidant.*
      - *Incraſſant.*
      - *Meatus infarciunt.*
    - Ex *ambobus naſcuntur*
      - *Aſtringent.*
      - *Denſans.*
      - *Repellens.*
      - *Aperiens.*
      - *Digerens, &c.*
    - *A totius ſubſtantiæ ſimilitudine, ut medicamentum purgant.*
  - *Parte, cui applicantur, ut ſunt Becchica, Stomachica, Hepatica, &c. Hæc oſtendunt tum*
    - *Locus: ut Venter, Stomachus, Iecur, quæ roborandi uim habeant, expoſtulant.*
    - *Locus: ut remotus, tenuia: uicinus, craſſa & uiſcoſa.*
    - *Morbi natura: ut Comitialis, pœnia iuuari creditur, &c.*
  - *Affectu, cui medentur & uel*
    - *Secundum naturam (temperatura dicitur) poſcit hic, ſi —*
      - *Calidus, calida.*
      - *Frigidus, frigida.*
    - *Præter naturam, & poſcit*
      - *Calidus frigida.*
      - *Frigidus, calida, &c.*
- *Quantitate: quæ ſumitur ab —*
  - *Magnitudine morbi. Nam*
    - *Magnus, uehementia poſtulat remedia.*
    - *Paruus, imbecillia poſcit remedia.*
  - *Pertinacia morbi. Nam qui non facilè ſoluitur, ualidiora requirit medicamenta. Qui facilè, clementiora, ac rarius medicamenta poſcit.*
  - *Propria corporis natura. Nam omnibus idem medicamentum non conuenit, cùm alij odorantes ſolùm faſtidiunt, alij concoquant, alij plus, alij minus ferant.*
  - *Virium robore, quòd ſi*
    - *Validum, largius & frequentius admittit.*
    - *Imbecillum, rarius ac parcius medicamentorum fert uſum.*
  - *Partis conditione, quam ſex oſtendant, uidelicet —*
    - *Senſus tum*
      - *Præſtantia. Senſus enim acutus, uehemens & copioſum med. reſpuit.*
      - *Hebetudo. Hebes & obtuſus ſenſus, à medicamentorum tum qualitatè uehementiore, tum quantitate, non ita facilè læditur.*
    - *Subſtantia*
      - *Rara, laxa, denſa, mollis, mitiora, deſiderat med.*
      - *Denſa, compacta, durã, ualidiora fert.*
    - *Officium, quod uel*
      - *Toti corpori commune*
        - *Cerebrum.*
        - *Cor.*
        - *Iecur.*
        - *Ventriculus*
        - → *Hæc blandius ac parcius, &c.*
      - *Priuatum, ut*
        - *Os.*
        - *Caro.*
        - *Cartilago.*
        - *Crus, &c.*
        - → *Hæc acrius ac liberalius, &c.*
    - *Formatio partium. Quædam enim —*
      - *Vias latas & patentes habent tam intra quàm extra, mitius ac parcius med. efflagitant.*
      - *Meatibus carent, uberius & acrius med. deſiderant.*
      - *Vias anguſtas habent, hæc quoque acrius ac uberius pro ratione anguſtiæ medicament. expoſcunt.*
    - *Situs partium. Quædam enim poſitæ ſunt in*
      - *Alto corporis, hæ uehementius & longè à uijs purgatorijs, &c.*
      - *Superficie. Hæ imbecillum magis & prope uias purgat.*
    - *Societas partium, quam habent cum*
      - *Nobili aliqua, ut uentriculo.*
      - *Ignobili, &c.*
- *Vtendi modo. Vide in ſeq. ſign.* ☿
- *Occaſione. Vide in ſeq. ſignum* ☾

- ƺ Vtendi modo, quem hæc quinque oſtendunt: uidelicet
  - Humoris natura & motus. Nã aut
    - Fluit, & uel in partem
      - Nobilem: & hic per commodũ locum uel
        - Retrahendus. Retrahitur autem commodè, uel
          - Per locum unde fluit, aut ſaltem uerſus locum unde fluit, quàm longiſſimè fieri poteſt, niſi quid impediat, ut in fluxione ſanguinis per narem dextram, cucurbitulæ hepati apponendæ.
          - Per directum, ad locum unde fluit, hoc eſt recto tramite, ut manu laborante, ſcariſicandum crus.
          - Per fibras rectas, ut latere dextro interno inflammato, uena cubiti dextra ſecanda.
          - Hæc autem fluxionis reuocatio in longinqua impeditur ubi uel
            - Vehementer concitata eſt expultrix facultas.
            - Magnus eſt morbus & præceps.
            - Humor cum graui periculo in partem aliquã decumbit.
        - Deriuandus, idq; ſemper in propinquiora.
      - Ignobilem, per uiam uel
        - Rectam, cùm natura
          - Valida, eſt ſinenda.
          - Imbecillis, eſt iuuanda.
        - Non rectam, tum ut ſuprà faciendum.
    - Non fluit, ſed in corpore, uel eius partibus reſidet: & peccat uel
      - Quantitate: miſſione ſanguinis, ſi nihil impediat, educendus.
      - Qualitate, & eſt uel ad excretionem
        - Paratus: educendus per idonea loca.
        - Non paratus, tunc parandus eſt.
  - Morbi conditio, quæ eſt uel
    - Velox, & hæc uehemens & repentinum medciamentum expoſcit.
    - Tarda, contrà.
  - Via ſeu locus, per quam educitur, talia loca conuenientia ſunt
    - Inteſtina.
    - Veſica.
    - Vterus.
    - Palatum.
    - Nares.
    - Cutis.
  - Remedij uehementis, quæ fit uel
    - Euacuatione, quam ſi ſemel ferre non poteſt, partienda in plures erit, ut in cacochymia. Hanc nanque natura protinus ſuſtinebit.
    - Alio modo.
  - Locus. Hic potius formam medicamentorum, quàm miniſtrandi modus docet. Alia enim
    - Ano
    - Vtero
    - Oculis
    - Capiti
    - Forma eſſe debet.

- ☾ Occaſione, καιρὸν Græci uocant, id eſt temporis partem, quæ in ſe habet rei alicuius idoneã faciendi, aut non faciendi opportunitatem. Sunt autem remediorum opportuna tempora, quando
  - Remedium flagitans præſens eſt: ut
    - Morbus.
    - Cauſa.
    - Symptoma.
  - Remedium admittens abeſt. Hæc eſt uirĩu facultas, quæ magna ex parte ualet
    - Initio, ſanguinis miſſio, aut purgatio, quando uel turget, uel parata eſt ad excretionem.
    - Declinatione. purgatio. Ita per initia particularium acceſſionum uomitum ciere licet: in declinatione uentrem inferiorem mouere, ſudores elicere.
  - Motus eſt, uel
    - Humoris
    - Naturæ
    - Vtriuſque
    - Non enim omni tempore, omnia remedia adhibenda, ſed alia in declinatione, alia in principio, alia in ſtatu.

## De regulis quibuſdam alijs, in morbis curandis, admodum neceſſarijs, ex Auicenna quarta primi.

- In morbis curandis, nouem regulis indiget medicus, quarum —
  - Prima, in morbis, in quibus —
    - Verendum eſt, ne morbus ægrotantem perdat, antequàm eius aduentat concoctio, principio quidem fortiore medicamento utendum eſt, uidelicet aut —
      - Abundante uenæ ſectione, ut in febre ſynocha.
      - Forti
        - Euacuatione, ut in Angina.
        - Alteratione, ut in Phrenitide.
    - Non uerendum eſt, &c. à leuioribus ad fortiora uenire oportet, ſi leuia non ſufficiant.
  - Secunda. Nullo modo ab inceptis cõpetentibusq; recedendum eſt, etſi eorum iuuamentum remoretur. Non omnia (teſte Hipp.) ſecundum rationem facienti, & non euenienti, non eſt opus tranſire ad aliud, ſtante eo, quod à principio uiſum eſt.
  - Tertia. In errore iam cognito, non perſiſtat medicus, quanquam inde nulla proueniat noxa.
  - Quarta. In eadem morbi curatione, non unico tantùm medicamento, ſed pluribus medendum eſt. Quoniam ab aſſuetis non afficitur corpus. Nam quodlibet tam corpus, quàm membrũ, imò idem corpus, idemq; membrum diuerſis temporibus proprietatem indiuidualem habet, ut poſſit ab aliquo medicamento mederi, ab aliquo uerò non.
  - Quinta. Vbi morbus coniunctus fuerit uehementiſſimo dolori, tũc ab his quæ dolorem mitigant, inchoãdum eſt, tribus de cauſis: quarũ
    - Prima. Quoniam id, quod magis urget, prius tollendũ eſt.
    - Secunda. Quoniam dolor defluxiones humorum in affectam partem trahit.
    - Tertia. Quoniã exiſtente dolore, rarò curatur morbus: quia —
      - Naturæ opus intercipit.
      - Noua continua trahitur materia.
    - Qua in re, cùm ſoporificis opus eſt, papauere tantùm albo uti licet, niſi tanta ſit doloris pertinacia, quæ fortiora, ut opium expoſcat. Verùm ſi ex uehementi particularum ſenſu emergat dolor, tunc craſſiore medicamento, ipſoq; frigido opus eſt, niſi ſit quod prohibeat.
  - Regulæ, quibus in curãdis morbis indiget medicus, —
    - Sexta. Cùm morbus ignoratur, naturæ committendus eſt. Nam uel ipſum euincet, uel ſaltem demonſtrabit.
    - Septima. Illa in medium adduci debent, quæ uires tam uitales, quàm animales ualidas reddant, ut ſunt —
      - Lætitiam afferentes.
      - Fabulæ, riſum inducentes.
      - Conſuetudo præſtantiſſimorum uirorum.
    - Octaua. Cùm remedia non proſunt, tũc æger transferatur de
      - Regione in regionem.
      - Aëre in aërem: uidelicet de
        - Calido, ad frigidum.
        - Humido, ad ſiccum, &c.
      - Forma ad formam, uidelicet membrorum geſtus, ut reducantur membra læſa ad ſuum habitum naturalem.
    - Nona. Eximiè agendum eſt, ubi in eodẽ morbo duo concurrant, quæ contraria exigant medicamenta: ut eſt
      - Febris pituitoſa, quæ ratione caloris febrilis refrigerationem: ratione uerò humoris pituitoſi, calefactionem expedit.
      - Affectus, cuius morbus calefactionem, ſymptoma uerò refrigerationem, ut in colica paſſione, expoſcat.

## De his quæ euacuationem tum admittunt, tum prohibent, ex Auicenna quarta primi.

Quæ euacuationem tum admittunt, tum prohibent, ſunt uel—

- Actiones, ſeu uires facultatum principalium: quæ ſi fuerint—
  - Robuſtæ, ſolutionem admittunt, ſi adſit repletio.
  - Imbecilles, euacuationem prohibent tribus de cauſis, quarum
    - Prima eſt. Quoniam uires iam imbecilles, euacuatione prorſus deperduntur.
    - Secunda. Quoniam uis ipſa imbecillis, non poteſt reducere medicamẽtum aſſumptum de poteſtate ad actum.
    - Tertia. Quoniam uires purgantibus pharmacis laceſsitæ, citius morbo ſuccumbunt.
- Paſsiones,
  - Intrinſecæ, ut
    - Temperatura. Nam
      - Calida & humida facilè euacuationem tolerat, ob humorum exuperantiam, & uirium robur.
      - Calida & ſicca, non facile fert, ob
        - Sanguinis & ſpiritus inopiam.
        - Humores facilè inflammabiles, tum ex motu euacuationis, tum pharmaci acrimonia.
        - Virium imbecillitatem, quæ ut plurimum biliosis ineſt.
      - Frigida & humida, non facilè euacuationem tolerat, ob
        - Caloris — / Sanguinis / Spirituum — Inopiam.
        - Virium anguſtiam, quæ tum medicamentorum tranſitum, tum humorum euacuandorum, prohibet.
      - Frigida & ſicca ſimiliter, ut in frigida & humida.
    - Habitus corporis. Nam immoderatè
      - Macri, ob principalium facultatum diſſolutionis motum, euacuari non expetunt, ſed tantùm iis, quæ urinam cient, uti ac alimentis nutriri debent, quæ probatum ſanguinem generant.
      - Obeſi, euacuãdi non ſunt, cùm uerendum ſit, ne
        - Frigiditas præualeat.
        - Caro uenas opprimat, eaſq́; inanes claudat, ac inde ſuffocetur innatus calor.
      - (Macri et Obeſi:) Pariter agendum eſt, ubi ſymptomata aliqua reperiantur, quæ euacuationẽ omnino inhibeãt, ut eſt Diarrhœa, Conuulſio ex inanitione.
    - Ætas
      - Puerilis. Nam cùm pueri continua, ac magna diſſolutione ducantur, omnino euacuationes non ferunt.
      - Senilis. Nam cùm ualde ſenes ſint, uelut lucerna ad extinguendum parata, euacuationes omnino non tolerabunt.
- Extrinſecæ. Vide in ſeq. ſign. ♂

♂ *Paſsiones extrinſecæ tum euacuationem admittentes, tum prohibentes*

- *Tempus anni. Nam tempore*
  - *Æſtiuo calidiſsimo euacuare non conuenit, quatuor rationibus, quarum*
    - *Prima eſt, uirium imbecillitas, & aſsidua partium reſolutio.*
    - *Secunda eſt, maxima & defeſſa humiditas, tam ſubſtantialium quam nutrimentalium euacuatio.*
    - *Tertia. Quoniam omne medicamentum euacuãs, tranſit à circumferentia ad centrum. Feruor uerò æſtatis contrarium operatur.*
    - *Quarta. Quoniam quæ deijciunt ſua acrimonia corpora excalfaciunt, quo fit, ut inde frequenter febres exoriantur.*
  - *Hyberno frigidiſsimo nunquam euacuare licet tribus de cauſis, quarum*
    - *Prima eſt, ob uiarum à frigore aſtrictionem.*
    - *Secunda, ob humorum concretionem.*
    - *Tertia. Quoniam frigidiſsimo tempore, medicamentum uiarum contractione, diu in uiſceribus moratur, priuſquàm in humores eijciendos agat. Quo fit, ut tum uiſcerum calore, tum concoctricis facultatis robore, quod non ſemper ualidum reperitur, id alteretur & corrumpatur.*
- *Regionis & aëris diſpoſitio*
  - *Calidiſsima*
  - *Frigidiſsima*
  - → *Euacuare non licet, iis de cauſis, quibus hyeme & æſtate negatur deiectio & uenæ ſectio.*
- *Conſuetudo. Nam qui euacuari non conſueuerunt, euacuandi non ſunt tribus de cauſis, quarum*
  - *Prima. Quoniam, qui conſueti (ait Hipp.) ſunt ſolitos labores ferre, etſi fuerint imbecilles & ſenes, non conſuetis fortibus, atque iuuenibus facilius ferunt.*
  - *Secunda. Cùm purgantia medicamenta naturæ admodum inimica ſint, primo ſtatim occurſu ipſam deterrent. Quo fit, ut frequentius euomantur priuſquàm de potentia ad actum perueniant.*
  - *Tertia. Quoniam in humanis corporibus reperiuntur quædam proprietates indiuiduales, miſturam elementorum ſequentes, quibus aliqui facilè à leui purgantur pharmaco, à forti uerò deſtruuntur. Alij uerò contrarium agunt.*
- *Ars. Nam qui habent exercitia magna, ut ij qui*
  - *Balneis ſubminiſtrant*
  - *Onera grauia baiulant*
  - *Terram* / *Metalla* } *Fodiunt*
  - → *Euacuandi non ſunt. Cùm ex ſudatione continua reſoluantur: quæ ſi medicamentis augeretur, uel miſsione ſanguinis, uires profectò proſternerentur.*

## De his quæ ante euacuationem medico ſint obſeruanda, ex Auicenna quarta primi.

*Ante euacuationem quædam medico obſeruanda ueniunt:*

- *Primò: ut is qui euacuandus eſt humor, rectè euacuetur, quo ad corporis & animi ſubſequatur tranquillitas: non quidem contrarium, ut eſt*
  - *Corporis inflammatio.*
  - Laßitudo partium.
  - Ephemera febris.
  - inteſt. / Veſicæ — Exulceratio.
  - Nam dicit Hipp. *Si talia purgentur, qualia purgari oportet, & confert, & facilè ferunt. Sic & uaſorũ manitio ſi talis fiat, qualis fieri debet, confert, & leuiter ferunt: ſin minus, contrà.*
- *Secundò: ut optimè inſpiciatur, per quem locũ, quæ euacuanda ſunt, ducere oporteat. Nam*
  - *Nauſea, per uomitum*
  - *Inteſtinorum tormina, per alui deiectionem,*
  - *Menſtruus ſanguis, per uteri uenas,*
  - *Sudores, per cutis ſpiracula*
  - *Euacuandum erit. Nam quæ ducere oportet* (ut ait Hipp.) *quo maximè natura uergit, per loca cõferentia, ea ducere conuenit.*
- *Tertiò: ut meatus, quo euacuandum eſt, in eodem ſit latere, ad quod materia uergit. Vt ſe habet dextri brachij interna uena, ad iecoris affectus. Verùm animaduertendum eſt, ut*
  - *Membrum, per quod ducendum eſt*
    - *Sit ignobilius eo, à quo fit euacuatio.*
    - *Non ſit aliquo morbo affectum, quo humores in ipſum confluant, & magis afficiant.*
  - *Materia, quæ euacuari debet, ducatur*
    - *Competentioribus organis, ut ſunt organa urinæ ad iecoris gibbum, inteſtina ad iecoris concauum.*
    - *Non ducatur, cùm admodum exuperat, de parte in aliam partem, in qua morbum magis excitet.*
- *Quartò: ut tempus, in quo euacuatio tentanda ſit, conſideretur. Nam in*
  - *Morbis*
    - *Acutis*
      - *Quietis* — *Expectanda eſt concoctio.*
      - *Turgentibus & inquietis, non* — *Expectanda eſt concoctio.*
    - *Diuturnis, omnino materiæ concoctio expectanda eſt, quod facilius aſſequi poterit, ubi prius attenuantibus uſus fuerit, ut hyſſopi decocto.*
  - *Humoribus aliqua particula detentis, euacuatio tentanda non eſt, priuſquàm concoquantur. Verùm ubi turget materia, ut diximus, nequaquam concoctio expectanda erit. Quo fit, ut in*
    - *Pleuritide*
    - *Angina*
    - *Apoplexia*
    - *Colico dolore, à craſſa pituita genito*
    - *Statim à principio euacuare oporteat.*
  - *Virium deliquio: ut ubi uerendum ſit, ne uires ſuccumbant, priuſquàm concoctionis tempus adueniat, omnino euacuandum, poſtquàm nobis cauerimus, ut materiæ ſubtilitatem & craßitiem ſciamus. Quoniam ſi ſpiſſa fuerit, & craſſa, ipſam mouere non debemus, niſi poſt ſubtiliationem.*
- *Quintò, ante euacuationem conſiderandum uenit, ut perſcrutetur quantitas*
  - *Materiæ. Nam ſi ipſa admodum exuperans reperiatur, & uires fuerint imbecilles, non una tantùm uice, ſed pluribus euacuari debet.*
  - *Virium. Nam ſi uires fuerint robuſtæ, & materiæ exuperantia multa, una tum uice, tum pluribus euacuari poterit.*
  - *Accidentium. Nam ſi aliquod ſymptoma euacuationem ſequi uerebimur, factitandum id eſt pluribus uicibus, niſi ſpes certa ſit ſuccurrendi, ut in conuulſione & repletione fieri ſolet.*
- *Sextò: ut animaduertatur, ſi materia euacuanda, cum ſanguine admiſta ſit. Quòd ſi euenerit, euacuari quidem ſemel non tolerat, ut fit in coxendico affectu, cancro, inueterataq; ſcabie.*
- *Septimò: ut non tam exquiſitè euacuetur, quod eo imbecillitatis ducatur æger, quo refici nequeat. Quoniam natura ipſa ut plurimum reſidua conficere ſolet.*
- *Octauo: ut ſi morbus alijs emergat, à conſuetæ fluxionis cõtrictione, illius euacuationis reuerſio fit, cùm ipſa ut plurimum conferat. Nam ſi detentio ſordium aurium, uel narium, uertiginem excitauerit, his accerſitis, procul dubio diſcedet morbus.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0260-4
DFG

## Quotmodis tam generaliter quàm particulariter euacuatio fiat, ex Gal. quarto Aphoriſ. & quibuſdam Neotericis.

- *Euacuatio corporis fit*
  - *Generaliter*
    - *Sanguinis miſſione, per inciſionem*
      - *Venæ.*
      - *Cutis, in cucurbitulis.*
    - *Acuta exercitatione.*
    - *Multa frictione.*
    - *Purgatione, quæ fit per*
      - *Vomitum.*
      - *Aluum.*
      - *Vrinam.*
      - *Sudorem.*
    - *Fluxum ſanguinis*
      - *Narium.*
      - *Menſium.*
      - *Hæmorrhoidarum.*
    - *Inedia longa*
      - *Cibi.*
      - *Potus.*
    - *Balneis calidis, præſertim*
      - *Nitroſis.*
      - *Sulphureis.*
      - *Bituminoſis.*
  - *Specialiter, à*
    - *Capite*
      - *Euidenter, per*
        - *Palatum.*
        - *Nares.*
      - *Occulté, per*
        - *Aures.*
        - *Oculos.*
        - *Cutis tranſpirationem.*
    - *Pectore, per ſputum tuſſi reiectum.*
    - *Ventre, per*
      - *Aluum.*
      - *Vomitum.*
    - *Inteſtinis, per alui deiectionem.*
    - *Venis — Renibus — Veſica*: *Per urinam.*
    - *Locis muliebribus, per menſtruas purgationes.*
    - *Quauis particula, per*
      - *Sudorem.*
      - *Occultam tranſpirationem, tam ab ipſa natura, quàm per calidorum admotionem: ſub quo genere ſunt cauteria, cruſtas inducentia, manes cucurbitulæ, &c.*
    - *Apoſtemate, uel per*
      - *Digerentia ac diſſoluentia.*
      - *Loci ſectionem, cùm ſuppuratum ſit.*

## Nunquid, qui morbo laborent, ſint purgandi, & quo pacto præparari debeant, ex Gal. lib. de his quos purgare conueniat, & primo & tertio Aphoriſmorum.

*Diligenter obſeruãdum eſſi idoneus ſit ad purgandum, qui morbo laborat: ne*

- *Multis, crudis, tenacibus & craſſis humoribus abundent.*
- *Meatus, per quos humores educendi ſint, occluſos habeant.*
- *Sub coſtis, uentrem tenſum, inflammatum, uel eximié calidũ ſentiant.*

*Hi nanque ad purgandum ſunt inepti. Nam medicamenti uis, quæ humores tum excutit, tum diuellit, facilius opus ſuum abſoluit, cùm humores ad fluendum paratos offendit. Ideóq; prius attenuandi, incidendi, & meatus dilatandi erunt, ut facilius currant. Aliter enim purgatio non ſuccedit abſque torminibus, uertigine, nauſea, malo pulſu, exolutione, uel difficultate. Nam iudicium recti iudicij, eſt tolerantiæ facilitas: erroris uerò, difficultas.*

### AVICENNA.

¶ *Ante uentris ſolutionem, lubricum facere eſt optima regula, in qua maxima fiducia habenda eſt, præter quàm in his, qui admodum parati ſunt ad alui fluxiones. In his enim nihil tale agendũ eſt, quoniam immodici profluuij periculum eſſet. Quare his medicamentum aliquod uomitiuum admiſcendum eſt, ne deſcendere feſtinet à uentriculo, antequàm ſuum perficiat opus.*

## Quòd per loca conferentia humores euacuari debeant, ex Hipp. primo & quarto Aphoriſ. & Gal. ijſdem in locis, & lib. de his quos purg. conueniat.

- *Quæ ducere oportet, quo maximè natura uergit, per loca conferentia ducere conuenit. Itaq; medicus naturæ motus animaduertat, ſiue ad euacuandum fuerint idonei, uel non idonei. Nam ſi idonei, adiuuet naturæ motũ. Si non idonei, prohibeat, trãſferat, diuertat. Motus autem, humoris noxij, ad loca non accommoda ſunt, quãdo uel aliquem habuerint ſuapte natura principatum, & maius ex ipſis damnum eſt ſubſequuturum, quàm morbus, qui iudicatur, expoſtulet: uel nullam habeant effluxionem, exempli gratia, ubi humores infeſtant*
  - *Iecur, duæ ſunt ac cõmodæ euacuationes, uidelicet*
    - *Altera per* — *Vomitum, Aluum* — *Cũ in eius cauitate morbus exiſtit*
    - *Altera per* — *Renes, Veſicam* — *Cùm in gibbo morbus eſt.*
    - *Verùm ſi motus ab alias principales partes uel ad pulmones fieret, eſſet idem non bonus.*
  - *Ventriculum. Si ibi fuerit* — *Bilis amara, Pituita* — *Per uomitum.*
  - *Inteſtina. Si ibi fuerit* — *Amara bilis, Pituita* — *Per alui deiectionem euacuatio eſt facienda. Verùm atra bilis per inferiora ſemper eſt fuganda, ſi autem hæc contrario modo ducatur, non bonum.*

### AVICENNA QVARTA PRIMI.

¶ *Qui habet humores deſcendentes, prohibitus eſt à uomitu, ut eſt, qui leuitatem inteſtinorum patitur.*

## Tempora morb. in euacuatione medico ſemper obſeruanda, ex Gal. lib. de his quos purg. con. primo, ſecundo, quarto Aphoriſmorum, & lib. quarto de Methodo medendi.

- *In euacuatione medico diligenter obſeruãda ueniunt, morbi*
  - *Tempora. Nam*
    - *In morbis acutis, ubi materia turget, ſtatim ab initio, nulla expectata concoctione purgare conuenit. Verùm cùm eueniat*
      - *Rarius, ut materia turgeat, & cum uehementi motu ab uno membro ad aliud humores confluant. Quare in acutis morbis rarò ab initio medicamentis purgantibus erit utendum, niſi materia in motu, fluxu & agitatione poſita ſit.*
      - *Sæpius, ut humores in aliqua corporis parte quieſcant, ibiq; concoquantur toto morbi tempore. Proinde euacuandi non ſunt, niſi prius concoquantur. Tunc enim facilè euacuantur, mediante natura.*
    - *In morbis*
      - *Acutis, ab initio ſunt purgandi, modo à concitatis pendeat humoribus, ut iam dictum.*
      - *Diuturnis, expectanda ſemper concoctio eſt.*
    - *Humores, ſi in principio fuerint*
      - *Tenues, ſtatim à principio euacuandi ſunt.*
      - *Craſſi tenaceſq;, ut pituita & atra bilis, cõcoctio ſemper expectanda.*
    - *Cùm morbi*
      - *Inchoant, ſi quid mouendum uidetur, mouere oportet.*
      - *Conſiſtunt ac uigent, quieſcendum eſt.*
    - *Cùm fluxio*
      - *Incipit, ad contrarium trahenda eſt. Quia ſi fluxio ualenter irruat, reuellere ad contraria ſtudendum, uidelicet cùm morbus in partibus conſiſtit*
        - *Superioribus, per inferiora purgandum.*
        - *Inferioribus, ſuperior uenter euacuandus.*
      - *Conſiſtit iam in laborante particula, euacuanda eſt, uel ab ipſa quæ afficitur particula, uel à maximè uicina, cùm in propinquiora translatio ſit, & purganti medicamento tum attractus, tum acceſſus è uicino detur.*
    - *Si eo tempore quo acceßiones & iudiciales dies adueniunt, purgare uelis per*
      - *Superiora, & ad inferiora humores à natura ducantur, proculdubio purgantis medicamenti efficacia impedietur.*
      - *Inferiora, & ad ſuperiora humores à natura ducantur, naturæ operantis intentio impedietur*
        - *Ideo, qua die criſis futura ſit, rectè coniectari oportet. Nam quoties natura ipſa expeditè euacuationem abſoluit, nulla opus eſt medicina: quoties uerò ægrius agit, quod deeſt, medicos ſupplere oportet. Nam quæ indicationes relinquunt, recidiuam facere ſolent.*
    - *Cùm morbi ipſius apparent, &c. Vide in ſeq. ſign.* □
  - *Genus. Vide in ſeq. ſign.* *

- ☐ Cùm morbi ipſius apparent
  - Concoctiones
    - Iudicij celeritatem
    - Salutis ſecuritatem
    - Oſtendunt. Nam cùm poſt morbi concoctionem humor aliquis uitioſus excernitur, corpus à natura rectè expurgatur, atque iuuatur.
  - Cruditates
    - Malos abſceſſus
    - Iudicij diuturnitatem
    - Dolores
    - Morbi longitudinem
    - Mortem
    - Oſtendunt. Nam cùm humor aliquis adhuc crudus, & ſine concoctionis ſignis, excernitur, exitiale eſt.

- * In purgationibus dãdis, morbi genus ſpectãdũ. Nam ſi fuerit
  - Bilioſum, ut { Tertiana, Eryſipelas } Medicamento purgante bilem,
  - Pituitoſum, ut { Quotidiana, Oedema } Medicamento purgante pituitam,
  - Atrabilare, ut { Quartana, Cancer } Medicamento, atram bilem purgante,
  - Aquoſum, ut aqua intercus, medicamento aquam purgante
  - Euacuandum erit. Verùm cùm horum aliquod non ſolùm fuerit acutum, ſed etiam cum maxima febre, cauenda eſt purgationis exhibitio, præſertim cùm ægrotantis natura nobis incognita fuerit. Nam alij difficulter purgari ſolent: alij modica potione ebibita, copioſe ſoluuntur.

GAL. I. APHORISMORVM.

¶ In maximis doloribus, nullum maius inueni remedium, quàm ad animi uſque deliquium euacuationem, adhibita tamen diſtinctione, an mittere ſanguinem, uel purgare medicamento oporteat.

## De euacuationibus fortibus, debilibus & mediocribus, ex Gal. pluribus in locis.

- Euacuationum aliæ dicuntur
  - Fortes, quæ iuſtam mediocritatem in quantitate ſeruant in morbis magnis. Huiuſmodi ſunt
    - Venæ ſectio.
    - Purgans medicamentum.
    - Sãguinis fluxus per { Nares. Hæmorrhoides. Menſtrua. }
    - Vomitus ſpontaneus.
    - Ventris fluxus.
    - Quippe ſi iam dictis euacuationibus oportunè & moderatè quis uſus fuerit, aut natura eas ſpontè fecerit tales, magnis morbis citò obſtare poterit.
  - Imbecilles, quæ non ſine longo temporis ſpatio operationem efficere poſſunt, ut ſunt
    - Multa frictio.
    - Exercitium.
    - Balnea.
    - Spontaneæ euacuationes, quæ in ſanis natura continuè molitur.
    - Particulares membrorum omnium expurgationes cum lenioribus medicamentis.
    - Hæ nanq; ut magnos morbos propellere non poſſunt, ita non ſemper ex importuno illarum uſu periculum imminet, ut magni morbi excitentur. Dico autem, non ſemper: quia ex lenioribus euacuationibus magnos morbos excitari, & repentinam mortem ſubſequi, compertum eſt.
  - Mediocres, quæ utriuſq; extremi naturã ſapiunt, ut ſunt
    - Sanguinis moderata extractio { Cucurbit. Hirudin. }
    - Alui ſubductio ex { Ebibitis. Inferius infuſis. }
    - Vrinæ prouocatio.
    - Thermarum balnea, & quæ his ſunt ſimilia.

ANNOTATIO.

¶ Porrò ſi prædictas euacuationes, penes euacuatorum quantitatem diſtinguere uolueris, comperies ſanè, ut quæ ſuapte natura ſunt fortes, modò fortes, interdum etiam imbecilles euadant. Contrà uerò, quæ debiles aut mediocres ſunt, fortiorum terminum nonnunquam attingant.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0263-2
DFG

## Quomodo & quando ſanos purgare conueniat, ex Gal. lib. de his quos purg. con. ſecundo de Elementis, tertio & ſexto Aphoriſmorum.

*Sani qui ſunt, & tamen obnoxij morbis,*
- *Non ægrotabũt, ſi eua cuētur. Vere quidem manendi ſunt, uel*
  - *Miſsione ſanguinis, ſi multitudine*
  - *Data potionē, ſi humorũ cor ruptela*
    - *Morbis capi ſoleant. Hoc enim modo multi præſeruati ſunt, qui demiſſa euacuatione in conſuetos inciderunt morbos. Verùm ubi morbi ex humoribus excitantur*
      - *Calidis, ut febres æſtiuæ, eryſipelata, &c. diſcedente uere purgandi ſunt, cùm eo tempore primùm humores biliosi moueri incipiant.*
      - *Frigidis, ut comitialis morbus, apoplexia, ſtupor, elephantiaſis, &c. Inchoante uere euacuari poſtulant, cùm eo tempore humores eiuſmodi morbos facientes, moueri incipiant.*

ANNOTATIO EX GAL. APHORIS. II. ET III.

¶ *Eadem ratione, ſi quis in ſpontanea laſsitudine, morbum aliquem pronuntiante uacuet, morbum aliquem fieri prohibebit. Sic & ſi quis noxiorum humorum reliquias, ex morbo præcedente uacuet, recidiuum morbum prohibebit. Sic etiam plethoricorum, & optimum corporis habitum uacuamus, ut corpus ipſum nutriri rurſus incipiat, & ne calor natiuus ſuffocetur, aut uaſa præ copia rumpantur.*

- *Ægrotabunt, ſi purgentur. Nam cùm purgans medicamentum noxium humorem educere cupiat, nec ipſum reperiat, carnem & ſanguinem colliquat. Quare*
  - *Moleſtias, Vertigines, Tormina* — *Patiuntur.*
  - *Purgatio ægrè ſuccedit.*
  - *Celeriter exoluuntur.*

GAL. AD GLAVCONEM, ET LIB. DE HIS quos purg. con.

¶ *Non modò ueris tempore, ſed etiam autumno purgare conuenit, ubi quis in melancholicos morbos, ac in eos qui hyeme affligunt, incidere paratus eſt.*

## Quomodo tam ante, quàm poſt medicamentum purgatorium ſumptum, ægrotantes ſint regendi, ex Hipp. de Victus ratione in morbis acutis, & Gal. ibid. & lib. de his quos purg. con. & Auicenna quarta primi.

*Vt recta methodo purges, obſeruanda quædam ſunt*
- *Ante pharmaci aſſumptionem, uidelicet, ut*
  - *Nauſea cohibeatur. Prohibent autem hanc ſæpè*
    - *Acetum roſ. Aqua roſ. Apium. Cotonea mala. Mentha. Mirtus. Mala medica.* — *Naribus ad olfacienda admota. Qua in re non minus prodeſt digitis fortiter nares occludere.*
    - *Oris ablutio cum uino punicorum, uel aliquo iucundo potu.*
    - *Pyretrum prius manſum. Nam cùm oris facultatem ſtupidam reddat, ſaporem pharmaci obtundit, & nauſeam delet.*
    - *Iucunda ſapore, poculi fundo ac labris impoſita.*
  - *Vomitus prohibeatur, quod fieri ſolet, uel cùm*
    - *Extremæ corporis partes fibulis deligantur.*
    - *Aliquid aſtringens ſtatim poſt potum aſſumitur, cuiuſmodi ſunt*
      - *Mala* — *Aurantia. Punica. Cotonea. Medica.*
      - *Meſpili.*
      - *Sorbæ.*
      - *Roſ. fructus.*
      - *Omphacium.*
      - *Oxyacantha.*
      - *Mora immatura.*
    - *Cucurbitula uitrea umbilico ſupponitur.*
    - *Pedes prius calefiunt.*
  - *Natura ægri optimè conſideretur. Nam ſi fuerit*
    - *Calidi temperamenti, uel imbecillis conſtitutionis, uel uentriculi, bibat prius uel*
      - *Tenuem ptiſanam.*
      - *Malorum punicorum uinum.*
      - *Tenue aliquod, faciliſq; coctionis uinum.*
    - *Frigidi temperamenti, & fortioris conſtitutionis, & robuſti uentriculi* — *Ieiunus pharmacum hauriat.*
  - *Locus, in quo moueatur æger, non ſit ualdè calidus, adeò ut uel*
    - *Sudorem prouocet*
    - *Naturalem calorem ad exteriora trahat.*
    - — *Nam hæc, pharmaci actionem maximè impediunt.*
- *Poſt pharmaci aſſumptionem. Vide in ſeq. ſign.* ♁

♉ Poſt pharmaci aſſumptionem: uidelicet, ut

- Statim hordei pulticulam ſorbeat æger. Nam oportet, ut medicamentum purgans in uentriculi fundum deſcendat: in deſcenſu autem cum gula & quicquid uentriculi meatum excipit, non ſolum medicamenti qualitate, ſed etiam ſubſtantia inter deglutiendum appulſa inficiatur, magnopere læditur. Quare utile eſt, hordei cremorem deinceps ſtatim ſorbere, cùm etiam abſtergere, & inferius trahere poßit id, quod tranſeundo ſe meatibus implicuit, & temperare atque immutare medicamenti qualitatem. Verùm in clementioribus pharmacis eiuſmodi pulticula non indigemus.
- Facta purgatione, cibandi gratia, ptiſanæ minus, contra pleroſq; medicos, miniſtretur. Nam corporum, quæ expurgata ſunt, natura expurgatione agitata, labefactaq;, alimoniam tolerare nequit, neque probè conficere, niſi omnino pauca fuerint. Purgatis igitur tantùm cremoris prima die exhibendum, quantū poßit domare, deinde particulatim ſenſimq; augere oportet.
- Perſcrutetur, an aſſumptum pharmacum fuerit facultatis
  - Fortis. Nam tunc parum poſt ipſum dormire utile eſt, ſcilicet antequam operetur.
  - Imbecillis. Tum minimè dormiendum eſt, ne natura concoquatur medicamentum.
- Cùm pharmacum operari incipit, nullo pacto ſe moueat, neque exerceat ſe æger, ſed omnino quieſcat, ut ipſum natura amplectatur, agatq; in ipſum. Nam niſi in ipſum agat, id in materiam non aget.
- Non comedat, neque bibatur, priuſquàm pharmacum ſuum perficiat officium. Porrò ſi ægri uentriculus inediam ſuſtinere nequit, modicum panis, modico uino macerati, ſtatim à pharmaco exhibendum eſt, uidelicet antequàm operari incipiat.
- Ammoueatur
  - Pharmaci nidor poſt operationem, in uentriculo remanens (quo affici poteſt) polenta hordeacea epota.
  - Dolor, qui quandoque in hepate remanet, aquæ calidæ potu. Ipſa enim optimum lauamentum præſtat.
- Non dormiat poſt pharmaci ſolutionem, niſi fluxum ſiſtere uelimus. Nam ſomno
  - Calor innatus corroboratur, quæ fit, ut pharmaci uis à natura diſſoluatur.
  - Humores quieſcunt.
  - Expulſiua facultas remoratur.

## De ſignis, perfectam purgationem indicantibus, & cauſis ſitis aliquorum euacuationes, ex Hipp. Gal. & Auicenna.

Perfectæ purgationis indiciū eſt, cum

- Humor, qui uel per uomitum, uel aluum euacuandus eſt, ad alium permutatur humorem, dummodo ad inteſtinorum abraſionem, uel ad atram ac fœtidam bilem non uertatur. Id enim peßimum eſt.
- Somnus poſt medicamenti operationem inualuerit. Nam corpus exoneratum malis humoribus, ſuiſq; ſpiritibus inanitum, ſomno ſe refocillat ac reficit.
- Sitis aduenerit. Nam ſignificat medicamentum ultra humorem purgandum, aliquid roralis humidi abſumpſiſſe. Verùm in aliquibus, ſitis poſt purgationem aduenit
  - Statim, & uel propter
    - Ventriculi ipſius diſpoſitionem, uel
      - Calidam.
      - Siccam.
      - Calidam & ſiccam.
    - Datum medicamentum
      - Acutum.
      - Calidum.
      - Mordax.
    - Humoris euacuati naturam, uidelicet quando bilis
      - Amara
      - Salſa
      - } Percipitur.
  - Poſtea, & uel propter
    - Ventriculum ipſum: uidelicet, cùm extiterit
      - Frigidus
      - Humidus
      - } Aut
        - Initio.
        - Purgationis tempore.
    - Exhibitum medicamētum, omni penitus uacans
      - Acuitate.
      - Caliditate.
      - Mordacitate.

Quo fit, ut ſitis perfectæ iam purgationis ſit indicium. Ob id Hipp. dixit. Qui medicamentorum potionibus, cum purgentur, haud ſitiunt, non quieſcant priuſquàm ſitiant.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0265-3

## De ordine, quo humores in ſuperpurgationibus purgentur, quæ'nam in purgationibus ſit medici poteſtas: & cur non purgantur aliqui, qui purgans aſſumpſerunt medicamentum, ex Hipp. de Natura humana, Gal. 3. de Simp. med. fac. 2. de Alimentis, & lib. de Venæ ſectione aduerſus Eraſiſtratum, & Meſue in Regulis uniuerſalibus.

urgantia medicamenta, eiſi ut plurimũ rectè purgare ſoleant, accidit tamen aliquãdo ut uel

- Superpurgẽt. Quòd ſi fiat medicamento attrahente,
  - Bilem
    - Primò, bilem, —
    - Secundò, pituitã,
    - Tertiò, melancholiam,
    - Quartò, ſanguinem,
  - Pituitam
    - Primò, pituitã,
    - Secũdò, bilem,
    - Tertiò, melancholiam,
    - Quartò, ſanguinem,
  - Melancholiam
    - Primò, melancholiam,
    - Secundò, bilem,
    - Tertiò, pituitam,
    - Quartò, ſanguinem, —
  - Euacuabit: ex qbus patet, poſtremum in ſuperpurgationib9 euacuari ſanguinẽ, cùm ſit omnium familiariſsimus. Cauſa autẽ, quod qui alieni ſunt, à purgante medicamẽto, ſucci unà excernantur: eſt uel —
    - Vaſorum imbecillitas, uidelicet cùm intra ſe uaſa ipſa imbecillia effecta, ſuccos amplius continere non ualent.
    - Oſculorũ laxitas, ut cũ uaſorum oſcula recluſa fuerint. Nam in tractus uiolentia, humor humorem ſequitur, qui ſit illi natura proximus, q primùm fuerit uiolẽter attractus. His autẽ caſibus occurrere, haud libera data eſt medico poteſtas. Nam ipſe euacuationem tantùm, quæ fit per uenæ ſectionem, liberam habet facultatem ſiſtendi, cùm appoſito digito id ſtatim poßit, aliarum uerò minimè. Nam ubi dãdum eſt aliquod medicamentũ, ſiue
      - Deiectoriũ.
      - Vomitorium.
      - Vrinarium.
      - Purgatorium capitis uel thoracis.
      - Horum omniũ prima exhibitio, in medici poteſtate eſt, cætera aũt natura adminiſtrãte obtingunt. Ingẽs enim in ꝑpinatiõbus pharmacorum periculum eſt, cùm uel —
        - Non commouetur purgatio.
        - Non facilè excernitur quod in aluum attractũ eſt.
        - Exprimit purgatio, cũ corpus uehementer perturbatur —
          - Dolore.
          - Morſibus.
          - Spaſmo.
          - Torminibus.
          - Refrigeratiõe.
          - Pulſu, &c.
        - Purgatio
          - Non ſuccedit.
          - Modũ excedit.
    - Purgantis medicamenti mordacitas. Nam cùm irritare medicamentum non deſinat, neceſſe eſt, ut in uaſorum, ad uentrem pertinentium, oſculis mordicationem apertionemq; multam relinquat, aßidueq; irritans conuellensq; corpora, quæ in uaſis ſunt, uires diſſoluat atque deijciat.
- Non ſuperpurgẽt, qđ euenit uel —
  - Pharmaci
    - Imbecillitate in operatione.
    - Exiguitate.
  - Ægrotantis natura.
  - Viriũ defectu in pharmaco —
    - Actuãdo.
    - Expellendo.
  - Magno naturæ impetu medicamentum perturbantis.
  - Flatuoſitate, pharmacum ſubleuante.
  - Obſtructione in uijs tranſitus.
  - Humorum uacuãdorum contumacia.
  - Quod cũ euenit, medicamentũ trahit uel —
    - Nutrimentum, præter id, quod nullum affert corpori nutrimentum.
    - Perniciem, qđ aliquando uel
      - Mortẽ
      - Verẽda ſymptomata —
      - Affert: niſi ſuccurratur —
        - Defectui naturæ non agentis in medicinam, cùm cibis illicò, uires roborãtibus, cuiuſmodi ſunt
          - Ouorum uitella.
          - Aqua carnis, duplici uaſe parata.
          - Ius carnium, —
          - Poſt tepentis aquæ potum.
        - Ægrotantis naturæ, ſic diſpoſitæ, cum uenæ ſectione.
        - Flatuoſitati, malæ humorum qualitati tum —
          - Vomitiuis.
          - Clyſteribus.
        - Facultati expultrici pharmaci epoti, aquæ potu, & poſt horam cum his quæ aſtringunt, ut ſunt —
          - Cotonea.
          - Pira.
          - Meſpili.
          - Corna.
          - Sorba, &c.
        - Viarum aſtrictioni, ex denſitate excrementorũ, clyſteribus lenientibus.
        - Naturæ impetui, contra pharmacum facienti, cum theriacalibus antidotis, eiſi ſæpe nullis auxilijs pharmaci facultatem ſuperet natura.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0266-9

Si autem medicamentum fuerit ex his quæ ſoluunt
- Comprimendo, lubricantibus occurrendum eſt.
- Diſſoluendo, & deleteriæ qualitatis, expellendum eſt ex corpore uel
  - Vomitu, quando ſcilicet ſymptomata fuerint circa præcordia & uentriculi oſtium.
  - Clyſteribus, quando circa uentrem res urget.
  - Antidotis, quando alia non conferunt.
- Familiariter attrahendo, cum aſtringentibus occurrendum eſt, ut ipſum comprimant, ac deinde clyſteribus attrahentibus. Quòd ſi non proderit, uenæ ſectione inſtandum, primò ex baſilica, ac deinde ex ſaphena.

GAL. LIB. III. DE SIMP. MED. FAC.

¶ Prorſum medicamentum expurgans, uel cum uno ſaltem humorum, qui in corpore ſunt noſtro, ſimilitudinem quandam obtinet, non autem perpetuò permiſta eſt illi uis quædam uenenoſa: quamobrem nec perpetuò licet non purget, iniuria afficiet, uerùm concoctionem accipiet, talemq́; producet humorem, qualem trahere natum erat. Hæc Galenus, etſi Auicenna aliter ſenſerit quarta primi, cap. 4.

## Quibus rebus ſuperpurgationes cohibeantur, ex Auicenna quarta primi, & alijs.

Superpurgantium medicamentorum exceſſus corrigitur per
- Deligationem partium corporis exteriorum, uidelicet cùm
  - Brachia ab alis, ad manus
  - Crura ab inguibus, ad pedes
  - Vſque deligantur, uel ſolutæ aqua calida fouentur.
- Theriacæ propinationem. Ipſa enim maximè impedit pharmaci cuiuſcunq; operationem, niſi ſit adulterata.
- Sudoris euacuationem
  - Balneo
  - Laconico
  - Capite exterius relicto.
- Medicamentorum aſtringentium propinationem, ut eſt
  - Terra Lemnia.
  - Rhus.
  - Mirthus.
  - Roſ. ſemen.
  - Flaua myrobalana.
  - Galla omphacitis, &c.
- Cucurbitulas ignis uapore, tum inter ſcapulas, tum hypochondrijs appoſita abſque cutis inciſione.
- Stipticorum odoramentorum roborationem uentriculi, ac partium adiacentium, ut per inunctiones uel fomentationes aſtring. facult. pollentes.
- Nutritionem
  - Cibi
  - Potus
  - Aſtringentis.
- Clyſteria ſtipticantia.
- Aërem temperatiſſimum. Nam
  - Calidus, uires reſoluit.
  - Frigidus, comprimit, & aluum ſoluit.
- Quòd ſi hæc non ſufficiant, exhibenda ſunt ſoporifera, ut Philonium, &c.

*Finis Practicæ.*

---

¶ Χειρουργικὴ, tertia & ultima Practicæ pars, dicta eſt ea, quæ manibus medetur. Hanc nobis omittere placuit, tum quod nullum hodie de Chirurgia Græcorũ ſcriptũ (quod ſciam, extet) præter Æginetæ librum ſextum, tum quod à noſtræ ætatis ſcriptoribus à Medicina ſit diuiſa. Verùm qui hanc partem deſiderat, Ioan. Tagantij de Chirurgica inſtitutione libros perlegat, quibus magna cum laude hanc partem tractauit. Hos fortaſſe, aliàs, cùm plus temporis nacti erimus, in Tabulas redigemus.

# QVORVNDAM AFFECTVVM SINGVLARIVM EXEMPLA, EX HIPP. GAL. ET RELIQVIS GRÆCIS, ET LATINIS MEDICIS.

## De memoria deperdita, ex Gal. Hipp. & cæteris Græcis, & Latinis ueteribus.

*Poſita methodo omnium affectuum dignoſcendorum, curandorumq; uniuerſali, operæ pretiũ eſſe duxi, ſi exercitationem quoque circa omnium ferè particularium internorum affectuum, à capite uſque ad partes inferiores, dignotiones ac curationes, Galeni methodo, in Tabularum formam redigerem. Fit nanque omnis exercitatio, ut Gal. inquit, lib. 2. de Locis affectis, cum particularia ſub eandem uiam & rationem ducuntur. Quoniam uiæ ac rationes, ubi ſolæ ſine multifaria, ſecundum ipſas exercitatione cognoſcũtur, haudquaquam poſſunt perfectos efficere diſcipulos. Quare orſi à capite, primo eorum morborum dignotiones & curationes ponemus, ex quibus principes animæ functiones læduntur: ſecundò eorum, qui ſenſibiles operationes offendunt: tertiò reliquorum in capite ortorum, quibus cunctæ prædictæ animæ functiones, aut plures offenduntur, ſumentes initium à Memoria deperdita, quæ eſt obliuio omnium eorum, quæ antea fuerunt cognita: cuius*

- *Dignotio: quæ de principijs ſine cauſis agit. Ea nanque eſt*
  - *Materiæ ſiue ſubiecti: uidelicet* CEREBRI *(id quod ſola eius actionis læſio declarat) affecti*
    - *Primariò, quum prædicta affectio proprijs accidẽtibus dignoſcitur, perpetuoq; permanet, ac ad alias affectiones non conſequitur.*
    - *Per conſenſum: cum proprijs accidentibus diſcerni non ualet, neque perpetuo permanet, atque ad alias conſequitur affectiones.*
  - *Formæ: nimirum* SYMPTOMATIS: *ut*
    - *Actio animalis princeps, memoria ſcilicet abolita.*
    - *Quoniam eſt obliuio omnium eorum, quæ antea fuerunt cognita.*
  - *Efficientis*
    - *Immediatè, nempe* INTEMPERIEI FRIGIDAE, *animales actiones torpidas efficiẽtis (id qđ ex medicamẽtorum frigidorũ adhibitione cõſtare poteſt. Nam calida cauſa motũ excitat, frigida autem otioſum, & ad motiones pigrum reddit animal, id quod animalia per frigora latentia haud obſcurè declarant) —*
      - *Simplicis: ut*
        - *Sopor.*
        - *Somnus mediocris.*
        - *Excretio in quantitate & qualitate ſecundum naturam ſe habens.*
      - *Compoſitæ:*
        - *Frigidæ & ſiccæ*
          - *Vigiliæ.*
          - *Excretio nulla per nares, per oculos, palatum & os.*
        - *Frigidæ & humidæ*
          - *Somnus profundus.*
          - *Excretio per nares, uel oculos, uel palatum, humida, &c.*
    - *Mediatè: uidelicet humoris*
      - *Pituitoſi: ut*
        - *Somnus profundus.*
        - *Excretio per nares, uel oculos, uel palatum, humida.*
        - *Ætas ſenilis.*
        - *Tempus anni frig. & hum.*
        - *Victus ratio frig. & hum.*
      - *Melancholici*
        - *Somnus non omnino profundus.*
        - *Excretio nulla per nares, per palatum, uel ſicca.*
        - *Victus ratio melancholica, &c.*
  - *Finis,* SANITATIS *ſcilicet, quæ ex ipſa curatione dignoſcitur.*
- *Curatio, quæ & finis eſt: & à principijs oritur. Hæc ſuã curationẽ ex indicationibus, ex rei natura ſumptis, perficitur. Huius tres ſunt ſimplices: quarũ prima, quid agendũ ſit inſinuat: ſecunda, an id, quo tendimus ſperari poſſit: tertia remedia inuenit: quare*
  - *Quid ſit agendum. Vide in ſeq. ſign.* ☾
  - *An hic affectus curari ualeat, qđ ægri uires & morbi magnitudo nobis indicabũt. Nã ſi*
    - *Affectus* { *Leuior* / *Debilior* }, *Vires robuſtiores.* } *Æger ſanabitur.*
    - *Vires imbecilliores, affectus uehementior: præterea pars affecta nobilis, æger morietur. Vnde Hipp. lib. 1. prædictionum, obliuionem malam eſſe dixit. Et Aëtius capite de memoria amiſſa: ualdè timendum, quibus ea derepentè deficit, ne morbus comitialis, aut reſolutio, aut aliud magnum cerebri malum ſuperueniat.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0268-1

- ☾ Quid ſit agendum, indicat ſymptomatis cauſa efficiens, quæ ſui ablationem indicat (ſiquidē cauſa manente, affectus curari nequit.) Huiuſmodi autem auferri poterit partim—
  - Victus ratione, inſtituta ſecundum cōuenientem
    - Qualitatem: uidelicet calidam: ſiue à mediata, ſiue immediata cauſa ortum ducat: quare ſit
      - Aër
        - Calidus.
        - Luminoſus.
        - Alienus ab
          - Auſtro, cum caput repleat.
          - Aquilone, cum infrigidet.
      - Somnus
        - Moderatus.
        - Non diurnus.
        - Non ſuper repletionem.
      - Exercitium moderatum, pedum & manuum, & interdum capitis cum frictionibus, ex aſperis linteis. Nam quies immodica offendit.
      - Vſus ueneris rariſsimus Quoniam immoderatus neq; ad animæ ratiocinationes, neque ad totius corporis ſanitatem conducit.
      - Aluus quotidiè, ſi non à natura, arte ducta. Eius nanque retentio caput offendit.
      - Repletio nulla tam cibi quàm potus.
      - Animi tranquillitas. Nam animi immoderati affectus cauendi, præſertim mœſtitia, ac ſolicita cogitatio.
      - Cibus
        - Panis ex farina triticea, optimè ſubactus, benè fermentatus, mediocriter ſalitus ac coctus.
        - Ex carnibus
          - Vitulina.
          - Veruecina.
          - Hædina.
          - Phaſianorum.
          - Perdicum.
          - Francolinorum.
          - Caponum.
          - Gallinarum.
          - Pullorum.
          - Turdorum, & cæterarum auium montanarum.
        - Piſces, caſeus & lac uitentur: ſic etiam cerebrum, ſanguis & reliquæ animalium partes concoctionis difficilis.
        - Ex oleribus eligātur calfacientia, & attenuentia: cuiuſmodi ſunt
          - Apium.
          - Petroſelinum.
          - Borrago.
          - Bugloſſum.
          - Origanum.
          - Pulegium.
          - Saluia.
          - Thymum.
          - Serpillum.
          - Aſparagus.
          - Meliſſa, &c.
        - Fructus omnes infrigidantes: item legumina craſſum ſanguinem gignentia & inflantia uitanda.
      - Potus: uinum
        - Tenue.
        - Album.
        - Non ualdè uetus.
    - Quantitatem, quæ moderata eſſe debet, præſertim cibi & potus, uel minor, maior´ue, pro diuerſa ratione uirium, ætatis, temporum, morbi & anni.
  - Medicamentis. Vide in ſeq. ſign. ☿

- ✻ Medicamentis adhibitis ſecundū commodam
  - Qualitatē: nimirū contrariam affectus cauſæ &
    - Primò mediatæ (ſi fuerit) nēpe humori
      - Pituitoſo
        - Crudo: ut ſunt alterantia concoquentia. Nam quatenus frigida, craſſa, lēta prius cōcoquendæ, attenuanda & incidenda quò facilius medicamento purganti pareat. Horū alia ſunt
          - Clementiora. Quoniā ſemper à leuioribus incipiendum: cuiuſmodi eſt
            - Syrupus talis
              - ℞. Syrupi de Betonica, Oxymellis ſimp. — Sing. ℥. j
              - Aquarum Betonicæ, Maioranæ — Sing. ℥. ij.
              - miſceātur & fiat ſyrupus, una uice ſumendus per plures dies.
            - Decoctum
              - ℞. Betonicæ, Hyſſopi, Maioranæ, Serpylli, Thymi, Pulegij — Sing. M ſ.
              - Rad. Fœniculi, Pœoniæ — Sing. ℥. j.
              - Sem. Fœniculi, Aniſi — Sing. ʒ. j.
              - Cinnamomi ʒ. j.
              - Nucis muſch. ʒ ſ.
              - coquantur in aqua mulſa, & fiat decoctū de quo ℥. iiij, uel v. ægro quotidie tribuantur per plures dies.
          - Vehementiora. Quoniam ad fortiora progrediendum, præſertim ſi humor admodum fuerit tenax: ut eſt
            - Syrupus talis
              - ℞. Syrupi de Stœchade, Oxymellis ſcillit. — Sing. ℥. j.
              - Aquarum Maioranæ, Betonicæ — Sing. ℥. ij.
              - miſceantur pro ſyrupo una uice ſumendo plures dies.
            - Decoctum ex hyſſopo, betonica, maiorana, pulegio, origano, ſtœchade, &c. in aqua mulſa, ut ſuprà.
        - Cocto. Vide in ſeq. fig. ⊕
      - Melancholico
        - Crudo: ut alterātia, cōcoquentia, ſeu præparātia: quorum alia
          - Intrinſecus ſumuntur
            - Debiliora: cuiuſmodi eſt ſyrupus talis
              - ℞. Syrupi De ſucco borag., De lupulis, De fumaria — Sing. ℥ ſ.
              - Aquarum Betonicæ, Meliſſæ, Borraginis — Sing. ℥. j.
              - miſceantur, & fiat ſyrupus una uice ſumendus per plures dies.
            - Fortiora: ut
              - Syrupus
                - ℞. Syrup. De pomis, De epithymo, De ſtœchade — Sing. ℥ ſ.
                - Aquarum Maioranæ, Betonicæ, Roriſ. — Sing. ℥. j.
                - miſceantur, & fiat ſyrupus.
              - Decoctum ex lupulis, fumo terræ, meliſſa, bugloſſa, borragine, roriſmarino, polypodio, &c. & ſumptum cum oxymelle.
          - Extrinſecus applicātur: ut inunctio ex oleo Amygdalarum dulc., Anethino., Chamomelino.
        - Cocto: ut ſunt euacuantia, &c. Vide ſign. ⊞
    - Secundò immediatæ. Vide ſign. ♁
  - Quantitatem, &c. Vide in ſeq. ſign. ✻

♉ Secundò immediatæ, uidelicet intemperiei frigidæ
- Simplici: ut ſunt alterantia tantum ſiue calfaciētia, quorum alia
  - Intrinſecus ſumuntur: ut
    - Theriaca.
    - Mithridatum.
    - Diambra.
    - Diamoſchum dulce, &c.
  - Extrinſecus applicantur, ut ſunt unguenta, uel olea, uel fomenta calida, de quibus in intemperie materiali diximus.
- Compoſitæ, frigidæ & ſiccæ: ut ſunt calefacientia & humectantia, intrinſecus, & forinſecus appoſita.

⊞ Cocto: ut ſunt euacuantia, ſeu purgantia
- Senſibiliter
  - Clementiora: ut
    - ℞. Lupulorum, Fumariæ, Borraginis — Sing. ʒ. ij.
    - Myrobalanorum indorum ʒ. iij.
    - Foliorum ſenæ, Epithymi — Sing. ʒ. ij.
    - miſceantur, & fiat decoctum, in quo diſſoluantur Mannæ electæ ℥. ij. Diacatholiconis ʒ. vj, uel Diaſenæ ℥ s, & fiat potio.
  - Fortiora: ut
    - ℞. Caßiæ ʒ. vj.
    - Confect. Hamech. ʒ. ij.
    - Diaſenæ Nic. ʒ. j s, miſceantur, & cum decoctione florum & fructuum, in aqua borraginis & betonicæ facta, fiat potio, cui addatur ſyrupi de fumo terræ, de lupulis, ſing. ℥ s.
- Inſenſibiliter per diſcußionem, ut ſunt
  - Irrigationes ex
    - Betonica.
    - Maiorana.
    - Thymo.
    - Chamomilla.
    - Serpyllo, &c.
  - Sacelli, ex prædictis ſpeciebus confecti.

❖ Quantitatem, quæ augeri minuiuè poteſt, pro diuerſo tum uirium robore, temperamento, natura, ætate, conſuetudine, regione, anni tempore, cœli ſtatu, ac alijs.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0271-6

- ⊕ Coctum: ut ſunt euacuantia ſeu purgantia pituitam
  - Primò uniuerſaliter, quorũ alia ſumuntur per
    - Os: &
      - Debiliora: ut eſt potio talis
        - ℞. Betonicæ, Fœniculi, Maioranæ } Sing. M ſ.
        - Florum Stœchadis ʒ ſ.
        - Myrobalanorum chebularum ʒ. iiij.
        - Agarici trochiſcati ʒ. j, & fiat decoctum, de quo ſumantur ℥. iiij.
        - Syrupi de pluribus infuſionibus roſ. ℥. ij.
        - Diacatholiconis ℥ ſ, uel cõfectionis de dactilis ʒ. ij, uel ʒ iiij,
        - miſceantur & fiat potio.
      - Fortiora, præſertim ſi una uice totus humor auferri nequeat, quod ſæpius euenit: quia craſſus ac lentus eſt: tum is iterum coquendus ualentioribus, deinde fortioribus purgandus, & uel
        - Potione tali
          - ℞. Diacathol. ʒ. vj. Diaphœniconis, Hieræ Pachij } Sing. ʒ. ij.
          - miſceãtur, & cum decoctione florum & fructuum, in aqua betonicæ & maioranæ facta, fiat potus, cui addatur ſyrupi de Stœchade ℥. j.
        - Pilulis: ut
          - ℞. Pilularum { Aurearum, Arabicarũ, Sine quibus } Sing. ℈. j.
          - Trochiſcorum de agar. ℈ ſ.
          - miſceantur & cum ſyrupo de betonica, uel Stœchade fiant pilulæ.
    - Aluum: cuiuſmodi eſt clyſter talis
      - ℞. Maluæ, Mercurialis, Foliorum betæ, Florum chamomillæ, Saluiæ, Stœchados, } Sing. M ſ.
      - Furfuris M. j.
      - coquantur in aqua uſque ad ſufficientiam fiatq́; colatura, de qua accipiatur ℔. j, cui addatur, Hieræ compoſ. ℥. j.
      - Mellis roſ. ℥. ij.
      - Olei communis ℥. iij.
      - Salis ʒ. iij, miſceantur & fiat clyſter.
  - Deinde particulariter, et uel
    - Senſibiliter: quorum alia ſumũtur per
      - Palatum: ut ſunt apophlegmatiſmi, ex iis, quæ pituitam ex capite attrahunt, compoſiti, uidelicet ex chia maſtice & uua paſſa, uinaceis detractis. Interim addendum zingiber, piretrum, nigella, aut cubebæ, ex quibus manſiles paſtilli formentur.
      - Nares
        - Sternutatoria, quæ ex pipere, caſtoreo, ſeu elleboro albo, diuiſim uel coniunctim fieri poſſunt.
        - Errhina liquida: ut
          - ℞. Hordei cum cort. M. j.
          - Maioranæ, Betonicæ } Sing. ʒ. iij.
          - miſceantur & fiat decoctum ſecundum artem, ex quo ſumantur ℔. ij. quibus addantur ſucci foliorum & rad. betæ ℥. iij, uel ciclamini ℥. ij.
    - Inſenſibiliter, per reſolutionem: quæ extrinſecus applicantur: ut eſt capitis
      - Inunctio partis poſterioris, in occipitio uidelicet, ac iuxta primã & ſecundam uertebram, ex oleo
        - Nardico.
        - Coſtiño.
        - De caſtoreo.
        - Nucis muſchatæ.
        - De piperibus.
      - Irrigatio ex
        - Betonica.
        - Maiorana.
        - Serpyllo.
        - Chamomilla, &c.

# De Lethargo, ex Hipp. Gal. Aëtio, Ægineta, Tralliano & Cor. Celſo.

**Lethargus eſt marcor expugnabilis penè dormiēdi neceſsitas, ἀπὸ τῆς λήθης, & ἀργὸς, quod obliuio iners dicitur: cuius —**

- **Dignotio, uidelicet**
  - Subiecti, ſeu partis malè affectæ: nimirum CEREBRI: quod læſa actio indicare poteſt. Quoniam nequeunt ſic affecti eorum, quæ dicuntur meminiſſe, quæ tantum ipſius cerebri actio eſt.
  - Formæ: nempe ipſius SYMPTOMATIS: ut
    - Functio animalis princeps: nimirum —
      - Memoria, Ratio — Abolita.
      - Imaginatio infirma ſeu deficiens.
    - Obliuio cum inertia, ita ut omnium ueluti amentes obliuiſcantur.
    - Oſcitatio crebra.
    - Oculi clauſi.
    - Tarditas ad reſpondendum.
    - Reſpiratio rara, ac imbecillis.
    - Febris lenta.
    - Pulſus
      - Magni.
      - Molles.
      - Languidi, tardi ac rari.
    - Excrementa alui liquidiora.
    - Vrina iumentis ſimilis.
    - Tremor quorundam & ſudor.
  - Efficientis
    - Immediatè: uidelicet INTEMPERIEI FRIGIDAE & humidæ: ut ——
      - Obliuio.
      - Somnus altus.
      - Segnitia, &c.
    - Mediatè: ſcilicet PITVITAE putreſcentis, & redundantis in cerebri corpore: ut obliuio, ſegnitia, ac altus ſomnus, quæ ex pituita proficiſcuntur, motus uerò ab immodico calore, id quod Galenus, Paulus & Trallianus teſtantur. Quod autem eam putreſcere oporteat, ut lethargus contrahatur, decretum reliquit Galenus 13. methodi medendi, & proinde cum febre incidit, nec ſine ea gigni poteſt. Qua ratione differt à memoria deperdita, quod hæc abſque febre, & non ſolum à pituita non putreſcente, uerum etiam ab alijs cerebri diſpoſitionibus, hic uerò à ſola pituita, & neceſſariò putreſceute, originem ducat.
- **Curatio, quæ ſuis indicationibus perficitur: quare ——**
  - Quid ſit agendum. Vide in ſeq. ſign. ♣
  - An id, quo tendimus ſperari poſſit, indicat pars ipſa malè affecta, affectus magnitudo et cauſa efficiens. Nam cum pars malè affecta ſit princeps, affectus ex genere acutorum, cauſa maligna, difficulter æger curari poterit, niſi citò ei ſuccurratur. Vnde ——
    - Hippocrates 2. de morbis uulgaribus. Lethargici in ſeptem diebus moriuntur: ſi uerò uos effugerint, ſani euaduat.
    - Gal. 4. de Cauſis pulſuum. Lethargus longè deterior eſt, quàm peripneumontia.
    - Cornelius Celſus. Hic affectus cum ex genere acutorum ſit, niſi ſuccurratur, celeriter iugulat.

♃ Quid ſit agendum, indicat ſymptomatis cauſa

- Primò mediata: uidelicet pituita putreſcens (propriè morbi cauſa dicitur) quæ primò remouēda eſt, partim
  - Victus ratione, ordinata ſecundum congruentem —
    - Qualitatem contrariam: quare ſit —
      - Aër
        - Calidus paulò & ſiccior.
        - Lucidus.
        - Splendidus.
      - Somnus breuis. Quia nullo modo prouocandus eſt, ſed potius ab eo excitandi ſunt ægri, uel odoramentis excitatorijs, ut Caſtoreo, Funiculo lucernario extincto, Galbano, Sagapeno, Sulphure, Pice liquida, Bitumine, &c. uel extremorum crurum punctione, uel pilorum euulſione uehementi, quò excitentur.
      - Aluus ſubducta acriori clyſtere, uidelicet ex Hiera, Agarico, aut ex eiſdem formatæ glandes.
      - Frictio aſpera, & ligatura manuum & pedum.
      - Cibus extenuās: ut
        - Cremor ptiſanæ, uel ptiſana ipſa, interdum ſola, interdum cum oxymelite permiſta: aut in qua coma hyſſopi, uel pulegij, uel thymi fuerit cocta, præſertim febre non exiſtente ualida.
        - Panis micæ ex oxymelite, uel hydromelite.
        - Caro (ſi ægri uires requirant)
          - Pullorum, gallinarum.
          - Caponum, perdicum.
          - Phaſianorum.
          - Sturnorum, turdorum.
          - Merularum, ac cæterarum montanarum auicularum, quæ cinnamomo, uel cariophyllis condiantur.
        - Ex oleribus
          - Aſparagus.
          - Oreoſelinum.
          - Fœniculum.
          - Maiorana.
          - Hyſſopum.
          - Thymum, Betonica, &c.
      - Potus: uel
        - Vinum
          - Album.
          - Aquoſum.
          - Tenue ac aſtringens.
        - Aqua mellis.
    - Quantitatem, quæ augenda minuendá ue pro uiribus, ætate, tempore anni & morbi, &c.
  - Medicamētis, adhibitis ſecundū decentem
    - Qualitatem: uidelicet contrariam
      - Primò quantitate pituitæ, cum ſanguine miſtæ, ut
        - Venæ ſectione, quæ ſtatim ab initio facienda, modò nihil prohibeat, uidelicet mediæ uel internæ. Quantitas uerò ſanguinis pro uiribus euacuetur. Quòd ſi uires, ætas, miſsionem ſanguinis prohibeant, aut tale quippiam, acribus clyſterijs aluus ducenda erit.
        - Cucurbitulis cum multa flamma, occipitio affixis, circa primam & ſecundam uertebram: interimq́; ſanguis ex his detrahendus, ſi opus fuerit.
      - Secundò qualitati ipſius pituitæ —
        - Crudæ: ut alterātibus concoquentibus: & uel —
          - Syrupo tali: ut
            - ℞. Syrupi { Betonicæ —, Borraginis, De Stœchade } Sing. ℥ ſ.
            - Aquarum { Maioranæ, Hyſſopi, Betonicæ } Sing. ℥ j.
            - miſceantur, & fiat ſyrupus una uice ſumendus, per aliquot dies.
          - Decoctio ex Hyſſopo, Pulegio, Thymo, Maiorana, Betonica, Saluia, cum melle roſato, uel oxymelite ſumptum.
        - Coctæ. Vide in ſeq. fig. ♂
    - Quantitatem: quæ pro morbi magnitudine, uiribus, temperamento totius, & partis conditione, ætate, anni tempore, &c. uarianda.
- Secundò immediata. Vide in ſeq. ſign. □

- ♂ Coctæ: ut purgantibus, euacuantibus
  - Vniuerſaliter: primò, quorum alia ſumuntur per
    - Os: ut eſt potio talis
      - ℞. Diacatholiconis. ʒ. vj.
      - Electuarij Indi. ʒ. ij ſ.
      - miſceantur, & cum decoctione florum & fructuũ, in aqua betonicæ & maioranæ facta, fiat potio, cui addatur ſyrupi de Stœcade ℥. j.
    - Aluum: ut
      - ℞. Maluæ, Mercurialis, Betonicæ, Roriſmarini, Maioranæ, Saluiæ — Sing. M. ſ.
      - Furfuris M. j. fiat decoctum, de quo accipiatur ℔ j. cui addatur hieræ ſimpl. ℥. j. mellis roſacei ℥. ij. olei communis ℥. iij, ſalis ʒ. j, & fiat clyſter.
  - Particulariter: deinde quorum alia euacuant
    - Senſibiliter per
      - Nares: ut Sternutatoria ex helleboro albo, caſtoreo, pipere, &c.
      - Palatum: ut ſunt apophlegmatiſmi, pituitam ex capite trahentes.
    - Inſenſibiliter: uidelicet per inſenſibilem tranſpirationem, ſi foriſecus applicentur: ut eſt
      - Inunctio capitis in morbi
        - Principio, ex oxyrhodino, cùm humor ex capite ſit repellendus.
        - Augmento, ex oxyrhodino, in quo caſtoreum, pulegium, calamintha, thymum, & alia huiuſmodi fuerint cocta.
      - Irrigatio (capite prius raſo) præſertim in loco ſyncipitis, ex ſerpyllo, hyſſopo, thymo, ac pauco caſtoreo, in aceto & oleo coctis, uel ex aqua, in qua ruta aut laurus ſit decoctus. Saturegia quoq; cum aceto frequenter infuſa, & capiti adhibita, lethargicos excitat.
      - Sinapiſmus ex caricis cum ſinapi, aceto macerato, poſtremò adhibendus, ſi reliqua non profuerint.

- □ Immediata: uidelicet intemperies frigida & humida, (morbus propriè dicitur) quæ poſt cauſæ ablationẽ curanda, partim
  - Victus ratione iam dicta, ſeruata.
  - Medicamentis adhibitis ſecundum cõmodam
    - Qualitatem: nimirum contrariã morbo, ut ſunt alterantibus calidis: quorum alia
      - Intrinſecus ſumuntur: ut
        - Theriaca.
        - Mithridatum.
        - Diambra.
        - Diamochu dulce.
        - Conſerua
          - Betonicæ.
          - Maioranæ.
          - Saluiæ, &c.
      - Foriſecus applicantur: ut
        - Inunctio
          - Capitis ex oleo
            - Nardino.
            - De caſtoreo.
            - Coſtino, &c.
          - Frontis, ex caſtoreo, aut pilis humanis crematis & leuigatis ex aceto.
          - Narium, ex aceto, in quo origanum, pulegium, thymum, & id genus alia cocta ſint, admiſto pauco caſtoreo, naribuſq; admotis.
        - Embrocha ex
          - Maiorana.
          - Saluia.
          - Serpyllo.
          - Betonica, &c. ut ſuprà.
    - Quantitatem: ut ſuprà dictum.

## De caro, ex Hipp. Gal. & cæteris Græcis.

Κάρος, quem Arabes Subet nominant, eſt ueluti reſolutio quædam principis facultatis imaginatricis, ac priuatio ſenſuũ, uniuerſarumq́; motionum, ſpirandi tamen facultate manente illæſa. Eſt autem eius (uidelicet cerebro per ſe affecto, & non per cõſenſum. Nonnunquã enim ſuperuenit alijs affectibus, ut febriũ acceſſionibus, comitialibus, & alijs, &c.)

- Dignotio nimirum
  - Subiecti, ſeu partis malè affectæ: uidelicet CEREBRI: ut actio animalis
    - Princeps, nimirum imaginatio læſa.
    - Senſibilis } Læſa.
    - Motrix } Læſa.
  - Formæ: nimirum SYMPTOMATIS: ut
    - Functio animalis principis, præſertim imaginatrix abolita, ſenſibilis & motrix, ſpirandi facultate excepta, quò ab apoplexia differt.
    - Somnus profundiſſimus, ita ut dum punguntur, ſentiant quidem, non tamen loquãtur. Vnde à lethargo differt: quoniam lethargici interrogati reſpondent, & non omnino ſine uoce decumbunt.
    - Oculi clauſi ſemper.
  - Efficientis
    - Immediatè: nempe FRIGIDAE INTEMPERIEI: ut ſomnus profundus.
    - Mediatè: ſcilicet HVMORIS FRIGIDI ac craſſi, aut omnino uiſcidi. (Vnde differt à lethargo. Quoniã hic, niſi humor pituitoſus putreſcat, fieri nequit: ille uerò, ut putreſcat, nõ requirit) ut
      - Somnus profundus.
      - Excretio per nares.
      - Aetas ſenilis.
      - Tempus anni frigidum, &c.
- Curatio, quæ cum lethargicis conuenit, Aëtij authoritate. Valentioribus tamen, attenuantibus ac incidentibus utendum erit. Stomacho etiam, quæ calefaciant, & corroborent medicamenta adhibenda, ſi is quoque pituita refertus, aut immodicè frigidus fuerit.

## De catoche, uel catalepſi, ex eiſdem.

Κατοχή, uel κατάληψις, eſt ſubita quædam detentio, ſeu occupatio, tum animæ, tũ corporis: qua qui corripitur repentè in illo permanet habitu, quo correptus eſt: cuius

- Dignotio, ſcilicet cauſarum: ut
  - Subiecti, loci malè affecti, ſeu CEREBRI, indicat ipſa actionum læſio: præſertim poſterioris eius partis, ſecundum uentriculum eius: quoniam repentè fit.
  - Formæ: SYMPTOMATIS ſcilicet, ut
    - Functio animalis princeps, imaginatio ſcillicet abolita.
    - Occupatio, ſeu mentis detentio, adeò, ut ueluti fixos oculos, ac palpebras, ſic laborantes, penitus immobiles habeant: aliquando & eaſdem apertas habentes, aut nictitant, aut intentè uident: adeò ut neque ſi quis manus oculis ipſorum oſtendat, eos claudant, Aëtio teſte.
    - Vocis & ſenſus priuatio.
    - Pulſus paruus, lãguidus, & uehemẽter denſus.
    - Alui & urinæ ſuppreſſio.
    - Spiratio denſa, rara, & per interualla magna.
  - Efficientis
    - Immediatè: nimirũ FRIGIDAE ET SICCAE INTEMPERIEI: uel potius OBSTRVCTIONIS: ut ſubita acceſſio: uigiliæ, excretio nulla per nares, &c.
    - Mediatè: uidelicet BILIS ATRAE: ut patet ex Galeno ſecũdo Aphoriſmorum in cõmentario Aphoriſmi tertij: quod etiam ex uictus ratione præcedenti, ætate, temperatura, anni tempore, &c. comprehendere quis ualebit.
- Curatio, in qua conſiderandum. Vide in ſeq. ſig. ⌗

- ⌗ Curatio, in quâ conſiderandum
  - Quid ſit agēdum, quod indicat affectus cauſa mediata: quæ ſui ablationem indicat. Quod fiet
    - Primò uictus ratione probè inſtituta, ſecundum
      - Qualitatem contrariam: quare ſit
        - Aër
          - Calidus.
          - Humidus.
        - Cibus, ptiſanæ ſuccus, & ſimilia.
        - Potus, aut
          - Apomeli.
          - Aqua mulſa.
          - Vinum album, aquoſum, tenue, ſubaſtringens & optimè dilutum.
          - Ab aqua abſtineant ægri, cum fluctuationes faciat, ſitim non ſedet, & ſplenes excitet.
      - Quantitatem, quæ augenda, minuendáue, pro uirium robore, ætate, anni tempore, &c.
    - Deinde medicamentis adhibitis, ſecundum aptā
      - Qualitatē nimirum contrariam
        - Quantitati humoris. Nam ſi miſtus plurimo ſanguini fuerit, uires ac ætas non prohibuerint, citra dilationem, uena ſuperna in cubito ſecanda erit, & pro uiribus ſanguis detrahendus.
        - Qualitati
          - Nondum paratæ: ut cōcoquentibus ſeu alterātibus: cuiuſmodi eſt ſyrupus ſequens: ut—
            - ℞. Syrupi
              - De ſucco fumi terræ
              - De ſucco borrag.
              - De epithymo——
              - Sing. ℥ ß.
            - Aquarum
              - Lupulorum
              - Fumariæ
              - Betonicæ
              - Sing. ℥ j.
            - miſceantur & fiat ſyrupus per plures dies ſumendus.
          - Paratæ: ut purgātibus, uel euacuātibus——
            - Senſibiliter: quorū alia ſumūtur per
              - Os: ut eſt decoctum tale——
                - ℞. Lupulorum. Fumariæ, Borraginis, ſing. ʒ. iij. Senæ, Polypodij, Epithymi, ſing. ʒ. ij. fiat decoctum ſecundū artem, in quo diſſoluatur caſsiæ ℥ j. Diaſenæ ℥ ß. Syrupi uiolacei ℥ j. & fiat potus.
              - Aluum: ut clyſter talis——
                - ℞. Chamomeli, Betæ, Borraginis, Mercurialis, ſingulorū q. ſ. Polypodij, Senæ, Epithymi, ſing. ʒ. iij. fiat decoctum, de quo ſumatur ℔ j, cui addatur Diacathol. ℥. j, Cōfect. Hamech. ʒ. iij, Mellis roſ. ℥ ß, Olei ℥ ij, Salis ʒ. iij. miſceantur & fiat clyſter.
            - Inſenſibiliter per cutim: ut inunctio capitis ex oleo———
              - Chamomælino.
              - Anethino. Deinde coquatur in eis ſerpillū, aut hyſſopum, aut thymum.
              - Totum etiam corpus oleo anethino inungendū, præſertim hyeme.
      - Quantitatem, quæ pro morbi uehementia, uiribus, ætate, &c. minuenda uel augenda eſt.
  - An fieri id poſsit quo tendimus, quod indicat pars malè affecta, morbi uehementia, &c. ———
    - Aëtius catalepſim periculoſiorem eſſe, quàm lethargum, aſſeruit, licet in febribus ſimilibus lethargo conſiſtat: & proinde ſi ille periculoſior erat, hæc erit periculoſiſsima. Proinde confeſtim curanda erit.

# De apoplexia, ex Hipp. Gal. Aëtio, Ægineta, Tralliano & Celſo.

- **Apoplexia, eſt totius corporis ſenſus & motus priuatio: cuius**
  - *Dignotio, uidelicet cauſarum*
    - *Subiecti, nempe* CEREBRI: *ut functiones animales omnes læſæ. Læduntur nanque in hoc, non modò ſenſibiles & motrices animæ functiones omnes, uerum & principes, quarum auctor, fons ac principium cerebrum eſt. Quibus cunctis læſis, neceſſario cerebrum oblæſum erit, & ſecundum eius uentriculos, in parte utraque, id quod indicat tum eius generatio, tum ſolutio, quæ ſubitaria eſt.*
    - *Formæ: ſcilicet* SYMPTOMATIS: *ut*
      - *Actiones animales omnes abolitæ.*
      - *Motus & ſenſus priuatio.*
      - *Subitus in terram lapſus cum clamore.*
      - *Oculi clauſi, inſtar dormientium.*
      - *Reſpiratio cum mugitu, aut qualis cū ſtertore domientium.*
    - *Efficientis*
      - *Immediatæ: uidelicet* OBSTRVCTIONIS, *ſeu conſtipationis: ut generatio ſubitaria, quæ per corporum intemperiem nequaquam fieri poteſt. Eſt autem hic affectus morbus in cauitate, quem immediatè apoplexia ſequitur. Quoniam ſymptomatum cauſæ morbi ſunt.*
      - *Mediatæ (à qua obſtructio, ſiue conſtipatio fit) nimirum* FRIGIDI CRASSI, *ſeu uiſcidi humoris*
        - *Pituitoſi: ut*
          - *Crapula.*
          - *Ebrietas.*
          - *Anni tempus frigidū.*
          - *Ætas ſenilis.*
          - *Temperamentum frigidum.*
          - *Victus ratio frig. &c.*
        - *Melācholici: cuius ſigna ex curatione melancholiæ petenda.*
  - *Curatio, quæ ſuis indicationibus perficitur. Quare*
    - *Quid ſit agendum. Vide ſign.* ♁
    - *An noſtris intentionibus ſatisfacere poſſumus, id quod ex affectus magnitudine, parteq́; affecta facilè quis conijcere poterit: nempe hunc eſſe periculoſiſſimum: quod etiam teſtatur*
      - *Hippocrates, ſic inquiens: Apoplexiam ſoluere, eſt impoſſibile, debilem uerò non facilè.*
      - *Ægineta. Apoplexia nequaquam, aut rarò curatur, ut quæ mortem in propinquo minetur. Si uerò etiam remedia ipſam ſuſtulerunt, plurimum cum partis cuiuſdam corporis reſolutione diſcedit.*
      - *Aëtius, apoplexiam ex ſui natura magnam eſſe aſſerit, & uehementer acutam: contingereq́;, ut qui periculum effugerunt, in diuturnum morbum incidant, reſolutionis uidelicet aliquarū partium, aut etiam totius corporis, aut uiolatæ rationis.*
      - *Cornelius Celſus. Solent autē, qui per omnia membra reſoluti ſunt, celeriter rapi: ac ſi correpti nō ſunt, diutius quidem uiuunt, & plerunque miſerum ſpiritum trahunt, memoria quoque amiſſa.*
      - *Galenus tamen apoplexiā debilem, licet ſoluta neq́; facilis ſit, oportunis auxilijs adhibitis, curari poſſe, aſſerit.*

Quid ſit agē dū indicat (t)

- Primò ſymptoma, quod prius mitigandum eſt. Quoniam eius, quod magis urget, prius ratio habenda eſt. Vnde ſtatim ab initio odoramenta excitatoria adhibenda ſunt, ex caſtoreo, opopanace, aut galbano, ſeu ſagapeno: & aperto eorum ore, acetum mulſum inſtillandum erit, & pennæ oleo imbutæ immittendæ ſunt, & uomitus prouocandus.
- Secundò ſymptomatis cauſa mediata: nempe frigidus, craſſus ſeu uiſcidus humor, qui ſui ablationem ſignificat, præſertim ſi prima nō profuerint. Hoc quidem fiet partim —
  - Victus ratione inſtituta ſecundum commodam —
    - Qualitatem: quare ſit
      - Aër calidus.
      - Cibi leues, calidi, et deterſoria ui præditi, facilisq; diſtributionis, & plerunq; cum melle edulcati: ut gallinarum, caponum, uel pullorum ius, in quo decoctum ſit
        - Hyſſopum.
        - Serpyllum.
        - Saturegia.
        - Thymum.
        - Calamintha.
        - Maiorana.
        - Saluiæ folia, quo iure panis optimus quoque macerari poterit.
      - Potus
        - Aqua mulſa.
        - Apomeli.
        - A uino abſtineatur.
      - Frictio uehemens, & uincula in extremis corporis partibus adijcienda, humerisq; plures cucurbitulæ affigendæ.
    - Quantitatem: quæ omnino pauca eſſe debet.
  - Medicamentis adhibitis ſecundū debitam
    - Quantitati: ut uenæ ſectione quæ ſtatim facienda, prædicto tamen eorum periculo, ut Aëtius ait. Quoniam ſanguinis detractio, aut occidit, aut liberat. Celſo authore: adeò ut poſt ſanguinis miſsionē, ut ipſe refert, ſi non redit & motus & mens, nihil ſpei ſupereſt. Detractio autem ſanguinis è dextra manu fiat, humerali aut media inciſa uena, ubi uires, ætas, & alia non dehortantur: affectus nanque magnitudo id præcipit, tanquam princeps ſcopus uenæ ſectionis, Hippocratis & Galeni decretis. Verùm copia ſanguinis, quæ detrahitur, diuidenda erit, cum commouere tantùm oporteat, & non exoluere uires, & calorem extinguere. Quapropter in euacuatione, pulſus, faciei color, ac inſpiratio inſpiciantur, & ſi nihil mali conſequatur, etiam repetenda eſt detractio: quoniam aliud curationis genus uix unquam ſanitatem reſtituit. Verum ſi ægri ad uenæ ſectionē fuerint inepti, aut in prædictis malum quoq; perſeuerauit, alienum non erit, medicamentum purgans eis præbere, ut ſequitur,
    - Qualitatem: nimirū cōtrariam
      - Qualitati: ut medicamento purgante
        - Pituitam
          - Vniuerſaliter primò: quorum alia ſumuntur per —
            - Os: ut
              - ℞. Pilularum { Cochiarum, Arabicarum } Sing. ℈ ſs.
              - Trochiſcorum de agarico ℈ j.
              - miſceantur, & cum aqua maioranæ formentur pilulæ.
            - Aluum: & uel
              - Clyſteres: ut
                - ℞. Hyſſopi, Pulegij, Saluiæ, Rutæ, Mercurialis, Centaurij minoris, Calaminthæ, Furfuris, ſing. M ſ. Polypodij ℥ ſ. Sem. fœniculi, aniſi, ſing. ʒ. ij, & fiat decoctum, de quo ſumatur ℔ j. cui addatur Hieræ picræ comp. ℥ ſ, Electuarij indi ℥ ſ, Mellis roſ. ℥. ij, Salis ℥. ij, olei rutacei ℥. iij, miſceantur, & fiat clyſter.
              - Glandes, quæ ex Hiera S. ſeu Hieralogodio colocynthide, agarico, & ſale gemmæ cum deſpumato melle formari poterunt.
          - Particulariter deinde,
            - Senſibiliter, per
              - Nares: ut ſunt ſternutamenta ex
                - Caſtoreo.
                - Helleboro.
                - Pipere, &c.
              - Palatum: ut ſunt apophlegmatiſmi ex
                - Pyrethro.
                - Origano.
                - Pipere.
                - Thymo.
                - Caſtoreo, &c.
            - Inſenſibiliter: ut inunctio capitis prius abraſi, ex
              - Roſaceo cum aceto, in quo ſerpyllum, aut calamintha fuerint cocta.
              - Oleo
                - Nardino.
                - Coſtino.
                - De caſtoreo, &c.
        - Melancholiam: ut
          - ℞. Pil. { De fumo terræ, De lapide lazuli } Sing. ℈. ſs.
          - miſceantur, & cum aqua fumiterræ fiant pilulæ.
    - Quantitatem: quæ augeri uel minui poterit, pro morbi uehementia, uiribus, ætate, partis conditione, anni tempore, &c.
- Tertiò intemperies frigida, poſt humoris ablationem remanens. quæ curanda: idq; perfici poterit medicamentis alterantibus, adhibitis ſecundum qualitatem & quantitatem commodam. Horum autem alia —
  - Intrinſecus ſumuntur: ut
    - Theriaca.
    - Mithridatum.
    - Diambra.
    - Diamoſchum dulce.
    - Conſerua betonicæ, maioranæ.
  - Extrinſecus capiti applicantur: ut inunctio capitis ex oleo —
    - Irino.
    - Coſtino.
    - Nardino.
    - De caſtoreo, &c.

## De reſolutione, ex eiſdem.

Παράλυσις, ſeu reſolutio, eſt tum motus, tum ſenſus priuatio: nō quidem neruorū omnium totius corporis, ut in apoplexia: ſed ubi alterum latus, aut dextrum aut ſiniſtrum ſenſum et motum amiſerit, aut in aliquo particulari mēbro id acciderit: cuius

- Dignotio, uidelicet cauſarum: ut
  - Subiecti, ſeu loci affecti: nimirum
    - CEREBRI partis
      - Dextræ: ut faciei quoque pars dextra, cum corporis parte dextra læſa.
      - Siniſtræ: ut
        - Pars quoque faciei ſiniſtra, cum corporis parte ſiniſtra læſa.
    - PRINCIPII ſpinalis medullæ: ut altera tantùm pars corporis ſenſu motuq́; priuata, abſque faciei eiuſdem partis læſione.
    - PARTIS ALTERIVS. Hic ea pars inueſtiganda uenit, à qua neruos ſuſcepit: id quod in anatomice exercitatus haud obſcurè inueniet: quemadmodum ſi & ipſamet ſpinalis medulla non ſecundum eiuſdem initium, ſed iuxta alias inferiores eius partes, ac uertebras lædatur, & ſuppoſitæ partes oblæſæ erunt. Si ingens fuerit affectio, omnes: ſi exigua, & ſecundum partem oblæſa ſit, partes quæ è directo ſuppoſitæ ſunt, afficientur. Quapropter ex anatome quis doctus tum primò affectum inuenire potuerit, notitia præhabita, à qua ſpinalis medullæ parte, partes reſolutæ neruos ſuſcipiant. At quemadmodum dignoſcendum id ſit, ſcriptum reliquit Galenus, tum primo de Cauſis ſymptomatum, tum tertio de Locis affectis.
  - Formæ: uidelicet SYMPTOMATIS: ut actio animalis motrix & ſenſibilis abolita. Priuatur nanque utraque facultas in ea, uidelicet ſenſus & motus.
  - Efficientis
    - Immediatæ:
      - FRIGIDAE intemperiei: ut
        - Faciet plena ac pallida.
        - Caput tactu minimè calidum.
        - Externa aliqua cauſa infrigidans præceſſit.
        - Læſio à frigidis.
        - Auxilium à calidis.
      - OBSTRVCTIONIS: ut acceſſio ſubitaria.
      - SECTIONIS: ſigna manifeſta.
    - Mediatæ
      - FRIGIDI, uiſcidi ac craſſi ſucci: ut
        - Caput tactu minimè calidum.
        - Facies pallida ac plena.
        - Victus ratio frigida.
        - Anni tempus frig.
        - Ætas ſenilis, &c.
      - TVMORIS: ex eorum ſignis proprijs deprehenditur.
      - CORPORIS alicuius duri, extrinſecus aduenientis: ut
        - Laquei.
        - Manus.
      - Luxatæ uel fractæ ſpinæ uertebræ, uel aliorum oſſium fractorum.
- Curatio, in qua conſiderandum
  - Quid ſit agendum. Vide ſign. *
  - An hic affectus curari ualeat: qua de re
    - Cornelius Celſus inquit: Reſolutio, quæ non per omnia membra, ſed in partibus fit, nunquam acutus, ſæpe longus, ferè ſanabilis morbus eſt.
    - Ægineta: Reſolutio, quæ à nerui diuiſione oritur, inſanabilis eſt: nec minus ſi ex ſpinalis medullæ tranſuerſis inciſionibus, ſeu luxatione ualida. Cæterùm ſi reſolutum membrum, minuatur, aut eius color immutetur, non abſq; ratione difficulter curabitur, aut fortè non curabitur. Non enim ſolum indicat facultatem animalem eſſe priuatam, ſed etiam naturalem, ac quodammodo uitalem.

- * Quid ſit agendum, indicat cauſa ſymptomatis efficiens
  - Primò mediata: nempe frigidus, craſſus & uiſcidus humor, q ſui ablationē indicat. Quibus autem inſtrumentis id perfici queat indicat eadē cauſa efficiēs. Ea nanq; cõmodè tolli poterit, tum
    - Victus ratione, ordinata ſecundum accommodatam
      - Qualitatem: ipſi uidelicet cauſæ contrariam: quare ſit
        - Aër
          - Calidus.
          - Siccus.
        - Somnus mediocris, diurnus tamen fugatur.
        - Exercitium moderatum, ſi eo uti poterit: quoniam maximè confert.
        - Frictio ex oleo rutaceo, uel ueteri.
        - Gaudium. Animi nanque perturbationes omnino fugendæ.
        - Cibus
          - Cremor ptiſanæ.
          - Oua ſorbilia.
          - Ius gallinarum, in quo parum hyſſopi, aut ſaluiæ, maioranæ, betonicæ, aut ſaturegiæ, fuerit coctum.
          - Caro aſſata, præſertim
            - Pullorum.
            - Gallinarum.
            - Caponum, &c.
        - Potus, uel
          - Aqua mulſa, cui etiam ſaluiæ parum, aut cinnamomum fuerit incoctum.
          - Potio, quæ Hippocras appellatur: ut
            - ℞. Cinnamomi ʒ.ij, Zingiberis ʒ ſ, Granorum paradiſi, Galangæ, Piperis longi, ſing. ʒ.j, Cardamomi ʒ.j ſ. Nucis muſchatæ. Gariophyllorum, ſing. ʒ.j. macis ʒ.j. coquantur in aqua, uſque ad conſumpt. tertiæ partis: deinde coletur, & ſaccharo potio dulcis reddatur.
      - Quantitatem: quæ omnino ſit modica, tam cibi, quàm potus.
    - Medicamentis exhibitis, ſecundum
      - Qualitatem contrariam, & uel ipſius humoris
        - Quantitati. Nam ſi humor ſanguini permiſtus eſt, uenæ ſtatim ſectio ab initio faciēda, modò ætas, habitus, tempus anni, & ſimilia non prohibuerint. Fiat autem à partibus ſanioribus, & moderatè, ne corpus refrigeretur. Interpoſitis autem diebus quibuſdam à uenæ ſectione, aluus clyſteribus ſubducenda, ut inferius deſcribentur.
        - Qualitati
          - Crudæ: ut alterantibus, cõcoquentibus, incidentibus, attenuantibus: cuiuſmodi eſt ſyrupus talis
            - ℞. Syrupi
              - De Stœchade
              - De Hyſſopo
            - Mellis roſacei — Sing. ℥ ſ.
            - Aquarum
              - Maioranæ
              - Betonicæ
              - Roriſmarini
              - Sing. ℥.j.
            - miſceantur, & fiat ſyrupus una uice ſumendus per plures dies.
          - Coctæ. Vide ſign. ⊕
      - Quantitatem: quæ augeri uel minui poterit, pro morbi magnitudine, partis conditione, uiribus, ætate, anni tempore, &c.
    - Manu: ut cauterio, ſi reliquis non cedat affectus.
  - Secundò immediata, &c. Vide in ſeq. fig. ⊞

- ⊕ Coctæ: ut purgantibus, euacuantibus
  - Senſibiliter: quorum alia ſumuntur per
    - Os: ut pilulæ tales:
      - ℞. Pil. { Cochiarum / Alephang. / Hieræ comp. } — Agarici trochiſcati — Sing. ℈. j.
      - miſceantur & cum ſyrupo de ſtœchade fiant pilulæ.
    - Aluum: ut clyſter talis:
      - ℞. Maluæ / Althceæ / Mercurialis / Chamomeli / Maioranæ / Hyſſopi / Betonicæ — Sing. M. s.
      - Florum ſtœchadis / Florum rutæ — Sing. ʒ. iij.
      - conquantur in aqua uſque ad ſufficientiam, & fiat decoctum, de quo ſumatur ℔ j. cui addantur olei communis ℥. iij, Hieræ picræ uel Benedictæ laxatiuæ ℥ s, ſalis parum, miſceatur & fiat clyſter.
  - Inſenſibiliter: ſunt reſoluentia, extrinſecus applicata: ut
    - Inunctio partis, ex oleo
      - Nardino.
      - Coſtino.
      - Laurino.
      - Vulpino.
      - De caſtoreo, &c.
    - Sacculus: ut
      - ℞. Maioranæ / Hyſſopi / Saluiæ / Rutæ / Foliorum lauri — Sing. ʒ. ij.
      - Spicæ / Caſtorei / Florum ſtœchados — Sing. ʒ. j.
      - contundãtur omnia, & ex eis ſacculi parentur.
    - Fomentum, ex ſaluia, Hyſſopo, Roriſmarino, Hyperico, herba paralyſi, Maiorana, Betonica, Pulegio, omnibus in uino albo decoctis, additisq; caſtorei ʒ. ij, florum ſtœchadis, ſpicæ ſing. ʒ. j s. quibus ſæpius reiteratis cum ſpongijs, ſeu linteo, aliquod ex prædictis unguentis, ſeu ſacculis ſuper imponi debet.

- ⊞ Secundò immediata: uidelicet intemperies frigida: quæ remouenda eſt. Fit autem hoc medicamentis
  - Intrinſecus ſumptis: ut
    - Mithridatum.
    - Theriaca.
    - Diambra.
    - Diamoſchum dulce.
    - Conſerua
      - Anthos.
      - Betonicæ.
      - Saluiæ, &c.
  - Extrinſecus applicantis: ut oleo
    - Rutaceo.
    - Euphorbij.
    - Hyperici.
    - Nucis muſcatæ.
    - Caſtoreo, &c.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0282-7
DFG

## De epilepſia, ſeu morbo comitiali, ex eiſdem.

- **Epilepſia eſt conuulſio omnium corporis partiũ, non perpetua, ſed quæ ex temporum accidit interuallis, cum mentis ac ſenſuum obleſione: cuius**
  - **Dignotio: uidelicet**
    - Subiecti, partis male affectæ: nempe CEREBRI (quod ex proprijs eius functionibus læſis, cùm principibus, tum motricibus et ſenſibilibus cuiq; facilè eſt perſpicuũ, affecti per
      - Se, id quod pluribus epilepticis euenire conſueuit: ut
        - Capitis grauitas.
        - Viſus tenebroſus & hebes.
        - Vertigo.
        - Tardus ſenſus.
        - Conuulſio uehemens.
      - Conſenſum
        - Ventriculi: ut
          - Palpitatio.
          - Turbatio uentriculi.
          - Eroſio.
          - Sedatio epilepſiæ, uacuato humore per uomitum.
          - Acceßio uel irritatio, cùm tardè cibum, aut nullum ſumunt.
        - Partis alterius: ut
          - Diſtributionis mali, ex eadem parte, primario affecta, ad ſuperiora, hoc eſt ad cerebrum fieri, manifeſta perceptio.
    - Formæ: nempe SYMPTOMATIS (ſi quidem actiones animales ſenſibiles, principes abolitæ, & motrices deprauatæ ſunt)
      - Præſentis: ut
        - Caſus cum uehementi totius corporis concußione.
        - Acceßio ſubita & improuiſa, cum multa ſpuma, &c.
      - Futuri: ut
        - Corporis animiq; ſtatus minimè arbitrarius.
        - Triſtitia.
        - Obliuio eorum, quæ perceperunt.
        - Turbulentæ inſomniorum imagines.
        - Capitis dolor, eiuſq; repletio continua.
        - Inordinatus linguæ motus.
    - Efficientis
      - Immediatæ: uidelicet OBSTRVCTIONIS meatuum cerebri, quã ſequitur immediatè hoc ſymptoma: ut acceßio ſubitaria, & feſtina ſolutio.
      - Mediatæ: nimirum HVMORIS craßi & lenti. (Nam tenuis & calidus humor nõ ita ſubitò obſtructionem gignere ualet)
        - Pituitoſi: ut
          - Facies pallida.
          - Ætas puerilis.
          - Temperamentum frig. & hum.
          - Victus ratio frig. & hum.
          - Anni tempus frig & hum.
        - Melãcholici: ut
          - Cibi craſſum & fœculentum humorem gignentes.
          - Exercitationes.
          - Mœſtitia.
          - Vigiliæ.
          - Temperamentum frig. & ſiccum.
          - Anni tempus frig. & ſiccum.
  - **Curatio (cerebro per ſe affecto) quæ ex indicationibus, à rei natura ſumptis, perficitur: quare**
    - Quid ſit agendum. Vide ſign. #
    - An id, quo tendimus ſperari poßit, quod indicat morbi uehemẽtia, et diuturnitas, etc. Nam teſte Hippocrate
      - Citò iugulat, in quo acceßio eſt acutißima, & crebris acceßionibus, & ſymptomatum uehementia.
      - Pleriſq; hic morbus longus eſſe ſolet. Nam ſi non pubertate, uel menſtruorum initio, uel puerperio ſolutus fuerit, ſæpe uſq; ad mortis diem prorogatur, niſi probè à medico fuerit curatus.
      - Pueros maximè occupat, eoſq; adhuc paruulos.

\# Quid ſit agendum, indicat —

- Primò cauſa ſymptomatis mediata, uidelicet —
  - Pituita: quæ auferenda eſt partim
    - Victus ratione, inſtituta ſecundum —
      - Qualitatem calidā & ſiccam. Itaq; ſit
        - Aër declinans ad
          - Calidum.
          - Siccum.
        - Somnus moderatus, nocturnus, & non diurnus.
        - Exercitium & frictio capitis, poſt reliquas corporis partes omnes.
        - Aluus lenis & non aſtricta: & ſi non ſponte deijciant, glandibus aut clyſterijs (de quibus inferius) eorum natura proritetur.
        - Animi tranquillitas. Sunt nanque immodicæ animi perturbationes fugiendæ, præſertim ſolicitudo, mœſtitia, & negotia omnia.
        - Cibus
          - Panis optimè fermentatus.
          - Carnes uolatilium animalium, quibus interim guſtare poterit: uidelicet gallinarum, caponum, pullorum, turdorum, merularum, &c. à reliquis uerò abſtineat, præſertim carne ſuilla, quemadmodum à cibis mollibus & ſorbitionibus.
          - Ex oleribus
            - Hyſſopum.
            - Pulegium.
            - Gingidium.
            - Sampſucum.
            - Intybum.
            - Porra cocta.
            - Cappares.
          - A piſcibus omnibus, fructibus, abſtinendi ſunt ægrotantes, exceptis piſtacijs & uuis paſſis, quæ ſuper cibum ſumere poſſunt.
        - Potus
          - Aqua mulſa, uel aqua, in qua cinnamomū, & coriandrorum præparatorum ſemina fuerint decocta.
          - A uino abſtineant, præſertim uetuſto & meraco, cùm caput repleat.
      - Quantitatem congruentem, quæ pro ætate, temperamento, anni tempore, morbi uehementia, &c. conueniens eſſe debet.
    - Medicamentis, ſecundum conuenientem qualitatē adhibitis. Verū hæc ſecundū ætatem uarianda ſunt. Nam in —
      - Infantibus, nihil moliendum, neq; agendum eſt, quantum ad curationem attinet. Nam ætate ad calidiorem ſicciorémq; ſtatum uergente, & uictu moderatiori, ſua ſpōte plerunq; morbus finitur, teſte Hippocrate. Proinde ſolius uictus infantium, & nutricis ratio habenda erit, ac lac illius emendandum, utq; calidius & ſubtilius efficiatur, conandum: quod fiet, ſi eadem uictus ratione utatur nutrix, quā ſuprà deſcripſimus: hoc tamen ſeruato, quod non ualdè extenuantibus utendum ſit, ne plus uaſa uteri aperientibus, plurimumq; ſanguinem menſtruū proritantibus lac imminuatur. Quare fœniculo, anetho, aniſo, ac alijs uiridibus, & non utantur, ut quæ magis ſunt acria. Tamen capita eorum aſsiduè oleo anethino & irino inungi poterunt, neq; unquam uel calida, uel frigida lauandi, multò minus totum corpus. Mel quoq; deſpumatum ijs dari poterit, ac radix pœoniæ uiridis collo ſuſpendi, &c.
      - Adultis
        - In ipſa acceſſione
          - Statim eorum partes dirigendæ, inungendæ ac deligandæ ueniunt, atq; ita cōtinendæ, ut in rectum dirigantur.
          - Deinde diſtento ore, uomitus proritandus, quò humores ex ſtomacho extrahantur, pituitaq; auferatur: digitis, aut pennis, oleo illitis, irino præſertim dimiſsis.
          - Odoramentis etiam ſenſum excitare conuenit, ut —
            - Peucedano.
            - Ruta.
            - Bitumine.
          - Perſeuerante autem acceſsione, glans immittenda erit, ex agarico, ſale gemmæ, hiera & deſpumato melle confecta. Extremæ partes fortiter uinciendæ ac confricandæ, confidenterq; caſtoreum ſuccum'ue cyreniacum cum aceto mulſo ori infundere licebit.
        - Poſt acceſsionem. Vide in ſeq. ſign. ✠
  - Melancholia: quæ euacuanda medicamentis, talem humorē purgantibus, cōcocto tamē prius humore.
- Secundò. Interpres, &c. Vide in ſeq. ſign. ♁

- ✲ Pôſt acceßionem: conueniunt medicamenta contraria humoris—
  - Quantitati. Nam ſi ſanguis unà abundet, & nihil impediat, uenæ ſectio facienda, præſertim crurum iuxta talum, ex utroque crure, & paululum ſanguinis emittendum.
  - Qualitati
    - Crudæ: ut alterantia concoquentia: cuiuſmodi eſt
      - Syrupus
        - ℞. Syrupi { Hyſſopi— / Stœchadis } Oxymellis ſcyllitici — Sing. ℥ ſ.
        - Aquarum { Maioranæ / Roriſmarini / Betonicæ } — Sing ℥ j.
        - miſceantur, & fiat ſyrupus.
      - Decoctum ex Hyſſopo, radice pœoniæ, Betonica, thymo, pulegio, &c.
    - Coctæ: ut purgantia, euacuantia
      - Vniuerſaliter, per
        - Os: ut
          - ℞. Pil. { Aurearum / Cochiarum / Sine quibus } Agarici nochiſcati — Sing. ℈ j.
          - miſceantur, & cum aqua maioranæ fiat pilulæ.
        - Aluum: ut clyſter talis:
          - ℞. Decocti centaurij, calaminthæ, ariſtolochiæ, mercurialis, chamæmeli, furfuris, ℔ j. olei comm. ʒ iij hieræ picræ S. ℥ ſ. mellis roſ. ʒ. ij. Agarici ʒ. j. ſalis parũ, & fiat clyſter.
      - Particulariter
        - Senſibiliter, per
          - Nares: ut ſternutamenta ex helleboro, caſtoreo, pipere, &c.
          - Palatum: ut apophlegmatiſmi ex hyſſopo, caſtoreo, &c.
        - Inſenſibiliter: ut inunctio capitis raſi ex oleo—
          - Rutæ / Irino } in quo ſerpyllum coctũ ſit.
          - Euphorbij.
          - De caſtoreo, &c.

- ♁ Secundò. Intemperies frigida poſt humoris ablationem remanens: quæ medicamentis qualitate contrarijs curanda. Horũ alia
  - Intrinſecus ſumuntur: & uel
    - Compoſita: ut
      - Theriaca.
      - Mithridatum.
      - Diambra.
      - Diamoſchu dulce, &c.
    - Simplicia, quæ naturæ proprietate aduerſantur: ut
      - Radix Pœoniæ.
      - Viſcus quercinus.
      - Cornu ceruinum.
      - Oſſa humana combuſta, & alia huiuſmodi, &c.
  - Extrinſecus applicantur: ut
    - Cataplaſma ex pane cocto, cum aqua mulſa, cum ſerpyllo aut ruta contrito.
    - Oleum
      - Rutaceum.
      - Vulpinum.
      - De caſtoreo.
      - De Euphorbio, &c.

## De incubo, ex eiſdem.

Incubus, eſt paßio, quã græci ἐφιάλτην nominãt, ubi aliquis noctu ſe grandi mole opprimi, inuadiq; ab alio credit: cuius

- Dignotio, uidelicet cauſarum: ut
  - Subiecti, loci malè affecti, nempe CEREBRI: ut
    - Actio animalis læſa. Læduntur nanque in ea cùm principes, tum motrices ac ſenſibiles functiones.
  - Formæ: uidelicet SYMPTOMATIS: ut
    - Functiones animales omnes læſæ.
    - Difficilis motus.
    - Torpidus in ſomno ſenſus.
    - Suffocationis imaginatio, & ueluti ingruentis eius occupatio.
    - Vox ſuppreſſa, aut incerta indiſcretaq; edita, &c.
  - Efficientis
    - Immediatæ: OBSTRVCTIONIS ſcilicet uentriculorum cerebri, quam immediatè ſequitur hoc ſymptoma. Ab eorum enim obſtructione impediuntur facultates, quo minus per neruos tranſire queant.
    - Mediatæ: nimirum VAPORIS craßi ac frigidi, ad cerebrum delati, eiuſq; uentriculos obſtruentis
      - Crapulæ.
      - Continuæ ſtomachi cruditates.
- Curatio, in qua cõſiderãdum
  - Quid ſit agẽdũ, indicat
    - Symptomatis cauſa efficiẽs mediata, quæ prius ſui ablationẽ deſiderat. Id autem ritè fieri poterit —
      - Victus ratione, conſtituta ſecundum
        - Qualitatem contrariam ipſi cauſæ. Quare —
          - Aër ſit
            - Mediocriter calidus.
            - Lucidus.
          - Somnus diurnus fugiendus, nec ſtatim à comeſtione cubitum eundum.
          - Cibis utantur boni ſucci, & facilis concoctionis, qui modicè alant, ac non inflent, aut uapores ad caput mittant.
          - In ultima menſa aſtringentibus utantur, ut pyris, ſeu cydonijs, cum ijs quæ extenuandi uim habent, ut hyſſopo, ſerpyllo, maiorana, &c.
          - Vinum uitent, niſi album, aquoſum, ac ſubaſtringens ſit, moderatè dilutum.
        - Quantitatem debitam, quæ pauca admodum eſſe debet, præſertim in cœna.
      - Medicamẽtis adhibitis ſecundum
        - Qualitatem cõtrariã, & uel ipſius humoris
          - Quantitati. Nam ſi unà ſanguis redundet, uenæ ſectio facienda, exterioris uel mediæ ſcilicet, in cubito. Si uerò uitioſi humores magis prædominẽtur, purgante medicamento, corpus ægri euacuandum: ut ſequitur.
          - Qualitati
            - Nondũ paratæ: nam ſi fuerit
              - Pituita, cõcoquenda tali ſyrupo erit: ut
                - ℞. Syrupi
                  - De Abſynthio
                  - De mentha
                - Oximel. Sim. — Sing. ℥ ſ.
                - Aquarum
                  - Fœniculi
                  - Maioranæ
                  - Abſynthij
                  - Sing. ℥. j.
                - miſceantur, & fiat ſyrupus.
              - Melancholia concoquenda ſyrupo
                - De Fumaria.
                - De Lupulis.
                - De Pomis.
            - Paratæ. Nam redundante materia
              - Pituitoſa, euacuanda ex pilulis ſtomachicis, & hiera picra Galeni.
              - Melancholica, euacuanda cum folijs ſenæ, uel pilulis de lapide lazuli, &c.
        - Quantitatem decentem, quæ pro morbi uehementia, uiribus, ætate, &c. uarianda.
    - Intemperies, poſt cauſæ ablationem, in parte relicta: quæ curãda eſt. Hoc quidẽ fiet medicamentis contrarijs partim
      - Intrinſecus ſumptis: ut
        - Diambra.
        - Aromatico roſato.
        - Confectione Diamuſci dulcis.
        - Confectione Dianthos.
      - Extrinſecus applicatis: ut capitis inunctio ex oleo
        - Anethino —
        - Chamomelino
        - Calido.
  - An id quo tendimus ſperari poßit, quod indicat affectus magnitudo, diuturnitas, &c. Nam
    - Aßiduè incidens, & inueteratus hic affectus, grauius aliquod periculum nunciat, ut epilepſiam, apoplexiam, aut inſaniam, &c. Quare huic malo ſtatim ab initio ſuccurrendum erit.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0286-0
DFG

# De phrenitide, ex eiſdem.

- *Phrenitis eſt cerebri, aut membranarum eius inflammatio. Huius —*
  - **Dignotio, cauſarũ ſcilicet: ut —**
    - *Subiecti partis malè affectæ: nimirũ* CEREBRI, *aut eius membranæ tenuis (id quod ipſa actio læſa indicat) affectæ —*
      - *Primariò: ut ſigna perpetua ſeu aßidua & propria. Huius tres ſunt ſpecies, quarum*
        - *Prima, cum anterior pars cerebri afficitur: ut —* → *Imaginatio læſa.*
        - *Secunda, cum media cerebri pars patitur: ut —* → *Ratio læſa.*
        - *Tertia, cũ anterior et media pars cerebri affecta eſt: ut* → *Imaginatio & ratio læſa.*
      - *Per conſenſum ſepti tranſuerſi, uel aliarum partium cum febre acuta: ut —*
        - *Signa non admodum ualida, non perpetua ſeu aßidua, ſed auctam febrim ſequũtur, remiſſa uerò ea quieſcunt.*
    - *Formæ:* MORBI *uidelicet, ſeu intemperiei calidæ: ut —*
      - *Febris continua.*
      - *Delirium.*
      - *Somnus manifeſtis imaginibus turbatus, ita ut & clament nonnulli, exiliant.*
      - *Oculi ſquallidi, ſicci, rubicundi.*
      - *Venæ oculorum ſanguine plenæ.*
      - *Lachryma acris ex altero tantùm oculo.*
      - *Lingua ſalebroſa.*
      - *Sanguinis ex naribus fluxus.*
      - *Floccos & feſtucas colligunt.*
      - *Spiratio rara ac magna.*
      - *Pulſus paruus, frequẽs, celer & magnus.*
    - *Efficientis (exquiſitæ ſcilicet phrenitidis) nempe* BILIS
      - *Pallidæ: ut*
        - *Phrenitis* / *Delirium* / *Febris —* → *Mitior.*
      - *Flauæ:*
        - *Aduſtæ*
          - *Febris maxima.*
          - *Dementia ferina, & melancholica.*
        - *Non aduſtæ*
          - *Febris —* / *Delirium* → *Maior quã in phrenitide, ex bile pallida.*
  - **Curatio (exquiſitæ uidelicet phrenitidis) quæ ſuis indicationibus abſoluitur. Itaque —**
    - *Quid ſit agendum. Vide in ſeq. ſign.* †
    - *An id, quo tendimus ſperandum ſit, nec ne, quod ex parte malè affecta, morbi uehementia, uiribus facilè cuique perſpicuũ erit: nimirum hunc morbum eſſe periculoſißimum: quod etiam conſtabit authoritate*
      - *Galeni, qui primo Prognoſticorum, uniuerſum phrenitidis genus exitiale eſſe teſtatur.*
      - *Hippocratis lib. 6. Aphoriſmorũ, ubi ſic inquit: Deſipientiæ quæ fiunt cum riſu minus periculoſæ: quæ uerò cum ſtudio, periculoſiores ſunt.*
      - *Celſi, qui ſic inquit: Interdum in acceſſione ægros deſipere, & loqui aliena, quod non quidem leue eſt, neque incidere poteſt, niſi in febre uehementi: non tamen æquè peſtiferũ eſt, ut Phrenitis.*
      - *Pauli. Quæ ex peruſta bile gignitur, Phrenitis eſt grauißima.*

- † Quid ſit agẽdũ, indicat
  - Primò morbi cauſæ: nempe bilis, quæ ſui ablationem indicat. Fit autem hoc partim —
    - Victus ratione, ordinata ſecundũ commodam
      - Qualitatẽ: uidelicet cauſæ cõtrariam. Quare ſit —
        - Aër
          - Temperatus in
            - Caliditate.
            - Frigiditate.
          - Mediocriter luminoſus, & locus uarijs picturis liber.
        - Quies, quoad eius fieri poteſt. Si diuites fuerint à famulis: ſin pauperes, uinculis contineantur. Nam motus inordinatus uires proſternit.
        - Somnus prouocatus, tum per ea quæ intus ſumuntur, tum per ea quæ extra adhibentur.
        - Aluus non aſtricta, ſed interim clyſteribus ducta, de quibus inferius. Nam uentris aſtrictio morbum & cauſam adauget.
        - Animi tranquillitas. Animi enim perturbationes fugiendæ: quoniam phreniticis ſupra modum officiunt. Quare adſint amici gratiſſimi, qui nonnuquam blandè ac leniter alloquantur, nonnunquam acerbius increpent.
        - Frictio lenis, pro reuulſione, eo potiſſimum tempore, quo et delirium & febris non ualdè auctæ fuerint, ſed potius remiſerint, & præſertim inferiores fricentur partes.
        - Cibus
          - Ptiſanæ cremor, aut alica hordei, aut panis medulla cum aqua mulſa, aut melle roſacco ſæpius lota.
          - Ex oleribus
            - Lactuca.
            - Intybum.
            - Malua, aliaq́; quæ refrigerare atque humectare poſſunt.
          - Piſces
            - Saxatiles
            - Squamoſi
            - Quibus in morbi declinatione utendum.
          - Ex fructibus
            - Mala punica.
            - Mala acida.
            - Ceraſa, &c.
        - Potus: aqua hordei, uel decoctionis cinnamomi, cum ſyrupo uiolaceo, roſaceo, aut nymphеæ.
      - Quantitatem, quæ moderata eſſe debet. Nam neque implendus æger eſt, ne inſaniat: neque ieiunio utique uexandus, ne imbecillitate in cardiacum incidat.
    - Medicamẽtis adhibitis ſecundũ
      - Quantitati bilis. Nam ſi unà cum ſanguine abundet, ab initio ſtatim uenæ ſectio facienda, modò uires ualidæ fuerint, nihilq́; prohibuerit. Vena autem incidenda cubiti media erit, ſi ſanguis admodum redundet. Si uerò non adeò fuerit ſanguinis redundantia cum bile, externa cubiti uena incidenda erit. Quòd ſi phreniticus manum non porrigat, quod ſæpè accidit, ex recta in fronte uena ſanguinis miſſio molienda erit. Facies autem id rectè, ſi collum artificioſè faſcia lanea, ſeu lintea conſtringas, ut uena attollatur. Quantitas uerò pro uiribus extrahenda erit: & ſi uidebitur, iteranda erit.
      - Qualitatem contrariam & uel —
        - Qualitati
          - Crudæ: ut alterantibus: quorum alia —
            - Intrinſecus ſumuntur: ut ſyrupus
              - Violaceus.
              - Roſaceus.
              - Ex nymphea.
              - Endiuiæ.
              - De papauere.
            - Extrinſecus applicantur, ut
              - Inunctio capitis ex oxyrhodino, æſtate quidem tepido, hyeme uerò moderatè calido.
              - Embrocha ex
                - Roſis, uiolis.
                - Hyoſcyamo.
                - Lactuca.
                - Corticibus papaueris, oleo roſaceo addito.
          - Coctæ: ut purgantibus euacuantibus
            - Senſibiliter, per
              - Os: ut eſt
                - Manna.
                - Caſſia.
                - Sacharum uiolaceũ, ſeu ſyrupus ex pluribus infuſionibus uiolarũ, uel roſarũ.
              - Aluum: ut eſt
                - Clyſter ex decocto maluarum, uiolarum, hordei, capitum papaueris, ac foliorum betæ, & pauco ſale, additis ℥. iij. olei uiolacei, caſſiæ ℥ j. & fiat clyſter.
            - Inſenſibiliter, per reſolutionem: ut eſt
              - Irrigatio ex roſaceo, in quo decoctum fuerit, thymum, ſerpyllum, melilotum, althea, anethum, flores chamæmeli, &c.
      - Quantitatem: quæ augenda minuendaúe pro morbi magnitudine, uiribus, ætate, temperatura totius & partis malè affectæ.
  - Secundò, morbus uidelicet intẽperies calida: quæ curanda: id qđ partim fiet uictus ratione ſuprà dicta ſeruata, partim medicamentis, quorũ alia
    - Intrinſecus ſumuntur: ut
      - Conſerua
        - Roſarum.
        - Violarum.
        - Florum nenupharis.
      - Loch de papauere, &c.
    - Extrinſecus applicantur: ut inunctiones, & embrochæ prædictæ.

# De melancholia, ex eiſdem.

- Melancholia, delirium quoddam eſt ſine febre, ex melancholico humore maximè naſcens, qui mentis ſedem occupauerit. Huius
  - Dignotio, cauſarũ ſcilicet: ut
    - Subiecti, partis malè affectæ: nimirũ CEREBRI (quod ex læſione aliqua principis functionis patere poterit, cùm ea delirij ſpecies quædam ſit: & propterea neceſſarium eſt, in ea aliquam lædi functionem principem: quæ non, niſi in cerebro perficitur) affecti per
      - Eſſentiam: ut
        - Signa melancholiæ propria (uidelicet motus & mœſtitia) & aſsidua, &c.
        - Nulla ſigna circa uentriculum apparentia.
        - Nullum ſignum redundantis ſanguinis melancholici in toto corpore.
      - Conſenſum
        - Corporis totius
          - Signa ſucci melancholici, in toto corpore redundantis, dicta in quarta Theoricæ parte.
        - Partis: ut uentriculi: & uocatur melãcholia hypocondriaca:
          - Dolor uentriculi uehemens.
          - Æſtus in præcordijs.
          - Flatus.
          - Acidi ructus.
          - Cruditates.
          - Præcordia ſurſum conuulſa.
          - Metus, mœſtitia.
    - Formæ: uidelicet SYMPTOMATIS: (quod indicat deprauata aliqua actio princeps) ut
      - Metus, Mœſtitia — Abſque cauſa manifeſtâ.
      - Odium hominum, & uitæ tædium.
    - Efficientis
      - Immediatæ: nempe INTEMPERIEI (quoniam neque ſubitò fit, neque affatim ſoluitur) frigidæ & ſiccæ, quam indicat humor melancholicus, qui talis eſt naturæ.
      - Mediatæ: utpote HUMORIS melancholici, ſeu melancholici ſanguinis, à quo cerebrum redditur ſimile tenebris: ut
        - Vigiliæ: uel ſomnus leuis, & plenus ſomnijs turbulentis.
        - Temperatura melanchol.
        - Ætas declinans.
        - Victus ratio melancholica.
        - Tempus anni frig. & ſiccũ, &c.
  - Curatio, quæ ſuis indicationibus perficitur: quare
    - Quid ſit agendum. Vide in ſeq. ſign. □
    - An id quo tendimus ſperari poßit, quod indicat morbi cauſa, pars affecta, morbi duratio. Nam cùm pars affecta ſit nobilis, morbi cauſa eradicatu difficilis, morbusq; diu durauerit, erit hic affectus periculoſus ualdè. Quoniã uel apoplexiã, uel morbum comitialẽ, uel furorem, uel cæcitatem ſignificat: id quod teſtatur
      - Hippocrates 6. de Morbis uulgaribus, ſic inquiens: interim uerò in morbum comitialem permutatur.
      - Idem ſexto Aphoriſmorum: Melancholia uel apoplexiam, uel epilepſiam, uel furorem ſignificat.
      - Trallianus: Melancholia inueterata, & ueluti in naturam conuerſa, incurabilis propemodum euadit.

- □ Quid ſit agentum, indicat ſymptomatis cauſa
  - Primò mediata: quæ ſui ablationē indicat. Fiet autem hoc partim
    - Victus ratione probè inſtituta, ſecundum
      - Quantitatem: nimirum contrariam. Quare cuiuslibet melancholiæ ſpeciei, ſit
        - Aër
          - Calidus & humidus.
          - Non tenebroſus, ſed lucidus.
          - Non grauiter olens, ſed ſuaueolens.
        - Somnus paulò longior conſueto.
        - Exercitium mediocre per loca uiridia & amœna, conuenienti tempore, excretis prius alui excrementis, natura uel arte.
        - Balneum aquæ dulcis, quo ſe uno præſidio, cum uictu humido, Galenus morbum hunc (ubi non diuturnus factus fuerit) curaſſe dixit.
        - Animus hilaris. Affectus enim animi, qui metum aut mœſtitiam afferre poſſunt, cauendi, ſed quæ his ſunt contraria conferunt: ut gaudium, hilaritas, bona ſpes, animi conſtantia, & ſecuritas
        - Cibus boni ſucci, mediocriter humidus, concoctu facilis, & flatus expers. Nam cibus melancholicum humorem gignens uitandus: quare confert
          - Panis clibano coctus, probè præparatus.
          - Carnes non uiroſæ nec pingues, ſed
            - Pullorum.
            - Gallinarum.
            - Caponum.
            - Perdicum.
            - Sturnorum.
            - Merularum, &c.
            - Hœdinæ.
          - Oua gallinarum mollia.
          - Piſces
            - Petroſi.
            - Carne molles.
          - Ex oleribus
            - Borrago.
            - Bugloſſa.
            - Lactuca.
            - Endiuia.
            - Malua.
            - Spinachia, &c.
          - Priſana cum aliquo prædictarum carnium iure.
          - Ex fructibus
            - Vua.
            - Vua paſſa.
            - Mala dulcia.
        - Potus. Vinum
          - Album.
          - Tenue.
          - Dilutum.
          - Non ualdè uetus.
      - Quantitatem: quæ pro affectus uehementia, uirium robore, temperamento, &c. augenda minuendá ue erit.
    - Medicamentis. Vide in ſeq. ſign. △
  - Immediata: nempe intemperies frigida & ſicca, quæ remouenda eſt. Huiuſmodi autem remouebitur, partim ſeruata uictus ratione ſuprà dicta, partim medicamentis contrarijs: quorum alia
    - Intrinſecus ſumũtur: ut
      - Electuarium de gemmis.
      - Diambra.
      - Dianthos.
      - Electuarium lætitiæ Gal.
      - Confectio citri.
      - Confectio muſci.
      - Electuarium tale
        - ℞ Conſeruæ Borraginis, Bugloſſæ, Violarum, Roſarum, Fumi terræ — Sing. ℥. j.
        - Syrupi De pomis, De corticibus mali citri — Sing. ℥. ij.
        - Specierum
          - Dianthos ʒ. iiij.
          - Diambræ ʒ. ij.
        - Foliorum auri, n°. v.
        - miſceantur, & fiat electuarium.
    - Extrinſecus applicantur: ut
      - Embrochæ ex
        - Malua, Althea.
        - Violis, Chamomilla.
        - Stœchade, Nymphea.
        - Lactuca.
      - Oleum
        - Amygdalarum dulcium.
        - Violaceum.
        - Chamomelinum.
        - Anethinum, &c.

- △ Medicamentis adhibitis (in ea ſcilicet melãcholiæ ſpecie, quæ per conſenſum totius corporis genita eſt) ſecundum ——
  - Qualitatem: contrariã & uel humoris
    - Quantitati: ut phlebotomia, à qua ſtatim ordiendum erit (uiribus ægri & alijs conſentientibus) & media uena præcipuè incidenda erit, tantumq́; ſanguinis extrahendum, quantum pro laborantis corporis habitu ſatis eſſe uidebitur. Si autem uires multam prima uice euacuationem non tolerant, neceſſe eſt, tunc non modò ſemel, ſed etiam bis, & ſæpius, quantum licet, paulatim auferre. Et ſi à brachio euacuatio fieri nequeat, tentandum eſt à poplite, idq́; potiſsimum in mulieribus, quibus menſtruæ purgationes: aut in uiris, quibus hæmorrhoides detentæ fuerint. Nam pro curatione prædicti affectus, ſanguinis euacuatio eſt neceſſaria. Quare cùm cubiti uena non fuerit manifeſta, non minus iuuabitur æger, ſi ex prædicta uena, uel quacunque alia parte ſanguis detractus fuerit.
    - Qualitati
      - Nondũ paratæ: ut medicamentis alterãtibus, concoquentibus: cuiuſmodi eſt—
        - Syrup⁹
          - Clementior: ut
            - ℞. Syrupi { De pomis, Violarum, Fumi terræ } Sing. ℥ ß.
            - Aquarum { Bugloſſæ, Meliſſæ, Lupulorum } Sin. ℥ j.
            - miſceantur, & fiat ſyrupus, per plures dies exhibendus.
          - Valentior: ut
            - ℞. Syrupi { Epithymi, De ſucco fumariæ } Sing. ℥. j.
            - Aquarum { Bugloſſæ, Fumariæ } Sing. ℥. ij.
            - miſceantur, & fiat ſyrupus una uice, per plures dies aſſumendus.
        - Decoctum: ut
          - ℞. Scolopendriæ M. j.
          - Fumi terræ M. ß.
          - Florum { Borraginæ, Bugloſſæ, Violarum } Sing M. j.
          - Paſſularum ℥. j.
          - Cort. rad. capparorum, Tamaricis } Sing. ʒ. ij.
          - Rad. { Fœniculi, Petroſelini, Glycyrrhizæ } Sing. ℥. j.
          - Thymi, Epitymi } Sing ℥ ß.
          - coquantur omnia uſq; ad conſumptionem tertiæ partis, deinde coletur, atq; dulcis reddatur potio, cui addantur ſyrupi de fumo terræ, epithymi, ſing. ℥. ij. & fiat potio.
      - Paratæ: ut purgãtibus, quorũ alia ſumuntur per ——
        - Os
          - Debiliora: ut
            - ℞. Borraginis, Fumariæ, Lupulorum, Violarum } Sing. ʒ. ij.
            - Hordei mundi ʒ. iij.
            - Senæ, Epithymi } Sing. ʒ. ij ß.
            - Myrabolanorum indorum ʒ. j ß.
            - Vuarum paſſarum ℥ ß.
            - Prunorum, n°. iij.
            - coquantur, & fiat colatura, cui addatur Caſsiæ nouiter tractæ ℥. j. & fiat potio.
          - Fortiora: præſertim ſi debiliori non cedat affectus: prius tamẽ præparato humore: ut ——
            - ℞. Caſsiæ recent. tractæ ʒ. v.
            - Confectionis Hamech ʒ. iij.
            - Diaſenæ ʒ ß.
            - miſceantur, & cum decoctione florum & fructuum, in aqua borraginis & fumi terræ facta, fiat potio: cui demũ addatur ſyrupi de fumo terræ, epithymi, ſing. ℥ ß.
        - Aluum: ut eſt clyſter huiuſmodi
          - ℞. Maluæ, Mercurialis, Fumi terræ, Borraginis, Thymi, Epithymi, ſing. M ß.
          - Senæ, Polypodij } Sing. ʒ. vj.
          - Sem. { Aniſi, Fœniculi } Sing. ʒ. ij.
          - coquantur uſq; ad tertiæ partis conſumptionem, & fiat colatura, de qua accipiatur ℔ j. cui addatur Caſsiæ ℥. j. Diaſenæ ℥ ß, olei uiolacei, chamomillæ, ſing. ℥. j ß. ſalis ʒ. j. miſce, & fiat clyſter.
  - Quantitatem: quæ pro diuerſa ratione magnitudinis morbi, naturæ corporis, uirium, partis affectæ, urianda.

**Curatio melancholiæ** ( cerebro primariò affecto ) ſimilis prædictæ eſt, niſi quod, ubi ſolum cerebrum ſanguinem melancholicum continet, æger ſanguinis detractione non indigeat, niſi fortè multum ſanguinis ſit, tunc præſeruationis gratia uena incidenda eſt.

Curatio melãcholiæ hypochondriacæ: quæ perficitur partim

- Victus ratione ſupradicta.
- Medicamẽtis, adhibitis ſecundũ congruentem
  - Qualitatẽ: uidelicet cõtrariam & uel eiuſdem humoris
    - Quantitati. Nam ſi unà cum multo ſanguine redundet, uena ſecanda erit, præſeruationis gratia: aut ſi melancholicus ſanguis, qui in uentriculo, ſeu uaſis eius continetur, ex aliquo uiſcerum, liene uidelicet, aut iecore, ad ipſum fuerit deriuatus, tunc nanque reuulſionis gratia, ſeruans rectitudinem, præſeruationis item interna uena unius uel alterius brachij ſecanda erit.
    - Qualitati
      - Crudæ: ut concoquentibus: ut
        - ℞. Syrupi { De ſucco borraginis, De abſynthio } Sing. ℥ s.
        - Aquarum { Meliſſæ, Lupulorum } Sing. ℥. j.
        - miſceantur, & fiat ſyrupus, una uice ſumendus per plures dies.
      - Coctæ: ut purgãtibus, euacuantibus
        - Senſibiliter primò, per
          - Os: ut ſunt uomitoria ( quibus uitium inueterauit ) quibus tamen non ualidis utendum. Verùm prouocetur uomitus cum aqua tepida, cui oxymeli ſit admiſtum. Quòd ſi tamen neque hoc modo poſſunt euomere ægri, digitos aut pennas demittendo irritare oportet.
          - Aluũ: et uel in forma
            - Pilularum: ut ℞. Spec. hieræ ſimp. Gal. ʒ. j. Pulueris ſenæ, Epithymi, ſing. ʒ s, miſceantur, et cũ ſyrupo de fumo terræ fiat pilulæ.
            - Boli: ut ℞. Caſsiæ ℥ j. Diacatholiconis ℥ s. miſceantur, & cum ſaccharo fiat bolus.
        - Inſenſibiliter deinde, id eſt per tranſpirationẽ: quæ uètriculo applicanda: ut
          - Vnguentum ex oleo, in quo cocta fuerint rutha, anethum, abſynthiũ, pulegium, ſerpyllum, baccæ lauri, &c.
          - Fomentum ex cumino, pulegio, aniſo, in aceto coctis.
          - Sacculus ex baccis lauri, ruta, abſynthio, ſerpyllo, pulegio, chamomilla, anetho, &c.
          - Cataplaſma ex aniſo, apio, abſynthio, artemiſia, in oleo coctis, addito puluere cyperi, & roriſmarini, &c.
  - Quantitatem, quæ augenda minuendá ue pro morbi uehementia, uiribus, ætate, anni tempore, &c.

## De Inſania, ſeu Mania, ex eiſdem.

- Inſania, ſeu mania, eſt intemperies melãcholiæ ad maiorem feritatem: cuius —
  - Dignotio, uidelicet cauſarũ: ut
    - Subiecti, ſeu partis affectæ: nempe CEREBRI (quoniam eius principales animæ uires obleſæ ſunt) affecti
      - Primariò: ut ſigna propria, perpetua ſeu aſsidua.
      - Per conſenſum alterius partis: ut ſigna non propria, nec perpetua ſeu aſsidua.
    - Formæ: nimirum SYMPTOMATIS: ut
      - Imaginatio depravata.
      - Febris nulla.
      - Nunc
        - Iracundia.
        - Hilaritas.
        - Mœſtitia.
        - Timor inanium rerum.
      - Vigiliæ.
      - Venarum extenſio.
      - Genarum rubor.
      - Corporis durities.
    - Efficientis: utpote INTEMPERIEI CALIDAE, —
      - Sola: ſi cauſa aliqua externa præceſſit.
      - Cũ materia
        - Sanguinis ferventis: ut —
          - Si eſt cum riſu immodico.
          - Facies hilaris.
          - Cantus.
          - Sonitus aliquando circa aures, ut putent ſe tibicinas audire.
        - Humoris melancholici, ſupra modum aſſati: ut —
          - Deliramenta cum metu & mœſtitia.
          - Diutius interdum taciturni fiunt, ac loqui averſantur.
          - Interim cùm loqui incipiunt, & ſi diu locuti fuerint, ſilere tamen nequeunt.
          - Temperamentum frig. & ſiccum.
          - Ætas iuvenilis.
          - Habitus corporis macilentus, niger, hirſutus.
          - Autumnus, &c.
        - Flavæ bilis præ aſſatæ: ut ſi
          - Ferina dementia eſt.
          - Ferarum modò redduntur effrenes, ut etiã eos qui inprudentius ipſis occurrũt, manu violenter tractent.
          - Iracundi, Temerarij, Percuſſores, Iniurioſi — Sunt.
  - Curatio, in qua conſiderandum
    - Quid ſit agendum. Vide in ſeq. ſign. ☙
    - An id quò tendimus ſperari poſsit. Galenus 6. Aphoriſmorum in comment. inquit
      - Nulla deſipientia ſecura eſt, licet minus periculoſæ ſint, quæ cum riſu fiunt, quoniam ex ſola fiunt caliditate, ſine humore vitioſo: periculoſiſsimæ verò omnium temerariæ. In medio autem ambarum ſunt, quæ cùm ſtudio fiunt, ex flava bile ortum ducentes: quæ cum multũ exuſta fuerit, ut iam magis ad atræ bilis naturam accedat, omnium ſunt periculoſiſsimæ.

- ☙ Quid ſit agendũ, inſinuat morbus
  - Materialis primò, qui ſui indicat ablationem partim
    - Victus ratione (cunctis ſpeciebus cõmuni) ordinata ſecundũ aptam
      - Qualitatem. Itaque ſit
        - Aër
          - Humidus.
          - Temperatus, uel ad frigidum uergens.
        - Somnus conſueto diuturnior. Quare omni ratione procurandus, ſiue exterius, ſiue interius adhibitis iſs, quæ ipſum prouocent.
        - Exercitium uehemens, & frictio multa.
        - Aluus humida: quod ſi non ſponté, clyſteribus ducatur lenibus, dictis in Tabula præcedenti.
        - Cibus liquidus, ſorbilis, uentri commodus, & qui parum ſanguinis generet: ut
          - Ptiſana.
          - Carnes, præſertim ſi uires ualent, — Contuſæ.
            - Gallinarum
            - Pullorum
            - Caponum
            - Perdicum
            - Veruecinæ
          - Ex oleribus
            - Borrago.
            - Bugloſſa.
            - Endiuia.
            - Malua.
            - Lactuca.
            - Spinachia.
          - Ex fructibus: Cucurbitæ, &c.
        - Potus. Aqua hordei, aut decoctum, cum quo permiſceatur ſuccus malorum punicorum dulcium aut parum acidorum. A uino uerò penitus abſtineant, niſi ex metu inſania orta fuerit.
      - Quantitatem: quæ ſit pauca & non multa, præſertim circa initia. Præcedente uerò tempore, poſtulantibus uiribus, prædictis carnibus uti poterunt.
    - Medicamẽtis adhibitis, ſecundũ
      - Qualitatem contrariã, & uel humoris
        - Quantitati. Nam ſi ex feruenti ſanguine inſania excitetur, ante omnem aliam curationem, ſanguinis miſsio adhibenda eſt, & media cubiti uena ſecãda uel externa. Deinde caput roſaceo irrigandum, cum pauco aceto, aut polygoni ſucco.
        - Qualitati: uidelicet
          - Bilis flauæ præaſſatæ
            - Non paratæ: ut ſunt medicamenta alterãtia præparantia: cuiuſmodi eſt ſyrupus talis
              - ℞. Syrupi — Sing. ℥ ſ.
                - Violarum
                - Endiuiæ
                - E ſucco fumariæ.
              - Aquarum — Sing. ℥. j.
                - Borraginis
                - Bugloſſæ
                - Endiuiæ
              - miſceantur, fiatq; ſyrupus, una uice ſumendus per plures dies.
            - Paratæ: ut ſunt purgantia, euacuantia
              - Senſibiliter, ut
                - ℞. Florum — Sing. M. j.
                  - Violarum
                  - Borraginis
                  - Bugloſſæ
                - Fumariæ
                - Lupulorum
                - Polypodij ʒ ij.
                - Fol. ſenæ ʒ. vj.
                - Vuarum paſſarum, Tamarindorum — Sing. ℥ ſ.
                - miſceantur, & fiat decoctum, de quo ſumantur ℥. iiij, in quibus diſſoluãtur caſſiæ ʒ. vj, diaſenæ ʒ. iij ſ. miſceantur, & fiat potio.
              - Inſenſibiliter: uidelicet per inſenſibilem tranſpirationem, inclinante morbo: ut eſt balneum aquæ dulcis: irrogationes, aliaq; medicamenta topica prædicta in curatione melancholiæ, addendo tamen quæ magis infrigidant, ac humectant.
          - Humoris melancholici aduſti: qui non alio modo educendus erit, quàm in melancholia dictum.
      - Quantitatem debitam: quæ uarianda eſt, ſecundum morbi uehementiam, uires, temperaturam totius & capitis, ætatem, anni tempus, &c.
  - Immaterialis: nempe intẽperies calida, quæ ſola alteratione curãda eſt: id quod fieri poterit partim ſeruata ſupra dicta uictus ratione, partim medicamẽtis, ſecundũ debitam qualitatem & quantitatẽ adhibitis
    - Intrinſecus: ut eſt
      - Conſerua
        - Borraginis.
        - Bugloſſæ.
        - Violarum.
        - Roſarum.
        - Florum nenupharis.
      - Loch de papauere.
      - Diarrhodon Abb. ſine ſpec. calidis.
      - Manus Chriſti cum perlis, &c.
    - Extrinſecus: cuiuſmodi eſt oleum
      - Violarum.
      - Roſarum.
      - Nenupharis.
      - Amygdalarum dulcium, &c.

# De dolore capitis, ex Hipp. Gal. Aëtio, &c.

- Cephalalgia, id eſt dolor capitis, eſt recens laborioſus ſenſus totius corporis, propter grauẽ eius mutationẽ ſeu triſtẽ: cuius
  - Dignotio, cauſarum ſcilicet, ut
    - Subiecti ſeu loci malè affecti: nempe CEREBRI (quod indicat dolor ipſe cum poſitu) affecti per
      - Se
        - Extra caluariam: ſi — Dolor ad oculorum fundamenta non extenditur.
        - Intra caluariã: ſi — Dolor ad oculorũ fundamẽta ſeu radices extenditur.
      - Conſenſum
        - Ventriculi
        - Hepatis
        - Corporis totius
        - — Accidentia non aſſidua, nec propria.
    - Formæ: uidelicet SYMPTOMATIS: ut — Functio animalis ſenſibilis, tactus uidelicet deprauatus. Offenſa nanque eſt ipſius tactus actio ex his, quæ ipſum contriſtant.
    - Efficientis: nimirum INTEMPERIEI
      - Calidæ
        - Sine materia: ut
          - Dolor uehementiſſimus.
          - Calor capitis.
          - Oculorum rubor.
          - Cauſa aliqua externa præceſſit.
          - Læſio à calidis, auxilium à frigidis.
        - Cum materia
          - Sanguinea: ut
            - Grauitas, aut tenſionis ſenſus.
            - Faciei color rubeus.
            - Temperamentum cal. & humidum.
            - Adoleſcentia.
            - Victus ratio opipara, &c.
          -Ublioſa: ut
            - Dolor uehemens & mordax.
            - Calor totius capitis.
            - Amaritudo oris.
            - Victus ratio flauam bilem coaceruans.
            - Temperatura calidior.
            - Ætas uigens.
            - Solicitudo.
      - Frigidæ
        - Sine materia: ut
          - Neque caput, neque facies calida.
          - Facies plena & pallida.
          - Cauſa externa aliqua præceſſit.
          - Læſio à frigidis, auxilium à calidis.
        - Cum materia
          - Pituitoſa: ut
            - Caput tactu minimè calidum.
            - Facies pallida & plena.
            - Victus ciborum frigidorum & humidorum.
            - Temperatura frigida & humida.
          - Melancholica: ut
            - Victus ratio melancholica.
            - Temperatura melancholica.
            - Ætas declinans.
            - Dolor grauis.
            - Vigiliæ, &c.
          - Flatuoſa: ut
            - Dolor tẽſiuus ſine grauitate ac pulſu.
            - Aurium ſonitus.
            - Victus ratio ciborum flatulentorum.
      - Humidæ: quam nullus conſequitur dolor.
      - Siccæ tantùm: ut
        - Capitis dolor moderatus.
        - Cutis capitis aridior.
        - Exiccans aliqua cauſa præceſſit.
        - Offenſio à ſiccantibus, auxilium ab humectantibus.
  - Curatio, in qua conſiderandum
    - Quid ſit agendum. Vide in ſeq. ſign. #
    - An fieri poſſit, indicat magnitudo morbi, uires, &c. Vnde
      - Hippocrates
        - Quicunque ſani dolore capitis repentè corripiuntur, & ſtatim muti fiunt, & ſtertunt, in ſeptem diebus pereunt, niſi febris apprehenderit.
        - Capitis dolor uehemens & continuus cum febre, ſi quod ex indicijs extiterit exitioſis, letalis admodum eſt.
      - Galenus. Dolor capitis inſeparabile, eſt indicium futuræ criſis, ſi à principio non inuaſerit.

- ⌗ Quid ſit agendum indicat intemperies
  - Calida
    - Sine materia: quæ curanda eſt, partim
      - Victus ratione, diſpoſita ſecundum
        - Qualitatem frigidam. Quare ſit
          - Aër
            - Frigidus.
            - Non calidus, & perflatum habens.
          - Somnus conſueto longior: uigiliæ nanque penitus uitandæ.
          - Quies.
          - Aluus quotidie ſubducta natura, uel clyſteribus lenibus. Ex eorum nanque retentione capitis dolor augetur.
          - Animus tranquillus: non perturbatus ira, ac furore.
          - Cibus boni ſucci et refrigerans: ut
            - Ptiſana hordei.
            - Panis ex aqua.
            - Caro
              - Pullorum.
              - Gallinarum.
              - Columbarum cum omphacio condita, &c.
            - Piſces
              - Petroſi.
              - Molles carne.
            - Ex oleribus
              - Lactuca.
              - Endiuia.
              - Portulaca.
              - Spinachia.
              - Borrago, &c.
            - Ex fructibus
              - Mala punica.
              - Vua paſſa.
              - Pyra.
              - Mala apia.
          - Potus: aqua hordei, uel aqua, in qua parum cinnamomi decoctum fuerit: uel uinum aquoſum, dilutum, præſertim ſi propter aquæ potum uentriculus ſubuertatur.
        - Quantitatem debitam: quæ augenda, minuendá ue pro morbi magnitudine, uiribus, temperatura, tempore anni, &c.
      - Medicamẽtis, adhibitis ſecundũ cõmodam
        - Qualitatẽ: nempe frigidam. Horum alia
          - Intrinſecus ſumuntur: ut ſunt Conſerua
            - Roſarum.
            - Violarum.
            - Nenupharis.
            - Borraginis.
          - Extrinſecus applicãtur capiti, in morbi
            - Principio: ut
              - Fomentum ex oleo roſaceo, aqua roſarum, aceto, &c.
              - Oleum
                - Violaceum.
                - Nympheæ.
                - Roſaceum.
              - Linimentum tale
                - ℞. Mucilaginis ſem. cotoneorum, mucilaginis ſem. pſillij, ſingulorum ʒ iij.
                - Succi portulacæ ʒ. ij.
                - olei roſ. ℥. j. miſce & fiat linimentum.
            - Temporibus reliquis: ut ſunt mitigantia ac maturantia & reprimentia ſimul: cuiuſmodi eſt embrocha talis: ut
              - ℞. Florum
                - Violarum
                - Roſarum
                - Sing. M. ſ.
              - Foliorum ſalicis
              - Chamæmeli
              - Meliloti
                - Sing. M. j.
              - Sem. maluæ ʒ. iij.
              - Hordei excorticati ℥. j.
              - coquantur omnia in aqua uſq; ad conſumptionem tertiæ partis, & fiat embrocha.
        - Quantitatem, quæ augenda minuendá ue pro ardoris magnitudine, temperamento totius & capitis, anni tempore, &c.
    - Cum materia. Vide in ſeq. ſign. ☾
  - Frigida. Vide in ſeq. ſign. †
  - Sicca. Vide poſtea in ſeq. ſign. ‡

- ☾ **Cum materia**
  - Sanguinea: quæ ſui ablationē indicat, partim
    - Victus ratione prædicta.
    - Medicamentis adhibitis ſecūdum cōgruentem
      - Qualitatem Nam ſi ſanguis
        - Adhuc fluat : repellentibus utendum erit:ut
          - Venæ ſectione, uidelicet externæ.
          - Clyſteribus acribus.
          - Frictionibus in partibus inferioribus.
          - Medicamentis repellentibus, forinſecus capiti appoſitis : ut oleo roſaceo, ſeu oxyrhodino.
        - Non fluat amplius, medicamēta contraria eſſe debēt, et uel
          - Quantitati ſanguinis
            - Maiori
              - Primò media uena ſecanda. & niſi quid prohibeat, notatu digna copia ſanguinis extrahenda.
              - Deinde externa cubiti uena incidenda.
            - Minori: Externa tantùm in cubito uena incidenda eſt.
          - Qualitati
            - Pituitæ: ut ſunt euacuātia
              - Senſibiliter: ut
                - ℞. Borraginis, bugloſſæ, uiolarum, roſ. ſing. M. 5. Sem. quatuor com. frig. maiorū, ſing. ℨ. ij. Prunorum, n°. 12. Paſſularum, Tamarindorum, ſing. ℥ j. Myrobalanorum citrin. Indorum, chebul. empel. belerzicorum, ſing ℨ iij, Fumi terræ M. ij, ſcolopēd. ℨ. iij, Senæ, Polypodij, ſing. ℥ 5, Agarici ℨ. ij, Zingiberis ℨ 5: miſceantur & fiat decoctū ſecundum artē.
              - Inſenſibiliter: ut quæ morbi reliquias diſcutere ualēt, ut fœnum Græcum, chamomilla, &c.
            - Non paratæ: ut ſunt concoquentia : ut ſyrupus
              - De endiuia.
              - De borragine.
              - De fumo terræ.
      - Quantitatem: quæ uarianda pro morbi uehementia, uiribus ætate, anni tempore, &c.
  - Bilioſa. Vide in ſeq. ſign. ♉

- ♂ Biliosa: quæ remouenda eſt, partim
  - Victus ratione prædicta.
  - Medicamẽtis adhibitis, ſecundũ
    - Qualitatẽ cõtrariam, et uel ipſius materiæ
      - Quantitati. Nam ſi bilis ſanguini permiſta fuerit, uena media uel humeralis ſecunda erit, modò nihil prohibeat.
      - Qualitati
        - Nondũ præparatæ: ut cõcoquentibus præparantibus ſeu alterãtibus: quorum alia
          - Intrinſecus ſumuntur: ut eſt ſyrupus talis:
            - ℞. Syrupi {Violarum, Roſarum} Sing. ℥. j.
            - Aquarum {Lactucæ, Nenupharis} Sing. ℥. ij.
            - miſceantur, & fiat ſyrupus, una uice per plures dies ſumendus.
          - Extrinſecus applicantur: ut
            - Oleum {Violaceum, Nymphεæ, Cotoneorum} Coronali ſuturæ adhibitum.
            - Vnguentum tale:
              - ℞. Vnguẽti populeonis, Olei roſacei, Olei uiolacei, Sing. ʒ. iij.
              - Florum {Nymph., Roſarum} Sing. ℈. j.
              - Ceræ quantum ſatis, & fiat unguentum.
        - Paratæ: ut purgãtibus: quorũ alia ſumũtur per
          - Os: in forma
            - Solida: ut
              - ℞. Pil. {Aurearum, De Rhabarbaro, De hiera S.} Sing. ℈. j.
              - miſceantur, & cum ſyrupo roſarum fiant pilulæ.
            - Liquida
              - Fluida: ut
                - ℞. Rhabarbari electi ʒ. ij, ſpicæ ℈. j. contundantur & macerantur in aquis endiuiæ, borraginis, bugloſſæ, per horas duodecim, deinde exprimantur, addaturq́; colaturæ electuarij de ſucco roſarum ʒ. ij ſ. miſce & fiat potus.
              - Non fluida: boli uidelicet: ut
                - ℞. Conſeruæ uiolarum nymphεæ, ſing. ʒ. j. Scãmoniæ præparatæ ℈. j. macis, cinnamomi, maſticis, ſing. gr. iij, ſacchari quantum ſatis, & fiat bolus.
          - Aluum: ut clyſter huiuſmodi:
            - ℞. Maluæ, Violarum, Borraginis, Betæ, Sing. M. j.
            - coquantur ad ſufficientiam, deinde fiat colatura, de qua ſumatur ℔. j, cui addatur
            - Caßiæ ℥. j.
            - Mellis roſ. ℥. ij.
            - Olei uiolacei ℥. iij.
            - miſceantur, & fiat clyſter.
    - Quantitatem conuenientem, quæ augenda minuendáue pro morbi uehementia, uiribus, temperatura, anni tempore, &c.

- † Frigida
  - Cũ materia
    - Pituitoſa: quæ ſui ablationẽ indicat: id qđ fieri poterit partim
      - Victus ratione, ordinata ſecundũ decentem
        - Qualitatem: uidelicet ad calidum uergentem: quare ſit
          - Aër
            - Calidus & ſiccus, in materia pituitoſa
            - Humidus, in materia melancholica — Natura uel arte factus.
          - Somnus mediocris.
          - Exercitium mediocre.
          - Cibus
            - Ex carnibus
              - Pullorum.
              - Gallinarum.
              - Caponum.
              - Auium montanarum, &c.
            - Ex oleribus
              - Betonica.
              - Maiorana.
              - Serpillum.
              - Eruca, &c.
            - Ex fructibus
              - Vua paſſa.
              - Amygdalæ dulces.
              - Piſtacia.
              - Vua, &c.
            - Oua ſorbilia.
          - Potus. Vinum tenue.
        - Quantitatem: quæ pro morbi conſtitutione, ſexu, ætate, anni tempore augenda uel minuenda eſt.
      - Medicamẽtis adhibitis, ſecundũ
        - Qualitatem contrariã ipſius qualitati
          - Crudæ: ut concoquentibus, incidentibus, attenuantibus, &c.
            - ℞. Mellis roſacei —
            - Syrupi
              - De hyſſopo
              - De betonica — Sing. ℥ ſ.
            - Aquarum
              - Betonicæ
              - Maioranæ
              - Hyſſopi — Sing. ℥ j.
            - miſceantur, & fiat ſyrupus una uice exhibendus per plures dies, donec materia concoquatur.
          - Coctæ: ut purgantibus, euacuãtibus
            - Vniuerſaliter primò: quorũ alia ſumũtur per
              - Os. in forma
                - Liquida: ut
                  - ℞. Agarici electi ʒ. j. Salis gemmæ, Gingiberis, ſing. ℈ ſ.
                  - Diacatholiconis ʒ. v.
                  - Electuarij indi ʒ. ij. cum decoctione florum & fructuum in aqua betonicæ facta: fiat potio, cui addatur mellis roſacei ℥ j.
                - Solida: ut
                  - ℞. Pil.
                    - Arabicarũ
                    - Cochiarũ
                  - Agaricũ trochiſcati — Sing. ℈ j.
                  - miſceantur, & cum ſyrupo de ſtœchade fiant pilulæ.
              - Aluum: & uel
                - Clyſteres: ut
                  - ℞. Maluæ, betonicæ, ſerpylli, borraginis, maioranæ, ſtœchadis, ſingul. q. ſ. eſt, fiat decoctum, de quo ſumatur ℔ j. cui addantur Diaphœniconis ʒ. iiij. mellis roſ. ℥. ij.
                  - Olei rutacei ℥ ij.
                  - Salis ʒ. j. & fiat clyſter.
                - Suppoſitoria, ex agarico, ſale gemmæ, hiera S. melle concreto, &c.
            - Particulariter ſecundò
              - Sẽſibiliter, per
                - Os: ut ſunt apophlegmatiſmi ex hyſſopo, uua paſſa, maiorana, maſtiche, pauco melle & cera.
                - Nares: ut
                  - Sternutatoria, ex pipere, maiorana, caſtoreo, helleboro albo, nigella, &c.
                  - Errhina ex pyretro, ſtapyſaſagria, nigella, pipere albo, &c.
              - Inſenſibiliter: ut
                - Oleum
                  - Rutaceum.
                  - Laurinum &c.
                - Embrocha ex meliloto, chamomilla, origano, maiorana, betonica, &c.
        - Quantitatem, quæ augenda minuendáue, pro morbi magnitudine, temperatura, tempore anni, &c.
    - Melancholica: Curatio ſimilis melancholiæ, &c.
  - Sine materia. Vide in ſeq. ſign. ♂

♂ Sine materia: quæ curanda eſt. Huiuſmodi autem curatur partim—

- *Victus ratione prædicta, in curatione doloris capitis, à pituita originem habentis.*
- Medicamentis, adhibitis ſecundū conuenientem
  - Qualitatem: uidelicet calidam: ſiquidem contrariorum contraria ſunt remedia: quorum alia—
    - Intrinſecus ſumūtur: cuiuſmodi eſt
      - Electuarium: ut
        - ℞. Conſeruæ: Saluiæ, Betonicæ, Roriſmarini — Sing. ℥ s.
        - Specierum: Diambræ, Diamuſci, Dianthos — Sing. ʒ. j.
        - Maſtiches, Cort. mali citri — Sing. ʒ s.
        - Cinnamomi ʒ. j.
        - miſce, & cum ſyrupo de betonica, fiat electuarium.
      - Puluis: ut
        - ℞. Specierum: Diambræ, Diamuſci — Sing. ʒ. j s.
        - Nucis muſcathæ ʒ. j s.
        - Macis ʒ s.
        - Gariophyllorum, Piperis longi — Sing. ʒ. j.
        - Cinnamomi ʒ. ij.
        - Sacchari albiſsimi ℥. iiij.
        - miſce, & fiat puluis ſubtiliſsimus.
    - Extrinſecus applicatur, iuxta coronalem ſuturam: ut—
      - Oleum
        - Clementius: Rutaceum. Irinum.
        - Valentius
          - Oleum, cui piper aut euphorbiū admiſtum ſit, aut aliquid olei de piperibus.
          - Oleum rutaceum, cui aliquid euphorbij ſit admiſtum.
      - Vnguentum:
        - ℞. Olei: Rutacei, Irini — Sing. ℥ s.
        - Maioranæ, Betonicæ, Piperis — Sing. ℈. j.
        - Euphorbij gr. v.
        - Ceræ quantum ſatis eſt, miſce, & fiat unguentum.
      - Sacculus
        - ℞. Foliorum lauri, Serpylli, Maioranæ, Rutæ, Roriſmarini, Saluiæ — Sing. м s.
        - Gariophyllorum, Stœchadis Arab. — Sing. ʒ. j.
        - Pulegij, Calamenthi — Sing. ʒ. j s.
        - terantur ſingula, & fiat ſacculus capiti adhibendus.
  - Quantitatem: quæ pro intemperiei magnitudine, temperatura, anni tempore, ætate, &c. augenda uel minuenda.

- ✝ Sicca: quæ curanda eſt, partim
  - Victus ratione, inſtituta ſecundum debitam
    - Qualitatem: nimirũ humidam. Itaq; ſit
      - Aër humidus.
      - Somnus conſueto longior.
      - Quies. Nam motus corporis uitandus.
      - Balneum aquæ dulcis calidæ.
      - Animus tranquillus.
      - Cibus boni ſucci, humectans, & multi nutrimenti, ut ſunt
        - Vitelli ouorum recentium.
        - Teſtes gallorum.
        - Caro
          - Caponum
          - Gallinarum.
          - Pullorum, &c.
        - Iuſcula carnium prædictarum.
      - Potus. Vinum tenue, aquoſum, optimè dilutum.
    - Quantitatem: quæ ſemper augenda uel minuenda, pro morbi conſtitutione, ætate, anni tempore, &c.
  - Medicamẽtis, exhibitis ſecundũ
    - Qualitatẽ humidam: quorũ alia
      - Intrinſecus ſumuntur: ut eſt
        - Syrupus
          - Violarum.
          - Roſarum.
          - De nenuphare.
          - De papauere.
        - Conſerua
          - Violarum.
          - Borraginis.
          - Bugloſſæ.
          - Florum nenupharis, &c.
      - Extrinſecus applicãtur capiti iuxta coronalem ſuturam: ut eſt
        - Oleum
          - Violarum.
          - Amygdalarum dulcium, &c.
        - Linimentum
          - ℞. Olei { Violarum, Nympheæ } Sing. ℥. iij.
          - Adipis { Vitulinæ, Gallinæ } Butyri recentis } Sing. ℥. ij.
          - miſce & fiat linimentum.
        - Embrocha ex
          - Violis.
          - Nymphea.
          - Lactuca, &c.
    - Quantitatem commodam: quæ pro intemperiei magnitudine, temperamento totius & capitis, anni tempore, ætate, &c. augenda, uel minuenda eſt.

# De Conuulſione, ex Hipp. Gal. Aëtio, Auicenna, & Celſo.

Conuulſio eſt, quæ neruos muſculosq́; ad eundem cogit affectum, in quem ab animali facultate, quum naturalẽ habitum ſeruarent, ducebãtur. Huius tres ſunt ſpecies τέτανος, cùm ceruix cum reliquo corpore immobilis manet, & in neutram partem flectitur, ſed æqualiter in alterutram partem, antè & retrò uidelicet tenditur. ἐμπροσθότονος, cùm corpus unà cum ceruice ac capite in anteriora tẽditur. ὀπισθότονος, cũ corpus unà cum ceruice ac capite in poſteriora conuellitur. Horum affectuum communis —

- Dignotio, uidelicet cauſarũ: ut
  - Subiecti, ſeu partis malè affectæ —
    - CEREBRI, affecti
      - Primariò, ut
        - Conuulſio muſculorum faciei unà cum toto corpore.
        - Nulla affectio præcedens.
      - Per conſenſum alterius partis, à qualitate quadam alteratæ, quæ à parte primò patiente ad cerebrũ ipſum effertur. Hanc affectionem minores medici, barbarè loquentes, Spaſmum non proportionatum ad materiam uocant: ut ——
        - Signa non propria nec perpetua.
        - Alteri⁹ partis affectus præcedẽs.
    - PRINCIPII ſpinalis medullæ: ut
      - Conuulſio corporis totius, faciei partibus, ſeu muſculis illæſis.
    - NERVI ALICVIVS, aut muſculi: ut
      - Partis alicuius conuulſio. Nam ubi pars aliqua conuulſa eſt, neceſſe eſt neruum aut muſculum, qui eius motioni deputatus eſt, affici.
  - Formæ: uidelicet SYMPTOMATIS: ut
    - Læſio functionis motricis uoluntariæ, à cauſa præter naturam orta.
  - Efficientis
    - REPLETIONIS: ab
      - HVMORE PITVITOSO: ut
        - Signa pituitæ redundantis.
        - Conuulſio repentina.
      - SANGVINE: ut
        - Conuulſio repentina in corpore ſano.
        - Temulentia.
        - Vita otioſa, & cætera ſigna ſanguinis redundantis.
      - INFLAMMATIONE principij neruorum cerebri, aut initij ſpinalis medullæ, ſeu alterius partis neruoſæ: quæ ex proprijs ſuis indicijs diſcernitur.
    - INANITIONIS, ſeu ſiccitatis: ut
      - Febris ingens.
      - Fames.
      - Solicitudo.
      - Vigiliæ.
      - Labor.
      - Largus ſudor, aut uomitus, alui deiectio, ſanguinis profluuium præceſſit.
- Curatio, in qua duo conſideranda ſunt, uidelicet —
  - Quid ſit agendum. Vide in ſeq. ſign. ⊞
  - An id quo tendimus ſperandum ſit, nec ne, indicat pars malè affecta, cauſa morbi. Nam ——
    - Galenus quinto Aphoriſmorum in commentario. Conuulſio per conſenſum genita non admodum exitialis eſt, quemadmodum ea, quæ propriè ex inanitione gignitur.
    - Aëtius. Maximum ac ferè inſanabile malum eſt conuulſio, ſi ex inanitione propriè fiat, curatu perdifficile, uel potius, quod curari omnino non poſſit, ſi febris occaſione potiſſimùm contractum ſit.
    - Hipp. Qui à conuulſione neruorum tenetur ex repletione, febre ſuperueniente liberatur eadem die, aut ſequenti, aut omnino tertia.
    - Idem 2. Aphoriſ. Febrem conuulſioni ſuperuenire, melius eſt, quàm febri conuulſionem.
    - Idem 5. Aphoriſm. Quicunque tetano corripiuntur, in quatuor diebus pereunt: ſi uerò hos effugerint, ſani fiunt.
    - Idem. Conuulſio ex helleboro lethalis eſt.
    - Idem 5. Aphoriſm. Conuulſio ex uulnere lethalis eſt.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0302-8
DFG

- ⊞ Quid ſit agēdum, indicat
  - Repletionis cauſa: nempe humor pituitoſus, qui ſui ablationem indicat: id qđ fiet partim
    - Victus ratione, conſtituta ſecundum commodam
      - Qualitatem, nempe calidā & ſiccam. Quare ſit
        - Aër
          - Calidus.
          - Siccus.
        - Somnus mediocris & non diurnus.
        - Quies. Nam partes conuulſæ uehementer continendæ ſunt, & motibus inordinatis reſiſtendum.
        - Frictio uertebrarum in collo.
        - Aluus quotidie ſubducta.
        - Gaudium: animi uerò perturbationes fugiendæ.
        - Cibus
          - Cremor ptiſanæ.
          - Oua ſorbilia.
          - Caro aſſata
            - Caponum.
            - Pullorum.
            - Gallinarum, &c.
          - Ex oleribus
            - Saluia.
            - Maiorana.
            - Hyſſopum.
            - Serpyllum, &c.
          - Ex fructibus
            - Vua paſſa.
            - Nuces pineæ
            - Amygdalæ dulces.
        - Potus
          - Aqua mulſa, in qua parum ſaluiæ, aut cinnamomum fuerit incoctum. A uini autem potu, præſertim circa initia abſtineat.
      - Quantitatem: quæ pauca omnino eſſe debet, tam cibi quàm potus, præſertim primis tribus diebus, quibus tenuiſſimo utatur uictu: deinde paulò pleniori.
    - Medicamētis adhibitis, ſecundū
      - Qualitatē cōtrariam, & uel humoris
        - Quantitati. Nam ſi is non penitus à ſanguine fuerit ſecretus, ſtatim eius curatio, à uenæ ſectione, modò nihil prohibeat, incipienda erit. Incidenda autem media cubiti uena, non quidem confertim, ſed pluribus uicibus.
        - Qualitati
          - Crudæ: ut cōcoquentibus: attenuantibꝰ, incidētibus, cuiuſmodi eſt
            - Syrupus
              - ℞. Syrupi de ſtœchade, Mellis roſacei — Sing. ℥ j.
              - Aquarum {Maioranæ, Betonicæ} Sing. ℥. ij.
              - miſce, & fiat ſyrupus, per plures dies ſumendus.
            - Decoctum
              - ℞. Saluiæ, Pulegij, Betonicæ, Maioranæ, Hyſſopi — Sing. M. ſ.
              - Rad. fœniculi, peoniæ, ſing. ℥ ſ.
              - Sem. fœniculi, aniſi, ſing. ʒ. j.
              - Florum betonicæ, borrag. ſing. M. j.
              - miſceantur, & coquantur uſque ad conſumptionem tertiæ partis, deinde coletur, dulcisq; reddatur potio, cui deniq; addantur ſyrupi de betonica, de hyſſopo, ſing. ℥. ij.
          - Coctæ: ut purgantibus, euacuantibus
            - Senſibiliter: ut
              - ℞. Pil. {Fœtidarum, De ſagapeno} Sing. ℈. j. ſ.
              - Agarici trochiſcati ℈ ſ.
              - miſce, & cum ſyrupo de betonica fiant pilulæ.
            - Inſenſibiliter: & ſunt diſcutiētia: ut
              - Oleum
                - De caſtoreo.
                - Laurinum.
                - Nardinum.
                - Coſtinum.
                - Nucis muſchatæ, &c.
              - Cataplaſma ex
                - Fœno græco.
                - Semine lini.
                - Farina hordeacea.
                - Oleo rutaceo, &c.
      - Quantitatem debitam: maiorē minorem'ue pro morbi uehemētia, uiribus, ætate, anni tempore, &c.
  - Inanitio. Vide in ſeq. ſign. ⊕

Curatio conuulſionis ex repletione ſanguinis, uel inflammatione, uenæ ſectione peragenda eſt, mediæ ſcilicet, ſed non confertim, ſed pluribus uicibus. Deinde clyſteribus acribus utendum: modò non adſit, quod impediat unum aut alterum. Quòd ſi inflammatio non cedat, iis utendum eſt medicamentis, quæ inflammatio ipſa exigit, ſecundum diuerſa eius tempora, indicatione ſumpta à parte affecta.

- ⊕ Inanitio, ſeu ſiccitas, quæ curanda eſt partim —
  - Victus ratione, inſtituta ſecundum
    - Qualitatem humidā: quare ſit —
      - Aër humidus.
      - Somnus conſueto longior.
      - Quies.
      - Gaudium, & ab immodicis animi affectibus caueat.
      - Cibus humectans probè nutriens concoctu facilis: ut —
        - Ptiſana.
        - Sorbitiones pingues.
        - Iuſcula carnium
          - Gallinarum.
          - Pullorum.
          - Agnorum.
          - Hædorum, &c.
        - Caro
          - Pullorum.
          - Gallinarum, &c.
        - Oua ſorbilia.
        - Ex oleribus
          - Lactuca.
          - Atriplex.
          - Spinachia.
          - Borrago.
          - Malua, &c.
        - Ex fructibus
          - Melones.
          - Cucurbitæ.
          - Pruna Damaſcena.
          - Perſica.
          - Vua matura.
        - Piſces
          - Petroſi.
          - Parui.
      - Potus: uel
        - Vinum tenue, aquoſum.
        - Aqua hordei.
        - Aqua in qua parum Glycyrrhizæ, aut cinnamomi fuerit decoctum.
    - Quantitatem decentem: quæ augenda, uel minuenda eſt, pro uirium robore, ætate, tempore, &c.
  - Medicamentis, adhibitis ſecundū congruentem —
    - Qualitatem: uidelicet humidā: quorum alia
      - Intrinſecus ſumuntur: ut
        - Conſerua
          - Violarum.
          - Borraginis.
          - Buglosſæ.
        - Diatragacanthum frig. &c.
      - Extrinſecus applicantur: ut
        - Oleum
          - Dulce
          - Amygdalarum dul.
        - Hydroleum
          - (Oleum et Hydroleum:) Calidum, quo eos fouere oportet.
        - Balneum aquæ dulcis tepidæ, ſi nihil prohibeat.
    - Quantitatem: maiorem minorem'ue pro morbi magnitudine, temperatura, ætate, regione, anni tempore, &c.

## De Vertigine, ex eiſdem.

- *Vertigo eſt imaginatio quædã, quòd caput circumferatur, ſeu uertatur. Huius*
  - *Dignotio, cauſarũ ſcilicet: ut*
    - *Subiecti: nempe* CEREBRI *(quoniam actio animalis princeps eſt læſa, nimirum imaginatio, quæ propria ipſius cerebri actio eſt) affecti*
      - *Primariò: ut*
        - *Vehemens capitis dolor.*
        - *Capitis grauitas.*
        - *Aurium ſonitus.*
        - *Olfactus læſio.*
        - *Guſtus atque alterius cuiſque ſenſus læſus.*
      - *Per conſenſum ex ore uentriculi: ut*
        - *Morſus ſtomachi.*
        - *Nauſea.*
    - *Formæ: uidelicet* SYMPTOMATIS: *ut*
      - *Actio animalis ſenſibilis & princeps læſa: utpote imaginatio deprauata, & uiſio diminuta ſeu deprauata.*
      - *Tenebræ præ oculis à quacunque leui occaſione apparent, adeò ut interdum cadant, maximè ſi aliquando in circum rotentur, &c.*
    - *Efficientis*
      - *Immediatæ: nempe* OBSTRVCTIONIS *& inæqualis cerebri intemperiei ſimul, à quibus immediatè hoc ſymptoma oritur.*
      - *Mediatæ: uidelicet* FLATVOSI SPIRITVS: *generari ab*
        - *Humoribus cerebrũ occupantibus, à quibus uaporoſus ſpipiritus ab imbecillo calore reſolutus, in cerebri partibus inordinatè mouetur.*
  - *Curatio, quæ ſuis indicationibus perficitur: quare*
    - *Quid ſit agẽdum, indicat ſymptomatis cauſa mediata, flatuoſus ſcilicet ſpiritus, q ſui ablationem indicat. Fiet autem hoc partim*
      - *Victus ratione: nſtituta ſecũdum conuenientem*
        - *Qualitatẽ: quare ſit*
          - *Aër*
            - *Temperatus.*
            - *Purus.*
            - *Lucidus.*
            - *Non*
              - *Nebuloſus.*
              - *Craſſus.*
              - *Nocturnus.*
              - *Ventoſus.*
              - *Auſtralis.*
          - *Somnus mediocris, non ſtatim poſt cibum.*
          - *Exercitium temperatum, capite quieſcente.*
          - *Aluus lubrica, natura, uel clyſteribus, uel glãdibus.*
          - *Animi quies: ab ira uerò, triſtitia, mœrore abſtineat.*
          - *Cibus boni ſucci, concoctu facilis, flatus expers, ſtomacho ac uentri commodus.*
          - *Potus. Vinum album tenuiſsimum, non ualdè uetus, ne caput offendat.*
        - *Quantitatem: quæ moderata eſſe debet, tam cibi quàm potus. Quoniam ſatietas & fames uitanda ſunt.*
      - *Medicamentis. Vide in ſeq. ſign.* △
      - *Manu. Vide in ſeq. ſign.* ✲
    - *An intentionibus noſtris ſatis facere poſsimus, indicat pars malè affecta, morbi diuturnitas, & uehementia. Nam ſi diu durauerit, apoplexiæ & morbo comitiali proxima eſt, teſte Gal. 5. Aphoriſm.*

△ Medicamentis, exhibitis —

- In ipſa acceßione, in qua ægros excitare conuenit, tum odoratis medicamentis, tum frictionibus, & id genus alijs: quo tempore & glandibus aut clyſterijs utendum eſt: ut —
  - Clyſteres
    - ℞. maluæ, Mercurialis, Chamomillæ, Betæ, Furfuris — Sing. m. ſ.
    - ex quibus fiat decoctum, de quo ſumatur ℔. j. cui addatur
    - Mellis roſacei ℥. ij.
    - Olei communis ℥. iij.
    - Hieræ picræ Gal. ℥. j.
    - Salis ʒ. j. miſce & fiat clyſter.
  - Glandes:
    - ℞. Mellis cocti & concreti ℥. ij.
    - Specierum hieræ ʒ. j s.
    - Agarici ʒ s.
    - Salis gemmæ ʒ s.
    - miſce & formentur glandes.
- Poſt acceßionem, ſecundū commodam —
  - Qualitatē: nimirū cōtrariam humoris —
    - Quantitati: ut uenæ ſectione, à qua ſtatim ordiendum, ſiue principium affectionis fuerit, ſiue tempus iam progreſſum fecerit. Incidenda autem eſt externa aut media, ſi uires fuerint robuſtæ. Verùm obſeruādum, ne plurimū confertim uacuetur, propterea, quod à quacunq; leui occaſione æger facilè concidat, ſed pluribus detractionibus, ex quibuſdam interuallis utentes, congruam explebimus.
    - Qualitati
      - Non paratæ, ſed crudæ: ut alterantibus cōcoquentibus. Nā ſi redundarit
        - Bilis, medicamentis concoquentibus bilem utendum eſt.
        - Melancholia, medicamenta bilem atram concoquentia præbenda ſunt.
        - Pituita: medicamentis attenuantibus, incidentibus, calfacientibus utendum eſt.
      - Paratæ: ut purgātibus, euacuantibus —
        - Primò generaliter. Nam redundante
          - Bile: huiuſmodi medicamentum competit
            - ℞. Caßiæ nou. tractæ ʒ. vj.
            - Electuarij de ſucco roſ. ʒ. ij s.
            - miſce & cum decoctione florum & fructuum, in aqua lactucæ uel nenupharis facta, fiat potio, cui addatur ſyrupi uiolacei ℥. j.
          - Melancholiâ: medicamentorum aliquo in curatione melancholiæ deſcriptorum, utendum.
          - Pituita: medicamento purgante pituitam utendum, quorum aliqua in curatione doloris capitis ex pituita, deſcripſimus.
        - Secundò ſpecialiter, quorum alia ſumūtur per —
          - Os: ut
            - Apophlegmatiſmi ex uua paſſa, hyſſopo, maiorana, maſtiche, melle & cera, &c.
            - Gargariſmi ex decocto pulegij, origani, cum aceto mulſo.
          - Nares: ut
            - Sternutamentum ex pulegio origano, aut ſinapi cum aceto miſto.
            - Linimentum ex ſucco anagallidis, aut ciclamini.
  - Quantitatem: quæ ſit maior, uel minor, iuxta morbi uehementiam, uires, anni tempus, &c.

✿ Manu. Nam ſi affectus perſeuerarit, neque prædictis remedijs ceſſauerit, tunc curandus eſt —

- Inciſione arteriarum iuxta tempora, præcepto
  - Galeni.
  - Pauli.
  - Aëtij.
- Cauterio, occipiti, poſt aures adhito, quod huiuſmodi eſſe poteſt: ut —
  - ℞. Cantharidum ʒ. ſ.
  - Fermenti ʒ s.
  - miſce, & cum aceto & aqua ardente, fiat cauterium, capiti adhibendum.

# De Deſtillatione, ex Gal. Aëtio, Ægineta & Celſo.

**Deſtillatio cõmuniter ſumpta, eſt defluxus ex capite in ſubiectas partes. Huius tria ſunt genera, quorũ primum eſt κατάῤῥους, qui deſtillatio propriè latinis dicitur. Fit ubi ad os ac fauces humor delabitur. Alterum κόρυζα, latinis grauedo, cum ad nares decũbit humor. Tertium βράγχος, raucedo latinis uocatur, accidit, ubi ad aſperam arteriam humor deſtillat. Huius**

- Dignotio, uidelicet cauſarum: ut —
  - Materiæ, ſeu ſubiecti, nempe CEREBRI: ut
    - Actiones cerebri læſæ.
    - Excrementa per nares, palatum, uel os, qualitate & quantitate mutata.
  - Formæ: ſcilicet SYMPTOMATIS: ut Excreta immodicè.
  - Efficientis: nimirũ INTEMPERIEI (quæ propriè morbus dicitur partium ſimilarium: ſiquidem cauſæ ſymptomatum morbi ſunt) —
    - CALIDAE, in cerebro humores diſſoluentis, ſiue cum materia, ſiue abſque materia: ut
      - Acris tenuiſq; humor tum per nares, tum per os excretus.
      - Febris ut plurimum comitatur.
      - Partes capitis calidæ.
      - Capitis dolor & grauitas.
      - Facies rubicunda, & naſus.
      - Anni tempus, Regio, Temperatura, Ætas, &c. } Calida.
    - FRIGIDAE, cerebri humores conſtringentis, ſiue cum materia, ſiue abſque materia: ut —
      - Pituita & craſſus humor per nares.
      - Diſtenſio capitis & frontis undiq;.
      - Meatus, quos ethmoides uocãt, clauſi, ita ut ne uox deorſum per nares tranſmeare queat.
      - Victus ratio —, Temperatura, Tempus anni, &c. } Frigida.
- Curatio, in qua duo cõſideranda: uidelicet
  - Quid ſit agendũ, indicat intẽperies
    - Calida
      - Sine materia: quæ curãda eſt, partim —
        - Victus ratione inſtituta, ſecũdũ aptã
          - Qualitatem. Quare ſit —
            - Aër
              - Ad frigidum parum uergens.
              - Non
                - Auſtrinus.
                - Ventoſus.
            - Somnus moderatus, nocturnus.
            - Aluus quotidie ſubducta.
            - Animi quies: perturbationes nanque animi uitandæ.
            - Cibus concoctu facilis, boni ſucci, ut —
              - Sorbitiones ptiſanæ.
              - Panis in aqua cum amygdalarũ ſucco decoctus.
              - Caro
                - Pullorum.
                - Gallinarum.
              - Piſces
                - Saxatiles.
                - Parui.
              - Ex oleribus
                - Lactuca.
                - Endiuia.
                - Borrago.
                - Spinachia, &c.
            - Potus: aqua hordei.
          - Quantitatem: quæ moderata eſſe debet: minor tamen in cœna, quàm in prandio.
        - Medicamentis, adhibitis in cõueniẽti
          - Qualitate: uidelicet frigida: quorum alia —
            - Intrinſecus ſumuntur: ut
              - Iuleb
                - Violarum.
                - Roſarum.
              - Conſerua
                - Roſarum.
                - Violarum.
                - Nenupharis, &c.
            - Extrinſecus applicantur in
              - Principio morbi: ut
                - Fomentum ex oleo roſaceo, aqua roſacea, aceto pauco, &c.
                - Linimentum ex roſaceo, ſucco portulacæ, mucilag. ſem. cotoneorum, mucilag. ſem. pſillij.
              - Augmento et reliquis morbi temporibus: ut ſunt diſcutientia medicamenta, quæ iam dictis addenda ſunt, paulatim detractis iis, quæ repellunt.
          - Quantitate: quæ minuenda uel augenda eſt, pro morbi uehementia, uiribus, anni tempore, &c.
      - Cum materia. Vide in ſeq. ſign. ♁
    - Frigida. Vide poſtea in ſeq. ſign. *
  - An id, quo tendimus ſperari poßit, indicat pars malè affecta, morbi diuturnitas. Nam —
    - Hippocrates 2. Aphoriſm. Raucedines & grauedines, ſi in ualde ſenibus fiunt, concoctionem non admittunt.
    - Celſus. Quòd ſi ex capite in nares deſtillat humor, leue eſt: ſi in fauces peius: ſi uerò in pulmonem, peßimum eſt.
    - Idem Cunctæ deſtillationes breues, & ſi neglectæ ſint, longæ eſſe conſueuerunt, nihilq; peſtiferum, niſi quòd pulmonem exulcerauit.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0307-6

- ʒ Cum materia, quæ ſui ablationem indicat, quod fiet partim ——
  - Victus ratione prædicta.
  - Medicamẽtis adhibitis, ſecundũ
    - Qualitatem contrariam, & uel materiæ biliosæ
      - Quantitati: ut uenæ ſectione. Nam ſi unà cum ſanguine redundet, ſanguis ex cubiti uena externa mittendus erit, modò nihil prohibeat, eaq́; iteranda, ſi opus fuerit, ac potius multam, quàm ſemel, quantitatem extrahere.
      - Qualitati
        - Crudæ: ut alterãtibus, cõcoquentibus: cuiuſmodi eſt
          - Syrupus: ut
            - ℞. Syrupi { Violacei —— / De papauere / De nenuphare } Sing. ℥ ſ.
            - Aquarum { Lactucæ / Nympheæ } Sing. ʒ. j ſ.
            - miſceantur, & fiat ſyrupus, una uice ſumendus per plures dies.
          - Decoctum: ut
            - ℞. Lactucæ / Endiuiæ / Portulacæ / Borraginis / Violarum / Nympheæ } Sing. M. j.
            - Sem. { Melonum / Cucurbitæ / Lactucæ } Sing. ʒ. j.
            - Glycyrrhizæ / Vuarum paſſ. } Sing. ℥. j.
            - Prunorum Damaſc. n°. x.
            - Cinnamomi ʒ j.
            - coquantur uſque ad conſumptionem tertiæ partis, deinde coletur, dulcisq́; reddatur potio, cui denique addatur ſyrupi Violacei, de papauere, ſing. ℥. ij.
        - Coctæ: ut euacuantibus ——
          - Primò uniuerſaliter: quorũ alia ſumũtur p
            - Os: ut
              - ℞. Caſſiæ recent. tractæ ʒ. vj.
              - Electuarij roſ. Meſ. ʒ. ij ſ.
              - miſceantur, & cum decoctione florum & fructuum in aqua nympheæ facta, fiat potio, cui addatur ſyrupi uiolacei ℥. j.
            - Aluum: ut
              - ℞. Maluæ / Violarum / Mercurialis / Hordei —— } Sing. M. ſ.
              - miſce, & fiat decoctum, de quo accipe ℔. j, cui adde
              - Diacatholiconis ℥. j.
              - Electuarij de ſucco roſ. ℥ ſ.
              - Olei comm. ℥. iij.
              - Salis ʒ. j. miſce & fiat clyſter.
          - Secundò particulariter ——
            - Sẽſibiliter. Nam ſi humor fluit
              - Ad nares, conuenit ex aqua liquida per nares uaporem excipere, aut ex maluarum, hordei, uiolarum, & florum chamæmeli decocto.
              - In os, conuenit collutio ex decocto { Hordei. / Maluarum. / Glycyrrhizæ, etc.
            - Inſenſibiliter: ut ſunt medicamenta diſcutientia.
    - Quantitatem aptam: quæ augenda minuendáue pro morbi uehementia, temperatura, ætate, anni tempore, &c.

- * Frigida
  - Cũ materia pituitoſa, quæ tollẽda eſt: idq; fiet partim
    - Victus ratione: inſtituta ſecundum
      - Qualitatem: nimirũ contrariã: quare ſit
        - Aër
          - Calidus.
          - Non
            - Ventoſus.
            - Auſtrinus.
            - Aquilonius.
        - Somnus moderatus, non diurnus, non longus.
        - Aluus quotidie ſubducta, ſi non natura, arte.
        - Animi tranquillitas, immodici uerò affectus fugiendi.
        - Cibus concoctu facilis, boni ſucci, calfaciens: ut
          - Ex carnibus
            - Pullorum.
            - Gallinarum.
            - Caponum.
            - Vitulina.
            - Hœdina, &c.
          - Oua ſorbilia.
          - Ex oleribus
            - Braßica.
            - Cauliculi braßicæ, crudi, à ieiunis eſi.
          - Ex fructibus
            - Amygdales dulces.
            - Pini fructus.
        - Potus uel
          - Aqua mulſa.
          - Aqua, in qua cinnamomum & glycyrrhiza, fuerit decocta.
          - Vinum aquoſum.
      - Quantitatem commodam
        - Cibi, quæ moderata eſſe debet, minor tamen in cœna, quàm in prandio, & poſt cibum neque legendum, neque ſcribendum.
        - Potus, quæ exigua eſſe debet. Nam procurata ſitis multum confert.
    - Medicamẽtis, exhibitis ſecundũ
      - Qualitatem contrariã: & uel humoris qualitati
        - Crudæ: ut concoquentibus
          - Syrupus: ut
            - ℞. Syrupi de betonica, Mellis roſacei — Sing. ℥. j.
            - Aquarum Maioranæ, Betonicæ — Sing. ℥. ij.
            - Miſce, & fiat ſyrupus, per plures dies exhibendus.
          - Decoctum: ut
            - ℞. Saluiæ, Maioranæ, Betonicæ, Serpylli — Sing. M. j.
            - Florum Anthos, Borraginis — Sing. M. ſ.
            - Rad. Fœniculi, Glycyrrhizæ — Sing. ℥. j.
            - Sem. Fœniculi, Aniſi — Sing. ʒ. j.
            - Nucis muſcatæ ʒ ſ.
            - Cinnamomi ʒ. j miſceãtur, & coquãtur uſq; ad cõſumptionẽ tertiæ partis, deinde coletur, ſaccharoq; dulcis reddatur potio, cui deniq; addantur ſyrupi de betonica ℥. iij.
        - Coctæ: ut euacuantibus
          - Vniuerſaliter primò, quorũ alia ſumuntur p
            - Os, in forma
              - Liquida: ut
                - ℞. Diacathol. ʒ. vj.
                - Diaphœniconis ʒ. ij.
                - Electuarij indi ʒ. j.
                - miſceantur, & cum decoctione florũ & fructuum, in aqua maioranæ facta, fiat potus, cui addatur mellis roſ. ℥. j.
              - Solida: ut
                - ℞. Pil. Cochiarum, Hieræ cũ agarico, Arabicarum — Sing. ℈ j.
                - miſce, & cũ ſyrupo de betonica fiãt pil.
            - Aluum: ut
              - ℞. Saluiæ, Calamẽthi, Origani, Maioranæ, ſing. M. j. Flor. ſtœchados ℥. j, Purfuris M. j. miſce & fiat decoctũ, de quo accipe ℔. j, cui adde Hieræ picræ S. ℥ j, Mellis roſ. ℥. ij, olei rutacei ℥. iij, ſalis parum, miſce, & fiat clyſter.
          - Particulariter ſecũdò
            - Sẽſibiliter p
              - Nares: ut
                - Vapor ex decocto maioranæ, hyſſopi, ſerpylli, &c.
                - Sternutamentum ex helleboro, caſtoreo, &c.
                - Suffimentum ex ſpica, ligno aloes, thure, &c.
              - Os: ut
                - Collutio ex hyſſopo, origano, maiorana, &c.
                - Apophlegmatiſmi ex pyrethro, hyſſopo, pipere, etc.
            - Inſenſibiliter: ut
              - Oleum
                - Irinum.
                - Anethinum.
                - Rutaceum.
              - Sacculus:
                - ℞. Chamomil. meliloti, ſtœchadis arab. fol. lauri, pulegij, orig. ſing. M. ſ. Cinnamomi ʒ ſ, Macis ʒ. ij, Gariophyllorum ʒ ſ, Nucis muſchat. ʒ. j. terantur omnia, & fiat ſacculus, coronali ſuturæ apponendus.
      - Quantitatem conuenientem: quæ pro morbi uehementia, anni tempore, &c. augenda uel minuenda eſt.
  - Sine materia. Vide in ſeq. ſign. ⌗

⌗ *Sine materia, quæ remouenda eſt medicamentis alterantibus: quorum alia*
- *Intrinſecus ſumuntur: ut*
  - *Syrupus*
    - *De betonica.*
    - *De ſtœchade.*
  - *Conſerua*
    - *Saluiæ.*
    - *Roriſmarini.*
    - *Betonicæ.*
- *Extrinſecus applicantur: ut oleum*
  - *Irinum.*
  - *Nardinum.*
  - *Rutaceum.*
  - *Nucis muſchatæ, &c.*

## De Lippitudine ſiue Ophthalmia, ex iiſdem.

*Lippitudo eſt inflammatio tunicæ, uel membranæ adnatæ. Huius*
- *Dignotio, uidelicet cauſarũ: ut*
  - *Subiecti: nimirũ* OCULI, *præſertim ipſius tunicæ adnatæ*
    - *Videndi functio læſa.*
    - *Læſio oculi, uel adnatæ tunicæ manifeſta.*
  - *Formæ: nempe* MORBI: *ut*
    - *Dolor tunicæ adnatæ.*
    - *Tunica adnata rubra.*
    - *Tumor ipſius adnatæ tunicæ.*
  - *Efficientis*
    - SANGUINIS, *ſeu plenitudinis: ut*
      - *Tunica adnata rubra, & facies.*
      - *Venæ latæ.*
      - *Senſus grauitatis.*
      - *Pigritia ad actiones conſuetas.*
      - *Lachryma neque rodens, neque acris.*
      - *Temperamentum, Regio, Tempus anni, Ætas, Victus ratio* — *Calida & humida.*
    - BILIS: *ut*
      - *Totius corporis plenitudo nulla.*
      - *Lachryma rodens, & acris, ita ut non ſolùm oculorum anguli, ſed etiam malæ uehementer ex tali influxu rodantur, & exulcerentur.*
      - *Triſtitia, Solicitudo, Victus ratio calida* — *Præceſsit.*
      - *Temperamentum bilioſum.*
    - PITUITAE: *ut*
      - *Grauitas uehemens.*
      - *Rubedo adnatæ tunicæ & faciei exigua.*
      - *Temperamentum, Ætas, Regio, Tempus anni, Victus ratio* — *Frigida & humida.*
    - MELANCHOLIAE: *ut*
      - *Color adnatæ & faciei liuidus.*
      - *Temperamentum, Ætas, Regio, Anni tempus, Victus ratio* — *Frigida & ſicca.*
    - SPIRITUS FLATUOSI: *ut*
      - *Grauitas nulla.*
      - *Eroſio nulla.*
      - *Feruor oculi nullus.*
      - *Extenſio tunicæ adnatæ, adeò ut rumpi uideatur ac doleat.*
      - *Lachrymæ non apparent, au paucæ.*
- *Curatio, quæ ſuis indicationibus perficienda eſt. Quare*
  - *Quid ſit agendum. Vide in ſeq. ſign.* ☾
  - *An id, quo tendimus ſperandum ſit, nec ne, indicat tum pars malè affecta, tum morbi cauſa: quæ indicant uel*
    - *Sanitatem*
      - *Citò*
        - *Si pituita ſicca & arida eſt.*
        - *Si tumor magnus, ſiccus & ſine dolore eſt.*
      - *Tardè: ſi*
        - *Lachryma multa & calida, pituitæ paulùm, tumor modicus, idq́; in uno oculo eſt.*
        - *Lachryma calida eſt, pituita uerò alba & mollis, tumor non durus.*
    - *Periculum: ſi*
      - *Pituita alba & mollis eſſe incipit lachrymæq́; miſcentur, aut ſi ſimul hæc utrunque oculum inuaſerunt. Periculum nanque ulcerum eſt.*
      - *Tumor magnus, ſiccus, cum dolore, ferèq́; exulcerat, & nonnunquam ex eo caſu fit, ut palpebra cum oculo glutinetur.*

- ☾ Quid ſit agendum, indicat morbi cauſa efficiēs. Nam ſi fuerit——
  - Sanguis, auferēdus erit partim —
    - Victus ratione, ordinata ſecundū accōmodatam
      - Qualitatē. Quare ſit
        - Aër {Frigidus / Siccus} In loco obſcuro.
        - Somnus moderatus.
        - Quies.
        - Aluus lubrica, natura uel arte.
        - Animi quies.
        - Cibus pauci nutrimenti, parum refrigerans.
        - Potus. Aqua {Hordei. / In qua ſemina coriandrorū præparatorum fuerint cocta.}
      - Quantitatem: quæ omnino pauca ſit tam cibi quàm potus, præſertim circa initia: imò ſi fieri poßit, à cibo & potu abſtineant (Celſo authore.) Nam prima omnium (ut ipſe teſtatur) in eiuſmodi caſu ſunt quies, & abſtinentia.
    - Medicamētis adhibitis, ſecundū
      - Qualitatem contrariā: nimirum ipſius ſanguinis —
        - Quantitati
          - Fluenti adhuc: ut repellentibus: ſcilicet
            - Phlebotomia ex media cubiti uena uel pedis, eiuſdem partis.
            - Frictio partium inferiorum.
            - Ligatio pedum.
            - Alui ſubductio.
          - Siſtenti, & non amplius fluēti: ut euacuātibus: cuiuſmodi ſunt
            - Phlebotomia ex humerali uena eiuſdem lateris: & uſque ad animi deliquium, ubi uehemens fuerit inflammatio, uireſq́; robuſtæ, &c.
            - Cucurbitulæ cum ſcarificatione, in occipitio appoſitæ.
        - Qualitati: in
          - Principio: ut modicè repellētibus & dolorem mitigātibus: ut——
            - Fomentum ex aqua tepida.
            - Albus liquor oui.
            - Lac mulieris iuuenculæ.
            - Medicamentum ex lacte mulieris, uitellis ouorum, roſaceo, ſimul miſtis appoſitum. Modicè nanque repellit, & mirificè dolorem mitigat.
            - Cataplaſma ex papauerum capitibus in aqua decoctis, ac lini ſeminis farina, &c.
          - Reliquis temporibus: ut digerentibus ac diſcutientibus: ut decoctum fœni græci.
      - Quantitatem conuenientem: quæ augenda uel minuenda, pro ſanguinis multitudine, uiribus, temperatura, anni tempore, &c.
  - Bilis, tollenda erit, partim——
    - Victus ratione iam dicta, niſi quod ad humidius uergere oporteat.
    - Medicamētis, adhibitis ſecundū cōmodam
      - Qualitatem: nimirum contrariā ipſius——
        - Quantitati. Nam ſi unà cum ſanguine redundauerit, uenam humeralem prius ſecare oportet, reuulſionis ſaltem gratia, deinde purgantibus medicamentis deorſum, ſcilicet reuellendo & euacuando, ut infrius oſtenditur.
        - Qualitati
          - Crudæ: ut alterātibus, concoquentibus: quorum alia
            - Intrinſecus ſumuntur: ut
              - ℞. Syrupi {Violacei—— / De papauere / Nymphææ} Sing. ℥ ſ.
              - Aquarum {Violarum / Endiuiæ / Lactucæ} Sing. ℥. j.
              - miſceantur, & fiat ſyrupus, per plures dies exhibendus.
            - Extrinſecus applicantur: ut
              - Candidus oui loquor.
              - Lac mulieris.
              - Aqua roſ. alb. cum cādido oui liquore, applicata.
          - Coctæ: ut euacuantibus
            - Primò uniuerſaliter: ut eſt
              - Caß. recent. tracta.
              - Manna cum tamarindorum decocto.
              - Syrupus ex pluribus infuſionibus roſarum cum diacatholicone, ac ſimilibus medicamentis.
            - Secundò particulariter: ut
              - Fomentum ex aqua tepida ſæpius in die adhibitum.
              - Balneum aquæ dulcis.
      - Quantitatem: quæ pro affectus uehementia, partis conditione, &c. augenda, uel minuenda eſt.
  - Pituita. Vide in ſeq. ſign. □
  - Melancholia. Hic ſimiliter agendum ut in lippitudine, à pituita pendente, niſi quod medicamentis, melancholiam purgantibus utendum ſit.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0311-7
DFG

- ☐ Pituita, tollenda erit partim
  - Victus ratione, conſtituta ſecundum
    - Qualitatem calidam. Quare ſit
      - Aër calidus, in loco obſcuro.
      - Somnus moderatus, nocturnus.
      - Quies.
      - Aluus quotidie ſubducta.
      - Animus quietus.
      - Cibus calfaciens, boni nutrimenti, non uaporoſus, non tardè concoctionis.
      - Potus, in
        - Principio, uel
          - Decoctum cinnamomi.
          - Aqua mulſa.
        - Reliquis morbi tēporibus, uinū tenue, aquoſum, &c.
    - Quantitatem aptam: quæ omnino pauca eſſe debet, præſertim in morbi principio.
  - Medicamētis exhibitis, ſecundū
    - Qualitatē cōtrariam, ipſius
      - Quantitati. Nam ſi miſta fuerit cum ſanguine
        - Fluente adhuc, repellentibus utendum erit. Hoc autem præſtabunt
          - Venæ mediæ in cubito ſectio.
          - Frictio partium inferiorum.
          - Ligaturæ earundem partium.
          - Cucurbitulæ, &c.
        - Non amplius fluente: tunc primò ſtatim per uenæ humeralis ſectionem euacuandus, deinde purgatio adhibenda erit.
      - Qualitati
        - Crudæ: ut cōcoquentibus: cuiuſmodi eſt
          - Syrupus: ut
            - ℞. Syrupi de Betonica, Hyſſopo, Stœchade — Sing. ℥ ʒ.
            - Aquarum Maioranæ, Betonicæ, Roriſmarini — Sing. ℥. ʃ.
            - miſce, & fiat ſyrupus, per plures dies exhibendus.
          - Decoctum: ut
            - ℞. Saluiæ, Betonicæ, Hyſſopi, Serpylli — Sing. m. j.
            - Florum ſtœchados m. ʃ.
            - Rad. Fœniculi, Peoniæ — Sing. ℥ ʃ.
            - Sem. Aniſi, Fœniculi, Ammi — Sing. ʒ. ʃ.
            - Nucis muſcatæ, Cinnamomi — Sing. ʒ ʃ.
            - miſceantur & coquantur uſque ad conſumptionem tertiæ partis, deinde coletur, ſaccharoq; dulcis reddatur potio, cui deniq; addantur ſyrupi de betonica ℥. iij.
        - Coctæ: ut euacuantibus
          - Vniuerſaliter primò: cuiuſmodi ſunt medicamēta purgantia pituitam, per os & aluum ſumpta.
          - Particulariter deinde & inſenſibiliter per reſolutionem: ut
            - Decoctum fœni græci.
            - Decoctum meliloti, & fœni græci.
            - Fomentum ex aqua tepida, cum ſpongia appoſitum.
    - Quantitatem decentem: quæ uarianda uel minuenda eſt, pro affectus magnitudine, partis conditione, anni tempore, &c.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0312-3

# De Suffuſione, ex Hipp. Gal. Paulo, Aëtio, Tralliano, & Celſo.

- *Suffuſio eſt, ubi humor lentus, & glaciei modo concretus, inter corneam & cryſtalloidem circa pupillam ſubit, quo uiſus impeditur. Huius*
  - *Dignotio, cauſarum ſcilicet: ut*
    - Subiecti, loci malè affecti: nimirum OCVLI, iuxta pupillam, affecti.
      - Primariò: Si
        - Viſa alteri tantùm oculo principio apparent.
        - Pupilla, etiam paucis diebus pòſt initium, tenebroſa & impura conſpiciatur.
      - Per conſenſum uentriculi: Si
        - Viſa utriq; oculo ſimul et ſimiliter apparent, nõ tamẽ perpetuò, ſed ſolum, quando uentriculus malè concoxerit, aut criſis per uomitũ bilioſum inſtat.
        - Pupilla nihil habet tenebroſum, etiã poſt menſes aliquot.
    - Formæ: MORBI uidelicet (id quod numerus præter naturã redundans indicat.
      - Incipientis: Si
        - Veluti culices parui, ac caliginoſa quædã oculis ſæpe obuerſari uidẽtur.
        - Veluti lanarum filamenta, aut araneorum texturas uident.
        - Circuli quibuſdam circa lucernas apparent.
      - Augeſcentis: Si iam dicta ſymptomata augeſcunt.
      - Perfecti: Si
        - Æger non uidet.
        - Pupilla colorem ad albedinem mutat, & omnino non tranſlucet.
    - Efficientis: nempe FRIGIDI ET CRASSI, ſeu lẽti ſucci: ut
      - Frigus / Victꝰ ratio frigida / Anni tẽpus frigidũ } Præceſſit
  - *Curatio, in qua conſiderandum*
    - Quid ſit agendũ, indicat morbi cauſa efficiens, quæ ſui ablationẽ indicat. Huiuſmodi autẽ auferri poterit partim.
      - Victus ratione ordinata, ſecundum
        - Qualitatẽ contrariam. Quare ſit
          - Aër
            - Calidus.
            - Siccus.
          - Somnus conſueto breuior.
          - Exercitium moderatum, potiſſimum partium inferiorum: quo ſi uti non poſſint, loco eius utantur frictionibus partium earundem.
          - Aluus quotidie ſubducta.
          - Gaudium: mœſtitia uerò, & cæteri immodici animi affectus caueantur.
          - Cibus extenuans: ut
            - Ex oleribus
              - Hyſſopum.
              - Pulegium.
              - Serpyllum.
              - Maiorana.
              - Fœniculum.
              - Saluia.
              - Betonica.
            - Ex carnibus
              - Pullorum.
              - Gallinarum.
              - Caponum, &c.
            - Piſces, fructus, & reliqui cibi, qui corpus humectare poſſunt, omnino abſtinendi.
          - Potus—
            - Aqua mulſa.
            - Decoctum cinnamomi.
            - À uino abſtineant.
        - Quantitatem conuenientem: quæ pro uiribus, ætate, tempore anni, temperatura, &c. augenda uel minuenda eſt.
      - Medicamentis. Vide in ſeq. fig. #
      - Manu. Hæc quomodo perficienda ſit, conſule Paulum & Celſum.
    - An intentionibus noſtris ſatisfacere poſſimus, quod indicabit morbi diuturnitas, color &c. Nam
      - Si ſuffuſio incipiẽs fuerit, teſte Gal. 14. Methodi medendi, æger ſanabitur.
      - Si ſuffuſio diu conſtiterit, & inueterauerit: & ſuffuſio glaucescat, oculus uiſu priuabitur.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0313-9

# Medicamentis adhibitis, ſecundum.

- Qualitatem cõtrariam, & uel ipſius humoris
  - Quantitati. Nam ſi ſanguis unà abundet, media cubiti uena prius ſecanda erit, aut externa, pro ut magis expedire uidebitur.
  - Qualitati
    - Non paratæ: ut præparantibus, cõcoquentibus, cuiuſmodi, eſt ſyrupus talis.
      - ℞ Syrupi
        - De hyſſopo
        - De Stœchade
      - Mellis roſacei
      - Oxymellis ſcyllitici
        - Sing. ℥ ſ.
      - Aquarum
        - Fœniculi
        - Hyſſopi
        - Maioranæ
        - Betonicæ
        - Sing. ℥ j.
      - miſce & fiat ſyrupus, una uice ſumendus per plures dies.
    - Paratæ: ut euacuantibus
      - Primò uniuerſaliter: ut
        - ℞ Pilul.
          - Cocchiarum
          - Aurearum
          - Lucis
        - Agarici trochiſcati
          - Sing. ℈ j.
        - miſce & cum ſyrupo fœniculi formentur pilulæ.
      - Secundò particulariter
        - Senſibiliter: ut ſunt.
          - Cucurbitulæ occipitio affixæ, cum ſcarificatione.
          - Sanguinis miſsio ex naribus, uel fronte.
          - Apophlegmatiſmi.
          - Errhina.
        - Inſenſibiliter: ut ſunt digerentia, diſcutiẽtia: cuiuſmodi ſunt.
          - Mel cum oleo ueteri.
          - Succus fœniculi.
          - Medicamentum, quod ex caucalidis ſucco, chamedrios & coronopi, ſingulorum æquis portionibus, conficitur.
          - Decoctum fœniculi.
          - Inunctio ex baccis lauri excorticatis, urinæ pueri, læuigatis, & pauco gummi.
          - Illinitio ex felle perdicis uel galli, cum melle & ſucco fœniculi.
          - Puluis ex hirundinum capitibus cum melle.
- Quantitatem commodam: quæ augẽda eſt uel minuenda, pro morbi uehementis, partis conditione &c.

# De dolore aurium.

- Auriũ doloris
  - Dignotio, uidelicet cauſarũ: ut
    - Subiecti: nimirum
      - MEATVS auditorij, in profundo: ut
        - Nullus in meatu auditorio affectus uiſui aut tactui manifeſtus.
        - Dolor uehemens.
      - RELIQVARVM AVRIS partium, quæ anfractui foris adſunt: ut
        - Dolor minus uehemens.
        - Affectus auditum lædens, uiſui aut tactui manifeſtus.
    - Formæ: nempe SYMPTOMATIS: indicat ipſe dolor, qui eſt ſymptoma in genere noxæ functionis animalis ſenſibilis, tactus uidelicet.
    - Efficientis
      - INTEMPERIEI
        - Sine materia
          - Calidæ: Si uel
            - Inſolatio ſeu æſtuatio / Ventus calidus } Præceßit.
            - Aquæ medicatæ præ[c]eſſerunt.
            - Dolor ſine grauitate.
            - Auxilium à frigidis.
            - Offenſio à calidis.
          - Frigidæ: uel
            - Ventus frigidus / Balneum aqua frigida } Præceßit.
            - Dolor altè infeſtans fixus, ſine grauitate, uel diſtentione, uel ardore.
            - Auxilium à calidis.
            - Læſio à frigidis.
        - Cum materia
          - Calida
            - Sanguinea: ut
              - Grauitas & diſtentio ſimul.
              - Calor & dolor pulſatilis.
              - Febris ephemera.
              - Victus ratio opipara.
              - Temperamentũ cal. & hum &c.
            - Biblioſa: ut
              - Calor & dolor uehementißimus.
              - Febris.
              - Victus ratio bilioſa.
              - Tẽperamentũ / Ætas / Regio / Anni tempus } Calida & ſicca.
          - Frigida
            - Glutinoſa, craſſa: ut
              - Victus ratio / Tẽperamẽtũ / Ætas / Anni tempus } Frigida.
              - Dolor cum grauitate & ſine caliditate.
            - Flatuoſa: ut
              - Diſtenſio abſq; grauitate.
              - Frigiditas præceßit.
      - CONTINVI SOLVTIONIS: ut
        - Sanies, uel excrementum mordax, erodens.
        - Læſio manifeſta.
        - Punctura.
  - Curatio, quæ ſuis indicationibus perficienda eſt. Itaq;
    - Quid ſit agendum. Vide in ſeq. ſig. ☙
    - An id, quò tendimus ſperari poßit, necne indicat pars malè affecta, affectus magnitudo & cauſa. Nã inquit
      - Hippocrates 3. Prognoſticorum: Aurium dolor cum febre continua ac uehementi, difficilis eſt. Periculum enim delirij & mortis imminet. Nam natu minores ſeptimo die, aut citius intereunt: natu uerò maiores, multò tardius.
      - Trallianus: Siue meatus auris, ſiue alia ipſius quæpiam interna particula frequenter inflammatione laboret, acutißima pericula inducit, propter dolores maximos, qui cerebrum per conſenſum afficiunt, ita ut febres & deliria ſic affectus oboriantur: interim uerò moriantur.

- ℞ Quid ſit agendum, indicat ſymptomatis cauſa efficiens, uidelicet
  - Intemperies
    - Sine materia
      - Calida: quæ curanda eſt. Huiuſmodi autem curatio perficitur partim
        - Victus ratione: quæ ex ſuperioribus facilè inſtitui poterit.
        - Medicamentis contrarijs: ut ſunt
          - Oleum
            - Roſaceum
            - Amygdalinum
            - Nympheæ
            - In aurem dimiſſam.
          - Succus ſolani, auriculæ infuſus.
          - Oui candidum, tepidum cum lacte mulieris paulatim infuſum.
      - Frigida: quæ propulſanda eſt medicamentis contrarijs, quorum alia
        - Clementiora: ut oleum
          - Amaracinum
          - Nardinum
          - Rutaceum
          - Laurinum
          - De caſtoreo
          - Infuſum.
        - Valentiora: ut
          - Oleum uetus, cui exiguũ euphorbij, ſtyracis, calami odorati admiſtum ſit: inſtillatum.
          - Oleum irinum.
          - Oleum cum allio contuſo, & tepidum infuſum.
    - Cum materia
      - Calida
        - Sanguinea, quæ ſui ablationem indicat: quod fiet remedijs contrarijs & uel ipſius
          - Quantitati
            - Fluentæ adhuc, ut reuellentibus: cuiuſmodi ſunt
              - Frictiones.
              - Vincula.
              - Cucurbitulæ.
              - Clyſteres.
            - Non amplius fluentæ: ut eſt ſanguinis miſsio, ex media cubiti, ſeu humerali uena, prout plenitudo maior, uel minor, ac uires magis, uel minus ualentiores, uidebuntur.
          - Qualitati: ut alterantibus, dolorem mitigãtibus: quarum alia
            - Inſtillãtur: ut ſunt
              - Oxyrhodinum tepidum.
              - Albumen oui cum lacte mulieris, præſertim ſi uehementior fuerit inflammatio.
              - Adeps anſerinus cum roſaceo.
              - Roſaceum cum ſucco auriculæ muris, uel portulacæ, in uehementi inflammatione.
              - Oui candidũ & lac mulieris, cum pauculo opio, in maximo dolore.
            - Extrinſecus auri adhibentur: ut ſunt quæ dolorem leniunt, materiam impactam concoquunt.
        - Bilioſa: quæ euacuanda eſt, medicamentis leniter bilem purgantibus, deinde inſtillationes fiant in aures, ex rebus frigidis, ut iam dictum.
      - Frigida, glutinoſa, craſſa, uel flatuoſa: quæ ſui ablationem indicant. Hoc autem fiet medicamentis euacuantibus
        - Vniuerſaliter: ut ſunt medicamenta purgãtia humores craſſos, ſumpta per os uel aluũ: præcedente tamen eorum coctione ac præparatione.
        - Particulariter: ut ſunt
          - Veratrum
            - Album
            - Nigrum
          - Amygdalæ amaræ
          - Ariſtolochia
          - Iris illyrica
          - Radix
            - Cucumeris aſinini
            - Bryoniæ
            - Centaurij magni
          - Fel ouillum cum oleum cõm.
          - Succus porri, cæpæ, &c.
          - Inſtillata.
  - Solutio continui: quæ unienda eſt, tali medicamento
    - ℞. Myrrhæ, thuris, galbani, licij, opij, nitri, croci, ſing. ℈ ij. Amygdalarũ excort. ʒ ij. miſce, & cum aceto fiant trochiſci, & cum uti uolueris, diſtemperetur in oleo roſaceo, & coletur, & in auribus inſtilletur. Vel ſi ulcus ſit inueteratum, inſtilletur puluis ex conchilia marina alba, aſſata, cum oxymelle, &c.

## De Parotidibus, ex eiſdem.

*Parotides ſunt inflã mationes, quæ in glandulis, auribus adiacentibus, fiũt: quarum*

- *Dignotio, cauſarũ ſcilicet: ut*
  - *Subiecti: nimirum* ADENVM *iuxta aures, quæ ad ſenſum patent.*
  - *Formæ: uidelicet* MORBI, *qui oculorum iudicio ſubiacet.*
  - *Efficientis: nempe* HVMORIS
    - CALIDI
      - SANGVINEI: *ut*
        - *Tumor magnus, ruber, & renitens.*
        - *Dolor continuus, uehemens, grauans.*
        - *Temperamentũ calidum & humidũ.*
        - *Adoleſcentia.*
        - *Victus ratio multũ ſanguinẽ gignens.*
      - BILIOSI: *ut*
        - *Tumor rubicundior, citra grauitatẽ, igneus, eryſipelatis perſimilis.*
        - *Temperamentum cal. & ſiccum.*
        - *Ætas iuuenilis.*
        - *Victus ratio bilioſa, &c.*
    - FRIGIDI
      - MELANCHOLICI: *ut*
        - *Tumor durus, ſcirrhoſus, non rubicundus.*
        - *Dolor non uehemens.*
        - *Temperamentum melancholicum.*
        - *Ætas declinans.*
        - *Victus ratio melancholica, & c.*
      - PITVITOSI: *ut*
        - *Tumor laxus, œdematoſus, non renitens.*
        - *Dolor nullus.*
        - *Temperamentum frig. & humidum.*
        - *Corporis habitus pinguis.*
        - *Victus ratio pituitoſum ſanguinem generans.*
- *Curatio, in qua conſiderandum*
  - *Quid ſit agendum. Vide in ſeq. ſig.* ♂
  - *An curatio perfici queat, indicat cauſæ morbi qualitas. Nã ſi parotides ex*
    - *Concoctione ipſarum ratione criſis apparent, non malæ, ſed curatu faciles exiſtunt, multosq; magnis periculis liberant.*
    - *Ex copia cruda contingũt, quæ naturam grauãt, & nonnihil irritant: quare etiam procedente tempore periclitantur, & medicis multa tentantibus, uix ad ſuppurationem, aut concoctionem perueniunt.*

- ☞ Quid ſit agēdum, indicat morbi cauſa quæ ſui ablationē indicat. Fit autem hoc partim —
  - Victus ratione, cauſæ contraria.
  - Medicamētis exhibitis ſecundū conuenientem —
    - Qualitatē: cōtrariam nimirū
      - Quantitati. Nam ſi ſanguis in cauſa fuerit, uenæ humeralis, ſectio, eiuſdem lateris facienda erit, modò nihil prohibeat.
      - Qualitati humoris
        - Calidioris
          - Non parati: ut cōcoquentibus, alterātibus, maturantibus, dolorē mitigantibus: quorum alia —
            - Intrinſecus aſſumūtur: ut eſt ſyrupus talis
              - ℞. Syrupi { Violacei — Endiuiæ, De nenuphar. } Sing. ℥ s.
              - Aquarum { Lactucæ, Endiuiæ, Nympheæ } Sing. ℥ j.
              - miſce, & fiat ſyrupus per plures dies aſſumendus.
            - Extrinſecus applicantur: ut ſunt maturantia, & non reprimentia: cuiuſmodi eſt —
              - Cataplaſma
                - Ex farina ſeminis lini cum aqua mulſa, aut decocto fœni græci, altheæ, chamæmeli.
                - Ex lapatho & axungia inſulſa.
              - Cerotum ex butyro, adipe ſuillo, & modica cera.
          - Parati: ut euacuantibus —
            - Senſibiliter, & ſunt medicamenta purgantia bilem, per os uel aluum ſumpta.
            - Inſenſibiliter: ut
              - Fomentum
                - Ex muria.
                - Ex chamomilla, fœno græco, ſemine lini, & ſertula campana, aſſiduè adhibitum.
              - Ceratum ex butyro & æſypo cum buccinis uſtis.
              - Oleum
                - Amygdalinum.
                - Chamomelinum.
                - Anethinum, &c.
        - Frigidioris
          - Crudi: ut concoquentibus, præparantibus, maturantibus: quorū alia
            - Intrinſecus ſumuntur: ut ſyrupus de ſtœchadæ, de betonica, hyſſopo, fumo terræ.
            - Extrinſecus: ut ſunt maturantia cataplaſmata ſuprà dicta.
          - Cocti: ut euacuantibus
            - Vniuerſaliter: cuiuſmodi ſunt medicamēta purgantia pituitam, uel melancholiam, ſumpta per os uel aluum.
            - Particulariter
              - Inſenſibiliter: ut
                - Fomentum ex hyſſopo, ſerpyllo, pulegio, maiorana, fœno græco, in uino decoctis.
                - Cataplaſma ex erui, ſeminis lini, & fœni græci, farina cum ficuum ſiccarum & chamæmeli iuris decoctis.
                - Iris illyrica contuſa, & ex paſſo cocta, & calida, bis, ter'ue in die adhibita.
                - Oleum
                  - Irinum.
                  - Liliorum.
                  - Rutæ, &c.
              - Senſibiliter (& ſunt, quæ tumores rumpūt, quibus utendū, ſi ei non diſcutiantur, prius tamen ſuppuratis ſuprà dictis medicamētis maturātibus) ut eſt
                - Medicamentum acre, quod ex allijs conficitur.
                - Sectio apoſtematis.
    - Quantitatem: quæ augenda uel minuenda eſt, pro morbi uehementia, humoris natura, partis conditione, &c.

## De Sanguinis ex naribus eruptione: ex eiſdem.

- *Sāguinis ex naribus eruptionis.*
  - Dignotio
    - *Subiecti: nempe* NARIVM *affectarum, indicat ipſe affectus.*
    - *Formæ: uidelicet* SYMPTOMATIS, *indicat ſanguinis excretio immodica, toto genere præter naturam.*
    - *Efficientis*
      - *Immediatæ*
        - APERTIONIS: *ut*
          - *Copia ſanguinis.*
          - *Sanguis uitioſus, acris.*
          - *Venæ molliores, tenuiores.*
        - RAREFACTIONIS: *ut*
          - *Sanguis tenuior.*
          - *Mora in ſole.*
          - *Exercitium uehemens.*
          - *Nulla copia ſanguinis: neq; qualitas acris.*
        - DIVISIONIS: *ut*
          - *Inciſio.*
          - *Contuſio.*
          - *Ruptio.*
          - *Eroſio.*
      - *Mediatæ*
        - *Internæ*
          - QVANTITATIS *ſanguinis: ut*
            - *Victus ratio multum ſanguinis generans.*
            - *Pulſus plenus.*
            - *Vrina ſpiſſa, colorata, & cætera ſigna ſanguinis redundantis.*
          - QVALITATIS *malæ ſanguinis: ut*
            - *Signa cacochymiæ, ſeu uitioſi ſanguinis.*
        - *Externæ: ut*
          - *Æſtus.*
          - *Exercitium.*
          - *Sectio.*
          - *Ictus.*
          - *Caſus.*
          - *Clamor.*
          - *Medicamenta acria, &c.*
          - *Quæ ex relatione ægri uel aſtantium dignoſcuntur.*
  - *Curatio, quæ ſuis indicationibus perficienda eſt. Itaq;*
    - *Quid ſit agendum. Vide inferius fig.* ☾
    - *An id, quò tendimus ſperari poßit nec ne, indicat affectus diuturnitas, uirium robur. Nam inquit*
      - *Hippocrates*
        - *Si ſanguinis ex naribus profluuium longo tempore perſeuerauerit, timendum erit aut animi deliquium, aut hepatis imbecillitas, ac infrigidatio, & demum cachexia, & hydrops.*
        - *Fluxus cum frigiditate extremarum, mortalis eſt.*
        - *Fluxus ſanguinis, qui ducit ad colorem pallidum, aut uiridem, aut liuidum, aut fuſcum, peßimus eſt.*
        - *Fluxus ſanguinis cum alleuiatione patientis, bonus.*
        - *Menſtruis deficientibus, ſanguis ex naribus fluens, bonum.*
      - *Aëtius. Fluxus ſanguinis, in quarta die in febribus], peßimum ſignum eſt.*

- ☾ Quid ſit agẽdum, indicat ſymptomatis cauſa, quæ ſui ablationem indicat, partim —
  - Victus ratione, inſtituta ſecundum —
    - Qualitatem infrigidantem & aſtringentem, à quacunq; fiat cauſa. Quare ſit
      - Aër frigidus.
      - Animus quietus. Nam animi perturbationes, potiſſimum ira & ſimiles, deuitandæ.
      - Cibus infrigidans, incraſſans, tenuis (ſi ex ſanguinis copia fiat) boni ſucci, & cũcoctu facilis: ut
        - Ex carnibus pulli gallinacei aſſati, aut cum omphacio cocti.
        - Ex oleribus
          - Lactuca.
          - Endiuia.
          - Scariola, &c.
        - Ex fructibus
          - Pira.
          - Mala cotonea.
          - Meſpila.
      - Potus: ut
        - Vinum
          - Craſſum, non tenue.
          - Rubeum, non album.
        - Aqua frigida.
        - Decoctum cinnamomi.
    - Quantitatem commodam, quæ pro uiribus, anni tempore, ætate, temperatura, augenda uel minuenda eſt.
  - Medicamẽtis, exhibitis ſecundũ cõuenientẽ
    - Qualitatẽ: nimirũ contrariam —
      - Primò cauſæ mediatæ internæ ſanguinis ſcilicet —
        - Quãtitati
          - Fluentæ adhuc: ut ſunt ea, quæ ipſum auertũt, reuellunt: cuiuſmodi eſt —
            - Venæ cubiti, è directo profuſioni reſpondentis, ſectio, ſi æger adhuc non ſit reſolutus, & aliud non prohibeat: & ubi paululum ſanguinis detractum fuerit, mox unam horam intermittens, rurſus detrahendum, pòſt iterum atque iterum, pro laborantis uiribus.
            - Artuum frictio deuinctioq;.
            - Cucurbitulæ affixæ
              - Hypochondrio directè ſuppoſito.
              - In ſumma ceruice.
              - Scapulis, cum ſcarificatione.
          - Non amplius fluentæ. Nam ſi non multum ſanguinis ex naribus fluxerit, ægerq; ſit robuſtus & ſanguine plenus: uenæ ſectio facienda: Sin minus, medicamentis aſtringentibus (ut ſequitur) utendum.
        - Qualitati: hoc eſt ſi ſanguis fuerit —
          - Bilioſus
            - Fluens adhuc: tunc primò reuellendus eſt, ut ſuprà dictum.
            - Non fluens: tunc purgandus: uidelicet decocto myrobalanorum citrinorum, in quo ſyrupus ex pluribus infuſ. roſ. rub. aut mãna cum rhabarbaro diſſoluãtur.
          - Melancholicus
            - Fluens: & prius ut ſuprà auertendus, ſeu reuellendus eſt.
            - Non fluens amplius: qui purgandus ex decocto epithymi, ſenæ, & myrobalanorum indorum, cum ſyrupo epithymi, ſeu fumo terræ, &c.
          - Pituitoſus
            - Fluens adhuc: reuellendus eſt, ut ſuprà.
            - Non fluens: tunc purgandus ex decocto agarici & myrobalanorum chebulorum cum ſyrupo ex pluribus infuſ. roſ. rubrarum, &c.
      - Secundò immediatæ. Vide in ſeq. ſign. ♌
    - Quantitatem: quæ augenda, uel minuenda pro affectus uehementia, uiribus, anni tempore, &c.

- ♌ Secūdò cauſæ immediatæ: apertioni uaſis uidelicet uel rarefactionis: ut frigidis & aſtringentibus: quorum alia
  - Intrinſecus ſumūtur, per
    - Os: ut
      - Syrupus
        - Myrtinus.
        - Roſarum
        - De papauere
        - Ex nymphea
        - } Cum aqua uel
          - Plantaginis.
          - Solani.
          - Nymphea.
      - Conſerua
        - Roſarum.
        - Nymphea.
        - Oxalydis.
      - Trochiſci de
        - Terra ſigillata
        - Succino
        - Ebore ſeu ſpodio
        - } Cum ſyrupis iam dictis.
    - Nares: ut
      - Cochlearum carnes, cum thure tritæ.
      - Medicamentum Galeni ex
        - Manna thuris.
        - Aloe
        - Candido oui liquore
        - } Confectum, & per contortum linamentum impoſitum.
      - Teſtæ ouorum uſtæ & tritæ cum dimidia parte gallæ omphacitidis, & linamento intorto, aqua aut aceto intincto exceptæ, & inditæ.
      - Gypſum oui candido ſubactum.
      - Thus confractum & polygoni ſucco dilutum, cum linamento inditum.
      - Mentha ſicca: uel ſpongia ſicca.
      - Stercus aſininum uſtum.
      - Cinis combuſtorum aſellorum domeſticorum.
      - Lapis molaris aceto extinctus, ac inde uapor naribus ſuſceptus.
  - Extrinſecus applicantur
    - Fronti uniuerſo: ut
      - Spongia ex aqua frigida, ſeu roſacea, madida, ſæpius adhibita: aut ſuccus caudæ equinæ, cum pauco aceto.
      - Saluiæ folia trita: aut gypſum oui candido ſubactum cum aceto modico.
      - Linteum in aqua frigida, aut roſacea, cum pauco aceto miſta, madefactum, iterum atq; iterum impoſitum.
      - Cochlearum carnes cū aceto tritæ: aut cochleæ uſtæ & tritæ cū aceto, impoſitæ.
      - Medicamentum ex ſucco polygoni, portulacæ, ſemperuiui, bolo armeno, terrā lemnia, galla omphacitide, lapide hæmatite, cum ouorum albumine, pauco aceto ac aqua roſacea. &c.
    - Iecinori: ut eſt epithema tale.
      - ℞. Aquarum
        - Roſarum
        - Solani
        - Acetoſæ
        - Plantaginis
        - } Sing. ℥iij.
      - Aceti. ℥. j ſ.
      - Specierum
        - Diaſandali
        - Diarhodon Abb.
        - } Sing. ℥ſ.
      - Boli armeni
      - Eboris uſti
      - Lapidis hæmatitis
      - } Sing ℥ j.
      - miſce, & fiat epithema, iecori uel etiam fronti applicandum.

# De dolore dentium, ex eiſdem.

- **Dentium doloris**
  - Dignotio, cauſarũ ſcilicet
    - **Subiecti: nimirum**
      - DENTIS ipſius, ſecundum propriam ſubſtantiam: ut
        - Dolor circa corpus dentis, in profundo.
        - Dens liuidus, aut quouis alio modo in ſubſtantia eius, ſeu qualitate mutatus.
      - NERVI ad radicem dentis ſubſtrati: ut
        - Dolor uehementiſſimus, in profundo ualdè.
        - Dens non liuidus, aut quouis alio modo in ſubſtãtia eius, ſeu qualitate mutatus.
        - Gingiuæ non affectæ.
        - Dolor leuior exemplo dente.
      - GINGIVARVM: quæ ex ipſarum inſpectione promptè dignoſci poterunt.
    - **Formæ: nempe** SYMPTOMATIS, indicat dolor ipſe.
    - **Efficientis**
      - Immediatæ
        - INTEMPERIEI
          - Simpl.
            - CALIDAE: ut
              - Dolor intenſus.
              - Facies ſubruſſa.
              - Temperamentum capitis & totius corporis calidum.
              - Ætas uigens.
              - Tempus anni, Regio, Aëris ſtatus, Victus ratio — Calida.
            - FRIGIDAE: ut ſigna calidæ intemperiei contraria.
            - HVMIDAE
              - Temperamentum capitis & totius corporis humida.
              - Victus ratio humida.
              - Domus in humidiori loco ſita.
              - Tempus humidum, auſtrinum.
              - Dens laxus & mobilis.
              - Ver.
              - Dolor exiguus.
            - SICCAE: ut
              - Dolor intolerabilis.
              - Temperamentum capitis & totius corporis ſiccum.
              - Sitis, niſi adſit frigiditas.
              - Sputum nullum.
              - Autumnus.
              - Vita ærumnoſa.
              - Victus tenuis.
          - Compoſitæ: quæ facilè ex ſimplicibus dignoſcuntur.
        - CONTINVI SOLVTIONIS: ad ſenſum patet.
      - Mediatæ
        - Internæ
          - SANGVINIS: ut
            - Dolor maximus.
            - Grauitas.
            - Facies rubicunda.
            - Temperamentum calidum & humidum, &c.
          - BILIS: ut
            - Dolor pungitiuus.
            - Amaritudo oris.
            - Facies ſubruſa.
            - Temperamentum cal. & ſiccum, &c.
          - BILIS ATRAE: ut
            - Dolor, ueluti ſi corpuſcula quædam in profundo confringantur.
            - Aciditas in ore percepta.
            - Temperamentum frig. & ſiccum.
          - PITVITAE: ut
            - Diſtentio locorum unà cum frigiditate.
            - Salſedo in ore.
            - Facies pallida.
            - Temperamentum frig. & humidum.
            - Tempus anni frig. & humidum, &c.
        - Externæ: ut
          - Caſus.
          - Percuſſio.
          - Cibaria multũ calida uel frigida.
          - Frictio dentium nimis acuta.
          - — Quæ indicio patiẽtis dignoſci poterunt.
  - Curatio, in qua conſiderandum
    - Quid ſit agendum. Vide inferius ſign. ✲
    - An id, quo tendimus ſperari poſſimus, indicat pars affecta, & morbus. Nam
      - Dentium tenuitatem, inquit Gal. 5. de Compoſitione medicamentorum ſecundum locos, ob alimenti inopiam curari non poſſe, cùm laxari, tum & moueri ipſos neceſſarium ſit.
      - Dentium affectio, quæ proportionem ad inflammationem habet, præter id quod magis iuuenes corripiat, curationem quoque recipit.

- ✽ Quid ſit agendũ, indicat ſymptomatis cauſa ——
  - Primò mediata interna (morbi cauſa dicta.) Nã ſi hæc adfuerit, primò ſui ablationem indicat. Siquidẽ manẽte adhuc cauſa toſa, affectus ſanari non poterit. Quare ſi fuerit ——
    - Sanguis: minuẽdus erit, partim ——
      - Victu, qui tenuis omnino eſſe debet.
      - Medicamentis, exhibitis ſecũdũ commodam
        - Qualitatẽ: uidelicet contrariã quãtitati eius: ut euacuãtibus
          - Vniuerſaliter primò (modò corpus uniuerſum ſanguine redundet, nihilq́ prohibeat) ut eſt uenæ mediæ inciſio è directo, &c.
          - Particulariter deinde
            - Senſibiliter: ut
              - Venæ ſectio humeralis: uel etiam ſi opus fuerit, uenæ ſub lingua.
              - Cucurbitulæ, ſcapulis affixæ, cum ſcarificatione.
            - Inſenſibiliter: ex ——
              - Gingiuis, & ſunt diſcutiẽtia leuiter ——
                - Oleum lentiſcinum recens, tepidum & in ore retentum.
                - Lac aſininum.
                - Palmarum ſtillamentum.
                - Decoctum ſemperuiui minoris per ſe, aut cum roſaceo melle, uel ſapa.
              - Propria ſubſtãtia: uel neruo proſtrato
                - Primò mediatè: & ſunt repellentia, ſeu reprimentia: ut ——
                  - Acetum, in quo galla, uel halicacabi radix, alterci ſemen, ſeu folia, ac ſolanum, ſeu myrti folia fuerint cocta, quo os colluatur.
                - Secundò immediatè: & ſunt diſcutientia uehementer: ut ——
                  - Vinum, in quo uiolæ, portulaca, ſemperuiuum, hyſſopum, melilotum, pulegium, althea, fœnum græcum, cocta fuerint, in ore retentum.
        - Quantitatem: quæ augenda uel minuenda eſt, pro affectus magnitudine, &c.
    - Bilis, minuenda erit ——
      - Victus ratione, inſtituta ſecundum ——
        - Qualitatem contrariam. Quare ſit
          - Aër frigidus, & humidus.
          - Somnus conſueto longior.
          - Animi quies.
          - Cibus refrigerans & humectans: ut
            - Ptiſana.
            - Ex oleribus
              - Lactuca.
              - Endiuia.
              - Portulaca.
              - Spinachia, &c.
            - Ex fructibus
              - Cucurbitæ.
              - Vua, &c.
          - Potus: Aqua, in qua ſemina coriandrorum præparatorum fuerint cocta, aut minimum cinnamomi.
        - Quantitatem conuenientem: quæ augenda, uel minuenda eſt pro anni tempore, ætate, temperatura, &c.
      - Medicamentis cõtrarijs ipſius quantitati: ut euacuantibus
        - Vniuerſaliter, ſumpta per
          - Os: ut medicamenta purgantia bilem ex toto.
          - Aluum: ut clyſteres, bilem educentes.
        - Particulariter
          - Senſibiliter: ut medicamenta purgantia bilem ex capite.
          - Inſenſibiliter
            - Primò mediatè: & ſunt repellentia: ——
              - Intrinſecus ſumpta: ut
                - Plantaginis, Roſarum, Portulacæ } Succus.
                - Acetũ cũ galla immatura.
              - Extrinſecus applicata: ut oleum
                - Roſaceum.
                - Nymphеæ.
                - Violarum, &c.
            - Secundò immediatè: & ſunt diſcutientia: ut decoctum
              - Fœni græci.
              - Seminis lini.
              - Pyrethri, &c.
    - Melancholia, educenda erit. Vide in curatione melancholiæ.
    - Pituita, euacuanda erit medicamentis purgantibus pituitam.
  - Secundò immediata. Vide in ſeq. ſign. □

- □ Secundò immediata (propriè morbus dicitur.) Nam ſi morbi cauſa nō amplius adfuerit, ſtatim ipſius morbi ratio habenda erit. Itaque ſi fuerit intemperies —
  - Calida: curanda erit, partim —
    - Victus ratione inſtituta ſecundum qualitatem frigidam. Vide in curatione doloris dentium, à biliosa materia pendentis.
    - Medicamētis frigidis
      - Intrinſecus ſumptis: quorū alia ſunt
        - Vehementiora, quæ in uehementi intemperie conueniunt: ut
          - ℞. Florum hyoſciami; Seminis { Papaueris, Lactucæ } — Sing. quantū ſatis eſt.
          - coquantur in aceto, & in ore retineatur.
        - Mitiora: ut collutio oris
          - Ex { Halicacabi radice, Semperuiuo, Portulaca, Parietaria, Glycyrrhiza } — In aceto albo decoctis.
          - Ex uiolis, in uino decoctis, &c.
      - Extrinſecus appoſitis: ut oleum { Myrtinum. Roſaceum. Violarum. Nymphee. }
  - Frigida: alterādā erit partim —
    - Victus ratione, inſtituta ſecundum qualitatem calidam. Quare ſit
      - Aër calidus.
      - Somnus mediocris.
      - Animi quies.
      - Cibus
        - Ptiſana uel alica cum { Pulegio, Ruta, Pipere, &c. } Cocta.
        - Ex oleribus { Petroſelinum. Saluia, &c. }
      - Potus: uinum, modicè ſumptum.
    - Medicamentis calidis, quorum alia
      - Intrinſecus ſumuntur: ut eſt collutio oris —
        - Ex { Origano, Calamintha, Hyſſopo, Saturegia, Dictamno } — In aceto ſeu uino decoctis.
        - Ex radice { Tithymalli, Chamæleonis, Eringij, Verbaſci, Veratri nigri, Capparis } — In aceto uel uino decoctis.
        - Ex decocto tedarum ac picearum.
      - Extrinſecus applicatur capiti, et locis, dolenti denti uicinis: ut oleum { Chamæmelinum. Anethinum. Irinum. Rutaceum, &c. }
  - Humida: remouenda erit partim
    - Victus ratione, ad ſiccitatem uergente, & in modica quantitate ſumpta.
    - Medicamentis ſiccantibus & aſtringentibus —
      - Intrinſecus ſumptis: ut
        - { Gallæ immaturæ, Alumen; Malicorium, Baccæ myrti; Balauſtia, Oliuæ; Rubi folia, Cupreſsi pilulæ; Radix rumicis ſylueſtris } — In acri aceto decoctis.
        - Succus rutæ cum melle.
        - Radix pentaphylli, in uino, uel aceto cocta.
        - Myrrha troglodytis inſperſa: uel alumen: uel nardus indica, cum pari pondere aluminis.
      - Extrinſecus adhibentur, ut fomentum ex milio & ſale.
  - Siccā: curanda erit partim —
    - Victus ratione humectante. Itaque conueniet ſuccus ptiſanæ, panis micæ madefactæ ex gallinarum iure: cucurbitæ, maluæ, oua ſorbilia, uinum album, aquoſum, &c.
    - Medicamentis humectantibus, quorū alia
      - Intrinſecus ſumuntur: ut
        - Aqua calida.
        - Decoctum radicis dulcis, maluæ.
        - Succus ptiſanæ.
        - Amilum cum ſapa, aqua calida dilutum.
        - Lac aſininum.
      - Extrinſecus applicantur: ut ſpongia, aqua calida madefacta.

## De Aphthis, ex Gal. & Hipp.

- *Aphthæ ſunt exulcerationes, quæ in ſuperficie oris exoriũtur, igneæ caliditatis quippiam habentes:*
  - **Dignotio:**
    - *Subiecti ſeu loci malè affecti: qui ore adaperto ægrotantis, promptè cernitur: pariterq́; ad tactum indicatur, cùm calidiores quàm conueniat, tumidioresq́; oris ſummæ partes ſentiantur.*
    - *Formæ: uidelicet* MORBI: *qui alijs quoq; indicijs non indiget pro eius dignotione, quàm uiſu & tactu, cùm exulceratio quædam ſit.*
    - *Efficientis*
      - *Lactentium*
        - *Externæ:* LACTIS *uitioſi nutricis: indicat mala lactis qualitas.*
        - *Internæ*
          - *Immediatæ*
            - *Sanguinis uel bilis: ut*
              - *Aphthæ rubeæ, uel flauæ.*
              - *Caliditas in ore, tactu percepta.*
            - *Pituitæ: ut*
              - *Mala concoctio.*
              - *Aphthæ albeſcẽtes, &c.*
            - *Melancholiæ: ut* — *Aphthæ nigreſcentes.*
          - *Mediatæ: malæ infantis concoctionis, indicat lac nutricis non uitioſum.*
      - *Nõ lactẽtium.*
        - *Internæ:* HVMORIS
          - SANGVINEI
            - *Aphthæ rubicundiores.*
            - *Caliditas tactu percepta in ore.*
            - *Temperatura calida & humida.*
            - *Adoleſcentia.*
            - *Victus ratio multum ſanguinis procreãs.*
          - BILIOSI: *ut*
            - *Aphthæ flauiores.*
            - *Caliditas maior, tactu percepta.*
            - *Temperamentum calidum & ſiccum.*
            - *Victus ratio, bilem generans, &c.*
          - PITVITOSI:
            - *Aphthæ albeſcentes.*
            - *Nulla immodica caliditas tactu percepta.*
            - *Temperamentum frig. & hum.*
            - *Victus ratio pituitoſa.*
          - MELANCHOLICI: *ut*
            - *Aphthæ liueſcentes & nigreſcentes.*
            - *Caliditas immodica haud quaquam tactu percepta.*
            - *Temperatura, Ætas, Victus ratio* — *Melancholica.*
        - *Externæ*
          - CIBI POTVS
            - *Acrioris promptè: ex ægrotãtis ſeu aſtantium ſermone percipi poterit.*
  - *Curatio, quæ ſuis indicationibus perficiẽda eſt. Quare.*
    - *Quid ſit agendum. Vide inferius fig.* ⌗
    - *An morbus curari ualeat, indicat ætas, morbi cauſa, diuturnitas morbi. Quoniam inquit*
      - *Galenus, Aphthæ*
        - *Quæ pueris lactentibus fiũt, faciliè curantur.*
        - *Quæ à uitioſo humore fiunt, quod ſæpius pro uectioribus accidit, ſemper prodeunt cacoëthes.*
        - *Quæ ex atra bile originem ducunt, omnino periculoſiſſimè ſunt.*
        - *Quæ diuturnæ ſunt, & progreſſu tẽporis putredinoſum quid acquirunt, ac malignæ euadũt, ægrè ſunt ſanabiles.*
      - *Hippocrates,*
        - *Aphthæ pueris maximè contingunt.*
        - *Aphthæ ſi ijs accidunt, qui ad perfectam ætatem peruenerunt, nõ faciliè, ut in pueris, curantur.*

# Quid ſit agẽdum, indicat morbi cauſa

- **Lactentiũ**
  - Primò externa. Nam ſi hæc adſuerit, prius tollenda erit. Quare uitioſum nutricis lac ſtatim contemperandum erit cibis conuenientibus, leuibus, & his qui non facilè corrumpuntur. Conueniet etiam cibis admiſcere lentem, mala cotonea, pira, ſorbæ, &c. Potus (ſi puer febricitet) ſit aqua: uel uinum, ſi non febricitet.
  - Secundò interna &
    - Primò mediata: uidelicet mala infantis concoctio. Si nanque nutricis lac non fuerit uitioſum, tunc procurandum erit, ut benè concoquant infantes.
    - Secundò immediata. Quoniam ſi nutricis lac contemperatũ uel mala infantis concoctio correcta fuerit, internæ ſtatim cauſæ remouẽdæ erũt. Quæ ſi fuerit
      - Sanguis uel bilis, minuenda erunt medicamentis euacuantibus inſenſibiliter,
        - Primò mediatè: & ſunt repellẽtia & refrigerantia in forma
          - Liquida:
            - Illinitio ex ſyrupo
              - De ſucco roſarum.
              - Portulacæ.
              - Omphacino.
              - Plantaginis.
              - De moris.
              - De malis punicis acidis.
            - Collutio ex decocto
              - Rubi.
              - Roſarum.
              - Plantaginis.
              - Balauſtiorum.
              - Santalorum, cum ſyrupo aliquo ex iam dictis.
          - Solida: puluis ex
            - Farina lentium.
            - Rhu.
            - Roſarum flore.
            - Roſis ſiccis.
        - Secundò immediatè: et ſunt diſcutientia, ut
          - Mel roſaceum.
          - Vinũ dulce, &c.
      - Pituita: tollenda erit medicamentis, partim mediatè, partim immediatè euacuãtibus: & ſunt aſtringentia & detergentia: ut
        - ℞. Mannæ thuris, Succi glycyrrhizæ, Nucis cupreſſi, Maſtiches — Sing. quantum ſatis eſt.
        - miſceantur cum decocto ſoliorum myrti, & coaphthæ illinantur.
      - Melancholia: auferenda medicamentis euacuantibus inſenſibiliter: ut
        - Illinitio ex uua paſſa enucleata, cum melle roſaceo.
        - ℞. Chamæmeli, Sertulæ campanæ, Anethi, Fœni græci — Sing. quantum ſ. eſt.
        - miſceantur & fiet puluis, qui cum melle roſaceo illinatur.
- **Non lactentium.** Vide in ſeq. ſig. ♉

- ❧ Non lactentium. Si enim fuerit
  - Sanguis: minuendus erit partim
    - Victus ratione conuenienti. Quare ſit cibus parum ſanguinis gignens, in pauca quantitate ſumptus: quibus etiam lentem, mala cotonea, ſorbas, lactucam, partulacam, & c. admiſcere conueniet. Abſtinendum autem ab acribus, ſalſis, & acidis, & c.
    - Medicamentis exhibitis ſecundum aptam
      - Qualitatem: eius uidelicet quantitati contrariā: ut euacuantibus
        - Primò uniuerſaliter: ut eſt uenæ mediæ uel humeralis ſectio, ſi nihil impediat: & ſi opus fuerit iteranda.
        - Secundò particulariter,
          - Primò ſenſibiliter: ut
            - Venæ ſub lingua ſectio, ſi nihil impediat.
            - Cucurbitulæ (ſi uenæ ſectionem ferre non poßit) cum ſcarificatione ſcapulis affixæ.
          - Secūdò ſenſibiliter
            - Primò mediatè: & ſunt aſtringētia: ut
              - Medicamenta iam ſuprà dicta pro lactentibus.
              - Illinitio
                - ℞. Gallarum contuſarum, atq; in aqua decoctarum: quantum ſatis eſſe uideatur, coletur addaturq; colaturæ æqua mellis portio, & coquantur ad mellis craßioris ſpißitudinē, quo aphthæ illinantur.
              - Collutio ex
                - Omphacio cum uino auſtero.
                - Sumach & myrti ſolijs cum uino auſtero.
                - Dococtio gallarum cum uino auſtero.
            - Secūdò immediatè: & ſunt diſcutientia: ut
              - Decoctū fœnigræci, meliloti, glycyrrhizæ, myrrhæ, aut aniſi.
              - Oliuæ muria conditæ.
              - Portulaca melle tincta.
              - Erui farina cum melle.
              - Galla cum melle.
              - Alumen, myſi, & ſumach cum melle.
              - Myſi cum uino aſtringente.
              - Cinis cētaurij minoris exuſti cum melle.
              - Cornu cerui tritum cum melle.
              - Atramentum ſutorium uſtum & tritum cum melle.
              - Ærugo æris cum melle.
              - Crocum, coſtum, flores roſarum, ſumach cum melle.
              - Cinis fœniculi radicis uſtæ cū melle, & c.
      - Quantitatē: quæ augēda uel minuēda eſt pro morbi uehemētia, ætate, corporis habitu, tēperatura. & c.
  - Bilis: minuenda erit partim
    - Victus ratione accommodata. Quare ſit cibus boni ſucci, facilisq; concoctionis, lactuca, portulaca, mala cotonea, ſorbæ, & c. Abſtinēdum uerò ab acribus, ſalſis & acidis, ac à cunctis, quæ uitioſos ſuccos generare poſſunt.
    - Medicamentis, primò purgantibus bilem: ſecundò medicamentis inſenſibiliter, primò mediatè, deinde immediatè, euacuantibus, iam dictis.
  - Pituita: tollenda erit
    - Victus ratione, iam dicta, in curatione aphtharum à bile.
    - Medicamentis primò purgantibus pituitam: deinde euacuantibus inſenſibiliter, particulariter, mediatè & immediatè, iam dictis.
  - Melancholia: auferenda erit partim
    - Victus ratione, iam dicta in curatione aphtharum à bile.
    - Medicamentis, primò purgantibus bilem atram: deinde euacuantibus inſenſibiliter, mediatè, & immediatè, iam dictis.

## De Columellæ inflammatione, ex eiſdem.

- Columellæ inflãmationis
  - Dignotio: cauſarum ſcilicet: ut
    - *Subiecti ſeu partis malè affectæ, quam uiſus, ore plurimum aperto, linguaq́; depreſſa, dijudicat.*
    - *Formæ: nimirum* MORBI: *ut*
      - *Dolor* } *Tumor* } *partis patientis.*
      - *Febris nonnunquam.*
      - *Difficultas in deglutiendo.*
    - *Efficientis: nempe* HVMORIS
      - CALIDI: *ut*
        - *Calor uehemens.*
        - *Rubedo faciei.*
        - *Febris.*
        - *Victus ratio* } *Temperamentum* } *Ætas* } *Anni tempus* } *Regio, &c.* } *Calida.*
      - FRIGIDI: *ut*
        - *Grauitas & diſtentio capitis.*
        - *Neq; calor, neq; faciei rubedo.*
        - *Febris nulla, aut perquàm exigua.*
        - *Nimia repletio ciborum frigidorum & potuum.*
        - *Cruditates.*
        - *Temperamentum* } *Ætas* } *Regio* } *Anni tempus, &c.* } *Frigida.*
  - *Curatio, in qua conſiderandum*
    - *Qiud ſit agendum. Vide infra, fig.* □
    - *An id, quo tẽdimus ſperari poſsit, indicat tumor et color partis malè affectæ. Nã ſi*
      - *Columella rubra magnaq́; fuerit, medicamentis, & non ferro, ipſam curari poſſe, teſtatur Hipp. 3 Prognoſticorum, cùm ſectionem ſanguinis fluor & inflammatio comitetur.*
      - *Columellæ pars ſumma maior, ac liuida, ſeu orbiculata fuerit, ſuperior uerò tenuior, manu curanda erit, ubi prius aluus ſubducta fuerit, aliiſq́; medicamẽtis adhibitis malum non ceſſauerit.*

□. Quid ſit agẽdum, indicat morbi cauſa, quæ ſui ablationem indicat. Si namq; humor fuerit

- Calidus: minuendus erit partim
  - Victus ratione, quæ talis eſſe debet, qualis in reliquis inflammationibus, potiſsimũ autem in principio conuenit quies & media.
  - Medicamentis exhibitis ſecũdum cõuenientem
    - Qualitatem: nimirum contrariam ipſius
      - Quantitati:
        - Sanguinis, & ſunt euacuantia
          - Vniuerſaliter: ut eſt uenæ mediæ ſeu externæ cubiti ſectio, modò nihil prohibeat.
          - Particulariter: ut
            - Venæ ſub lingua ſectio.
            - Cucurbitulæ cũ ſcarificatione, ceruici affixæ.
        - Bilis: et ſunt euacuantia
          - Vniuerſaliter: ut medicamenta purgantia bilem, per os uel aluum ſumpta.
          - Particulariter
            - Primò Mediaté: & ſunt aſtringẽtia: ut
              - Collutiones ex decocto
                - Palmularum
                - Roſarum.
                - Pampinorum uitis.
                - Cytinorum.
                - Radicum mori.
                - Myrti.
                - Baccarum myrti.
                - Glandium.
                - Gallarum.
                - Balauſtiorum, &c.
              - Puluis ex
                - Roſis.
                - Floribus roſarum.
                - Hypociſtide.
                - Balauſtijs, &c.
            - Secundò immediaté, & ſuut diſcutiẽtia: ut
              - Flores chamæmeli.
              - Fœnum græcum.
              - Sertula campana.
              - Anethum.
              - Althea.
              - Radix iridis.
              - Mel.
              - Erui farina.
              - Thus, &c.
      - Qualitati bilis, ut ſunt concoquentia ipſam.
    - Quantitatem: quæ pro morbi uehementia, ætate, anni tempore & morbi, augenda uel minuenda eſt.
- Frigidus: minuendus erit partim
  - Victus ratione, quam ad calidum uergere oportet. Quantitas uerò ſit omnino pauca, præſertim in principio.
  - Medicamentis contrarijs
    - Qualitati
      - Pituitæ: ut concoquentibus, alterantibus & incidentibus ipſam pituitam.
      - Melancholiæ: ut medicamentis concoquentibus, bilem atram.
    - Quãtitati: ut euacuantibus
      - Vniuerſaliter: ut ſunt medicamenta purgantia.
        - Pituitam, ſi ea redundet.
        - Melancholiam, ſi atra bilis redundet.
      - Particulariter, inſenſibiliter
        - Primò mediaté, & ſunt aſtringentia, ut
          - Aloë.
          - Cyperus.
          - Flos iunci odorati rotundi.
          - Rheon ponticum.
          - Rhus obſoniorum.
          - Balauſtium.
          - Cytinum.
          - Malicorium.
          - Galla.
          - Hypociſtis.
          - Vuæ acerbæ, &c.
        - Secundò immediaté: et ſunt digerentia, ut
          - Radix & folia altheæ.
          - Semen lini.
          - Fœnum græcum.
          - Hyſſopum.
          - Glycyrrhizæ radix.
          - Aqua hordei cum aqua mulſa.
          - Folia lauri.
          - Gingiber.
          - Pyrethrum,
          - Piper, &c.

## De Angina, ex eiſdem.

**Angina eſt muſculorum gutturis uel fauciū inflāmatio: huius**

- **Dignotio: uidelicet cauſarū eius:**
  - **Subiecti: uidelicet MVSCVLORVM**
    - **GVTTVRIS**
      - **INTERNORVM** (propriè Κυνάγχη dicitur) ut
        - Si nullum indicium coloris, neq; caloris, nec in ceruice nec in faucibus apparet.
        - Si ſpiritus rectâ ceruice trahitur.
        - Senſus anguſtiæ in gutture.
        - Dolor uehemens in gutture.
        - Vox cum ſpiratione læſa.
        - Febris uehemens.
      - **EXTERNORVM** (Παρακυνάγχη dicitur) ut
        - Senſus anguſtiæ
        - Dolor circa guttur
        - Spirandi difficultas, &c.
        - (Minus uehemẽs)
    - **FAVCIVM**
      - **INTERNORVM** (Συνάγχη dicitur) ut
        - Dolor prædictis ſimilis.
        - Calor uehemens in faucibus.
        - Rubor.
        - Moles.
        - Spirandi difficultas minor.
      - **EXTERNORVM** (Παρασυνάγχη dicitur) ut
        - Rubor in ceruice, & fortè etiam in pectore.
        - Lingua interdum cum faucibus affecta.
        - Dolor non uehemens.
        - Spiratio ferè non difficilis.
        - Inflammatio partium externarum.
  - **Formæ: nempe MORBI: ut**
    - Si æger nec cibum, nec potionem deuorare poteſt.
    - Si æger ore hiat.
    - Difficultas ſpirandi.
    - Febris nonnullis.
    - Dolor.
    - Faciei rubor & colli, &c.
  - **Efficiētis**
    - **FLVXIONIS, HVMORIS**
      - **CALIDI**
        - **SANGVINEI: ut**
          - Difficultas { Spirandi / Deglutiendi } — Anguſtia. (Maxima.)
          - Grauitas.
          - Febris non exigua.
          - Moles maior, quàm in materia bilioſa.
          - Corpus totum & caput plenum ſanguine.
          - Temperamentum cal. & humidum.
          - Ver.
          - Victus ratio multum ſanguinis generans.
        - **BILIOSI: ut**
          - Difficultas { Spirandi / Deglutiendi } — Anguſtia (Minor.)
          - Grauitas nulla.
          - Moles minor, quàm in materia ſanguinea.
          - Incendium intolerabile.
          - Dolor maximus.
          - Morſus, acrimonia.
          - Sitis, oris amaritudo.
          - Febris acuta.
          - Temperamentum, ætas / Regio, uictus ratio (Bilioſa.)
      - **FRIGIDI**
        - **PITVITOSI: ut**
          - Dolor paucus.
          - Tumor ferè citra ruborem, aut cum exiguo, laxior.
          - Febris nulla, aut fortè exigua & lenta.
          - Corpus totum et præſertim caput pituitoſo ſanguine refertum.
          - Temperamentum / Ætas, regio / Victus ratio (Frig. & humida.)
        - **MELANCHOLICI: ut**
          - Dolor paucus.
          - Tumor ferè citra ruborē, aut cum obſcuro, durus
          - Febris nulla.
          - Totum corpus & caput potiſſimum melancholica ſanguine plenum.
          - Temperamentum / Ætas, regio / Victus ratio (Melancholica.)
    - **LVXATAE VERTEBRAE: ut**
      - Cauitas loci.
      - Dolor, ſi extra attingitur.
      - Lingua ex proprijs locis excedens.
      - Difficultas magis circa reſpirationem infeſtat.
      - Aperto ore ſemper hiant, & aërem attrahunt.
      - Difficultas deglutiendi, citra ſuffocationis periculum, &c.
- **Curatio.** Vide infrà, fig. ♌

- Sb Curatio, in qua conſiderandum —
  - Quid ſit agendũ, indicat morbi cauſa, q̃ ſui ablatione indicat. Hoc autẽ fieri poterit partim
    - Victus ratione, inſtituta ſecundũ conuenientem
      - Qualitatem. Quare in omni angina, ſit
        - Quies.
        - Cibi ſint humidi, molles ac liquidi: ut —
          - Aqua mulſa.
          - Aqua hordei per ſe, uel cum ſaccharo.
          - Cremor ptiſanæ.
          - Ptiſana cum iure pulli.
          - Ius gallinarum, uel pullorum contuſorum.
          - Ouorum lutea, &c.
        - Somnus, ut in omnibus alijs inflammationibus, ſic in angina omnium maximè fugiendus. Nam teſte Hipp. ſanguis in ſomno intrò magis repit.
      - Quantitatem. Itaq; in omni angina, ſit uictus in —
        - Principio tenuiſſim⁹. Nam
          - Primis tribus diebus, ſola aqua mulſa utendum erit: uel aqua hordei per ſe, uel cum ſaccharo.
          - A tertio die: cremore ptiſanæ cum dulci quadã potione utendum.
        - Declinatione plenior: ut liquida ouorum lutea, ptiſana cum iure pulli: ius gallinarum cum optimo pane: ius pullorum contuſorum, &c.
    - Medicamentis, exhibitis ſecundum
      - Qualitatem cõtrariã, & uel fluxioni
        - Calidæ:
          - Fluenti adhuc: talia autem ſunt, quæ reuellere poſſunt: ut
            - Venæ ſaphenæ eiuſdem lateris uel cubiti, lateris oppoſiti ſectio.
            - Frictiones partium extremarum.
            - Ligaturæ partium extremarum.
            - Pedes in aqua calida detenti.
          - Siſtẽti: cuiuſmodi ſũt euacuantia
            - Vniuerſaliter. Nam ſi abundauerit —
              - Sanguis in toto corpore, uena cubiti media eiuſdem lateris incidenda erit, pluribus etiam uicibus, ſi opus fuerit, & nihil prohibeat.
              - Bilis, euacuanda erit, medicamentis, quæ leniendo uacuant, ut Caſſia, Manna, Syrupus ex pluribus infuſ. roſ. uel uiolarum, &c.
            - Particulariter
              - Primò ſenſibiliter: ut eſt
                - Venæ humeralis ſectio è directo, ſi nihil impediat, & pluribus etiam uicibus ſi opus fuerit.
                - Venæ ſub lingua ſectio.
                - Cucurbitæ affixæ cũ ſcarificatione
                  - Retrò in collo, ſi extrinſecus nullus tumor appareat.
                  - In ipſum tumorem, ſi tumor circa maxillas, aut ſub mento perſiſtat.
              - Secũdò inſenſibiliter
                - Primò mediatè: & ſunt repellentia leniter: ut gargariſmi ex —
                  - Decocto
                    - Roſarum rub.
                    - Lentium.
                    - Myxarum.
                    - Palmarum.
                  - Floribus roſ. cum hydromelite.
                  - Moris, &c.
                - Secundò immediatè: & ſunt diſcutiẽtia, quorũ alia
                  - Intrinſecus ſumuntur: ut gargariſma ex decocto
                    - Fœni græci.
                    - Ficuum.
                    - Paſſularum.
                    - Glycyrrhizæ.
                  - Extrinſecus applicantur: ut
                    - Oleum
                      - Chamæmelinum.
                      - Anethinum.
                    - Cataplaſma ex
                      - Farina
                        - Seminis lini.
                        - Fœni græci.
                        - Hordeacea.
                      - Flor. chamæmillæ, meliloti.
                      - Sem. althææ, maluæ, cum oleo chamæmelino, &c.
        - Frigidæ. Vide in ſeq. ſign. ‡
      - Quantitatem commodam: quæ pro morbi uehementia, ætate, anni tempore & morbi, &c. augenda, uel minuenda eſt.
  - An id, quò tendimus, ſperari poſſit, nec'ne indicat pars affecta, color. Nam ſi —
    - In muſculis internis inflammatio conſiſtit, eodem die, uel ſecundo, uel tertio, uel quarto iugulat. Vnde Hipp. Si febrem habenti ſuffocatio repentè ſuperuenerit, nullo tumore in faucibus exiſtente, letale eſt. At quæcunque dolorem ſimilem prædictæ anginæ, infert, attollitur uerò, ac ruborem in faucibus efficit, admodum quoque exitioſa eſt, ſed paulò longior, quàm prædicta.
    - Fauces rubent, & ceruix: diuturnior, Hipp. teſte.
    - Ceruix & pectus ruborem, eodem authore, traxerit, neque ad interna reuertatur eryſipelas, gutture ſiquidem nequaquam patiente, ſed aut in fauces fluxione, aut in ceruicem, aut in hæc utraque decumbente, maximè ſalubris eſt.

- ✝ Frigidæ
  - Fluenti adhuc: huiuſmodi ſunt reuellentia, de quibus, in curatione à fluxione calida, dictum eſt.
  - Siſtenti & ſunt euacuātia
    - Vniuerſaliter,
      - Pituitam: ut
        - ℞. Caſsiæ recent. tractæ ʒ. vj.
        - Diaphœniconis ʒ. j ſ.
        - Agarici electi ʒ. j.
        - Salis gemmæ ℈. j.
        - miſce, & cum decoctione florum & fructuum, in aqua maioranæ facta, fiat potio, cui addatur ſyrupi de betonica ℥. j.
      - Melancholiam: ut
        - ℞. Diacatholicon. uel caſsiæ ʒ. v.
        - Diaſenæ ʒ. iij.
        - Confect. Hamech ʒ ſ.
        - miſce, & cum decoctione florum & epithymi & folliculorum ſenæ, in aqua borraginis, fiat potus, cui addatur ſyrupi de fumo terræ ℥. j.
    - Particulariter
      - Primò ſenſibiliter: ut in curatione anginæ, à fluxione calida originem ducente, dictum eſt.
      - Secundò inſenſibiliter
        - Primò mediatè: & ſunt repellentia leuiter, de quibus antea dictum eſt.
        - Secundò immediatè: horum alia cōferunt
          - A tota ſubſtantia: ut
            - Stercus caninum album, tritum, cribratum, cum melle, uel medicamento ex moris, ſeu de nucibus, deuoratum.
            - Cinis hirundinum uſtarum cum melle.
            - Cancrorum uſtorum cinis cum melle.
            - Cinis cochlearum in hortis repertarum, citra teſtas, cum melle. Hæc etiam medicamenta, in calida fluxione conferunt.
          - Diſcutiēdo ſeu digerendo: quorū alia
            - Intrinſecus ſumūtur: ut gargariſma ex decocto
              - Fœni græci
              - Caricarum
              - Furfurum
              - Glycyrrhizæ
              - Hyſſopi
              - Thymi
              - Calaminthæ
              - Pulegij, &c.
              - Cū aqua mulſa.
            - Extrinſecus applicantur: ut
              - Oleum
                - Liliaceum.
                - Irinum.
                - Amygdalinum.
                - Rutaceum.
              - Cataplaſma ex
                - Fœno græco.
                - Meliloto, hyſſopo.
                - Chamomilla.
                - Oleo
                  - Chamomelino.
                  - Liliaceo.
                  - Irino, &c.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0332-5
DFG

# De Tuſsi, ex eiſdem.

Tuſsium duo genera: quorum unum eſt uehementiſsima efflatio, qua plurimus ſpiritus celerrimè foras erumpens, impetu ſuo extrahit, exploditq́ excrementa, meatus ipſius obſtruentia: alterū eſt ex inſtrumentorum intemperie, reſpirationi ſeruientium, in qua nihil inter tuſsiendum expuunt, &c.

- Dignotio
  - Subiecti, uidelicet INSTRVMENTORVM reſpirationis: ut, Spiratio læſa.
  - Formæ, nimirum SYMPTOMATIS: Signa manifeſta.
  - Efficientis
    - Immediatæ: nempe
      - OBSTRVCTIONIS uiarum ſpirituum: ut
        - Tuſsis ualida, uehemens, ac uiolenta, nec omnino ſupprimi ſeu cohiberi poteſt.
        - Vehemens thoracis compreſsio.
        - Inter tuſsiendū ſemper aliquid expuunt, niſi ualdè aquoſa aut lenta fuerint excrementa, &c.
      - INTEMPERIEI
        - FRIGIDAE: ut
          - Tuſsis exigua, & non uiolenta, neque coacta, ita ut ſupprimi poſsit.
          - Nihil inter tuſsiendum expuunt.
          - Facies pallida.
          - Sitis nulla.
          - Aër frigidus, &c.
        - CALIDAE: ut
          - Tuſsis arida ac exigua, ut in febribus euenire contingit.
          - Nihil inter tuſsiendum expuunt.
          - Sitis.
          - Aër calidus, &c.
    - Mediatæ
      - Intrinſecæ: uidelicet humoris
        - A capite in arteriam aſperam, & pulmonem fluentis: ut
          - Titillatio partium ab utraque palati parte.
          - Grauitas capitis.
          - Sputum cum ſcreatu, &c.
        - In pulmone detenti: ut in morbo laterali, peripneumonia, tabe, &c. — Ex ſignis proprijs dignoſcuntur.
      - Extrinſecæ
        - Pulueris
        - Cibus
        - Potus, &c.
        - — Manifeſta.
- Curatio, in qua conſiderandum
  - Quid ſit agendum. Vide inferius ſign. ⊞
  - An id, quò tendimus ſperari poſsit, indicat pars malè affecta, morbus, morbi cauſa, uehementia, & diuturnitas. Nam
    - Quæcunque tuſsis ex deſtillante humore à capite oritur, ſiue ex alicuius ſpiritalium uiſcerum ulcere, aut ex aliquo in iiſdem orto abſceſſu, ſiue ob ea quæ uocantur empyemata, quæ ab Hipp. ferinæ appellãtur, malignæ ſunt, maleficæ, ac contumaces.
    - Quæ exigua eſt tuſsis, maligna non eſt, eſtq́; curatu facilis.
    - Tuſsis nimia, & diu perſeuerans, mala. Quia ducit ad phthiſim, hecticam, rupturam uenæ in pectore, &c.
    - Tuſsis cum modico conatu, alleuiatione multa, & ueloci expulſione, ſine labore, & fatigatione, optima & ſalubris eſt, &c.

- ⊞ Quid ſit agendum, indicat ſymptomatis cauſa——
  - Mediata, intrinſeca: quæ ſui ablationem indicat. Nam ſi fuerit humor
    - Tenuis, æris, minuendus erit partim
      - Victus ratione probè inſtituta: cuiuſmodi in tabula de catarrho, à calido humore, orto, conſcripſimus.
      - Medicamẽtis, exhibitis ſecundũ
        - Qualitatem cõtrariam
          - Primò ipſius qualitati: et ſunt medicamẽta alterãtia, præparantia: ut
            - ℞. Syrupi { Violarum— / Nymphεæ / De papauere } Sing. ℥ ſ.
            - Aquarum { Hordei— / Borraginis } Sing. ℥. j ſ.
            - miſce, & fiat ſyrupus: quo ſæpius aſſumpto, purgetur, ut ſequitur.
          - Secundò ipſius quãtitati: & ſunt euacuantia—
            - Primò per aluũ: ut purgatio huiuſmodi—
              - ℞. Hordei decorciati P. j.
              - Florum { Borraginis / Violarum } Sing. ℥. iij.
              - Iuiubarum, n°. iiij.
              - Vuarum paſſarum ℥ ſ.
              - Glycyrrhizæ ʒ. j ſ.
              - coquantur omnia in aqua fontana ſecundum artem, deinde fiat colatura, in qua diſſoluatur caßiæ ℥. j. & fiat potio cum ſyrupi uiolacei ℥. j.
            - Secundò per os, cũ tußi: ut
              - Ecligma
                - ℞. Cõſer. { Violarum / Nymphεæ / Borraginis }, Diatragacanthi frig., Diapenidij ſine ſpec. Sing. ℥ ſ.
                - Succi glycyrrhizæ —, Pilularum bechicarum } Sing. ʒ. ij.
                - Syrupi { Violacei— / Nymphεæ / De papauere } Sing. ℥. j.
                - miſce & fiat ecligma.
              - Pilulæ bechicæ, &c.
        - Quantitatem commodam: quæ pro affectus uehementia, temperatura, uiribus, &c. augenda uel minuenda erit.
    - Craſſus, frigidus, tollẽdus erit partim
      - Victu, quem in curatione catarrhi, à frigida generati cauſa, inſtituimus.
      - Medicamẽtis ſumptis ſecundum
        - Qualitatẽ cõtrariã, & uel ipſius humoris
          - Quantitati primò: & ſunt extenuantia, incidentia: ut eſt decoctum tale—
            - ℞. Capillorum uen. hyſſopi, ſing. M. j ſ.
            - Marrubij M. ſ. Scabioſæ M. j.
            - Sem. aniſi, fœniculi, ſing. ʒ. j.
            - Rad. fœniculi, petroſelini, ſing. ℥. j.
            - Enulæ, iridis, ſing. ℥ ſ. glycyrrhizæ, ℥. j.
            - Caricarum, n°. vj.
            - Paſſularum mundatarum ℥. j.
            - miſce, & fiat decoctum ſecundum artem, quo per plures dies ſumpto, purgetur ſequẽti medicina.
          - Quãtitati pòſt: & ſunt euacuantia
            - Primò per aluum: ut
              - ℞. Agarici electi ʒ. j.
              - Salis gemmæ / Gingiberis } Sing. ℈. ſ.
              - Diacatholiconis ʒ. v.
              - Elect. indi ʒ. ij, miſce & cum decoctione florum & fructuũ in aquis capill. uen. & fœniculi fiat potus, cui addatur mellis roſ. colati ℥. j.
            - Secũdò per os, cũ tuſſi: ut
              - ℞. Loch { De pino— / Sani & experti / De ſcylla— } Sing. ʒ. ij ſ.
              - Diairis ſolomonis ℥. j.
              - Trochiſcorum pectoralium ʒ. j ſ.
              - Diapenidij cum ſpec. ʒ. j.
              - Enulæ / Iridis } Sing. ʒ. ij. ſ.
              - Succi glycyrrhizæ ʒ. j ſ.
              - cum ſyrupo de praßio, fiat egligma.
        - Quantitatem conuenientem: quæ ut ſuprà dictum, minuenda, uel augenda eſt.
  - Immediata. Vide in ſeq. ſign. ✠

- ✠ Immediata: uidelicet intemperies
  - Calida: quæ curanda eſt partim —
    - Victus ratione contraria.
    - Medicamẽtis exhibitis, ſecundũ
      - Qualitatem refrigerantẽ: quorum alia
        - Intrinſecus ſumũtur: ut
          - Syrupus
            - Violarum.
            - Iuiubarum.
            - De papauere.
            - Nenupharis.
          - Conſerua
            - Violarum.
            - Nenupharis.
          - Confectio
            - Diapapaueris.
            - Diatragacanthi frig.
            - Diapenidij ſine ſpeciebus, &c.
        - Forinſecus applicantur: ut oleum
          - Violaceum — Rosarum — Nenupharis — De papauere, &c. — Quibus pectus inungatur.
      - Quantitatem aptam: quæ augenda, uel minuenda eſt, pro morbi magnitudine, ætate, temperatura, anni tempore, &c.
  - Frigida: curanda eſt
    - Victus ratione inſtituta probè. Quare ſit
      - Aër calidus.
      - Somnus mediocris.
      - Animus quietus.
      - Exercitium moderatum.
      - Cibus & potus calidus, &c.
    - Medicamẽtis calidis, quorũ alia
      - Intrinſecus aſſumuntur: ut
        - Conſerua
          - Betonicæ.
          - Hyſſopi.
          - Capillorum ueneris.
          - Meliſſe, &c.
        - Confectio
          - Diatris.
          - Diapenidij cum ſpeciebus.
          - Diatragacanthi calidi.
          - Diacalamenthi, &c.
        - Loch
          - De pino.
          - Sanum & expertum, &c.
      - Extrinſecus apponũtur: ut eſt unguentum ex — Quo thorax inungatur.
        - Oleo
          - Chamæmelino.
          - Anethino.
          - Amygdalarũ dulciũ.
          - Irino, &c.
        - Butyro.
        - Pinguedine
          - Anſeris.
          - Gallinæ, &c.

## De Aſthmate, ex eiſdem.

- Aſthma, ſeu anhelatio, eſt denſa, ſeu crebra quædã reſpiratio, qualis currẽtibus accidit: —
  - Dignotio
    - Subiecti: nimirũ ASPERAE ARTERIAE, quæ in collo, & thorace continetur, ſeu propaginum eius, quæ in pulmones diſtribuuntur, id quod ſæpius accidit: ut ———
      - Spiratio læſa.
      - Quantitas inſpirati aëris, magnitudini diſtentionis haudquaquam proportione reſpondet, quanquam thorax maximè dilatetur, & proinde magna fiat reſpiratio. Parua nanq; eſt eius, qui inſpiratur quantitas.
    - Formæ: nempe SYMPTOMATIS: ut, Spiratio magna, denſa, cum ſono & anhelatione.
    - Efficientis
      - Immediatæ: uidelicet OBSTRVCTIONIS: ut
        - Coarctatio ſeu anguſtia ob coaceruatũ inter thoracem & pulmonem, humorem, &c.
      - Mediatæ
        - CRASSI & lenti, ſeu multi ſucci, in bronchijs exiſtentis, aut eiuſdem ab alijs partibus ad eadem delati, ipſamq; aſperam arteriam obſtruentis: ut ———
          - Spiratio cum ſtertore, quàm primũ ubi anguſtia eſt percepta.
          - Sputum paruum cum tuſſi ualidiſſima: quia humor tenaciter inhæret.
          - Deſtillatio, &c.
        - TVBERCVLI, iuxta aſperam arteriam orti, eamq; coarctantis: ut
          - Spiratio abſque ſtertore, in bona ualetudine.
          - Pulſus inæqualis.
  - Curatio. Vide in ſeq. ſign. ⊕

- ⊕ Curatio: quæ ſuis indicationibus perficienda eſt. Quare
  - Quid ſit agendũ, indicat cauſa ſymptomatis mediata: craſſus uidelicet & lentus humor, qui remouẽdus eſt, partim
    - Victus ratione, inſtituta ſecundum
      - Qualitatem. Quare ſit,
        - Aër parum
          - Calidus.
          - Siccus.
        - Somnus moderatus, nocturnus, cum capite & thorace ſubleuato.
        - Ambulatio lentæ, ferè uſque ad laßitudinem, & ante cibum.
        - Frictio multa, præſertim partium inferiorum.
        - Animi quies.
        - Cibus lenis, & ſorbilis,
          - Caro
            - Gallinarum.
            - Pullorum.
            - Perdicum.
            - Sturnorum.
            - Caponum.
            - Paruarum auicularum montanarum.
          - Ex oleribus
            - Hyſſopum.
            - Oreoſelinum.
            - Thymum.
            - Calamintha.
            - Fœniculum, &c.
          - Piſces, fructus, & omnia quæ craſſos ac lentos ſuccus procreant, uitanda.
        - Potus
          - Aqua mulſa, in qua parum hyſſopi, uel praßij coctum ſit.
          - Vinum tenue.
      - Quantitatem: quæ pro affectus uehementia, uiribus ægrotantis, ætate, anni tempore, &c. augenda uel minuenda eſt.
    - Medicamentis. Vide inferius ſign. ☿
  - An id, quo tendimus, ſperari poßit, nec ne, indicat affectus uehementia, ætas, tempus anni, &c. Nam inquit
    - Galenus. Aſthma, ſi ualdè ſenibus excitetur, moriuntur.
    - Hippocrates. Quibus gibbi ex aſthmate, aut tußi fiunt, ante pubertatem moriuntur.
    - Cornelius Celſus. Huiuſmodi affectus acutus eſt. Nam ob uehementißimas acceßiones ægros interim ſtrangulat.
    - Cælius Aurelianus. Paßio hæc grauat atque premit magis mulieribus uiros, & iuuenibus ſenes atque pueros, & durioribus natura corporibus, teneriora, hyberno, atque nocte magis quàm die, uel æſtate.

Aſthma, dyſpnœa, & orthopnæa differunt ſecunndum magis & minus. Nam dyſpnœa eſt exiguè denſa & crebra ſpiratio & citra ſonum & anhelationem. Aſthma eſt cum denſiore & crebriore ſpiratione. Orthopnœa cum denſißima & creberrima ſpiratione, ita ut iacentes ægri ſuffocentur.

- ℞ Medicamentis exhibitis ſecũdum commodam —
  - Qualitatẽ: nimirũ contrariam ipſius —
    - Quantitati primò. Nam ſi una cum ſanguine abundet, & nihil prohibeat, media uel interna cubiti uena incidenda eſt, nec multa ſanguinis copia detrahenda, ſed quantum uires patiuntur.
    - Qualitati deinde, et
      - Primò nondum paratæ: ut ſunt incidentia attenuantia, &c. ut
        - Syrupus
          - De hyſſopo.
          - E marrhubio.
          - De capillis ueneris.
          - Glycyrrhizæ, &c.
          - Acetum mulſum.
          - Acetum ſcyllinum.
          - Mel roſaceum.
          - Oxymel. S. &c.
        - Decoctum
          - ℞. Hyſſopi, Praſij, Capillorum ueneris, Centaurij maioris, Calaminthæ, ſing. M. ſ.
          - Florum { Scabioſæ, Betonicæ } Sing. M. j.
          - Rad. { Ariſtolochiæ rotundæ, Ireos, Enulæ } Sing. ℥ ſ.; Glycyrrhizæ ʒ.ij.
          - Sem. { Aniſi, Fœniculi, Vrticæ } Sing ʒ.j.
          - Paſſularum ℥ ſ.
          - miſce, & fiat decoctum ſecũdum artem, addaturq́; ſyrupi de hyſſopo, de praſio, ſing. ℥. ij.
      - Secũdò paratæ: & ſunt euacuãtia —
        - Primò uniuerſaliter: ut medicamentum purgans, in forma
          - Boli
            - ℞. Caſſiæ bonæ ℥. j.
            - Diaphœniconis ʒ.ij.
            - { Agarici trochiſcati, Specierum hieræ ſ. } Sing. ʒ. j.
            - miſce, & cum ſaccharo fiat bolus.
          - Pilularum
            - ℞. Agarici trochiſcati ʒ. j.
            - Specierum hieræ ſ. ℈ ij.
            - miſce, & cum oxymelle fiant pilulæ, n°. 15.
        - Secundò particulariter
          - Sẽſibiliter ut
            - Ecligma huiuſmodi
              - ℞. { Diapenidij, Diahyſſopi } Sing. ʒ. ij
              - Diairis ſol. ʒ. j.
              - Syrupi glycyrrhizæ, de iuiubis, ſingul. ℥ ij ſ.
              - Diatragacanthi cal. ʒ. j ſ.
              - Mellis roſ. ℥ j. miſce & fiat ecligma.
            - Vulpinus pulmo reſiccatus.
            - Vulpinum iecur ſiccum, & aridum, cum aqua mulſa.
            - Potio theriacæ.
            - Potio aquarum naturalium.
            - Abrotani puluis cum mellicrato.
            - Puluis caſtorei.
          - Inſenſibiliter: & ſunt reſoluẽtia, digerentia: ut
            - Oleum
              - Irinum.
              - Liliorum.
              - Anethinum.
              - Rutaceum, &c.
            - Cataplaſma ex
              - Farina hordeacea.
              - Ficubus, reſina, melle.
              - Cera.
              - Iride, manna, &c.
            - Vnguentum:
              - ℞. { Seminis lini, Fœni græci, Altheæ } Sing. ʒ. ij.
              - Rad. iridis ʒ. j ſ.
              - Olei irini, chamæmelini, rutacei, ſing. ℥. j.
              - { Butyri recentis, Pinguedinis gallinæ } Sing. ʒ. iij.
              - Ceræ quantum ſatis, & fiat unguentum.
  - Quantitatem: quæ augenda minuenda'ue eſt, pro magnitudine affectus, &c. ut ſuprà dictum.

## De Pleuritide, ex eiſdem.

- **Pleuritis exquiſita, eſt inflammatio membranæ intrinſecus coſtas ſuccingentis:**
  - **Dignotio: uidelicet cauſarũ eius:**
    - Subiecti: ſcilicet MEMBRANAE SVCCINGENTIS coſtas
      - Superiores: ut
        - Spiratio difficilis.
        - Tuſsis.
        - Dolor punctorius ad claniculam pertingens.
        - Doloris poſitus.
      - Inferiores
        - Tuſsis.
        - Spirandi difficultas.
        - Dolor ad hypochondria perueniens, &c.
    - Formæ: MORBI uidelicet: ut
      - Dolor pungens.
      - Spiratio frequens, parua.
      - Febris continua.
      - Pulſus durus, & ſerræ modo aſper.
      - Sputum, pro diuerſa natura excrementi, uariè coloratum.
      - Decubitus in latus patiens facilior, quàm in alterum.
    - Efficientis: nimirum SANGVINIS AFFLVENTIS
      - BONI, mediocrem craſſitudinem habentis: ut
        - Sputum rubrum.
        - Temperamentum calidum & humidum.
        - Regio temperata.
        - Vernum tempus.
        - Adoleſcentia.
        - Victus ratio multum ſanguinis generans.
      - MALI
        - BILIOSI: ut
          - Sputum flauum, aut pallidum.
          - Temperatura calida & ſicca.
          - Ætas iuuenilis.
          - Anni tempus æſtiuum.
          - Victus ratio calida.
        - PITVITOSI: ut
          - Sputum ſpumans & candidum.
          - Temperatura frigida & humida.
          - Corporis habitus pinguis.
          - Tempus anni hybernum.
          - Regio, aëris conſtitutio, frigida.
          - Victus ratio, pituitam gignens.
        - MELANCHOLICI: ut
          - Sputum nigrum, aut liuidum.
          - Temperatura frigida & ſicca.
          - Ætas declinans.
          - Autumnus.
          - Victus ratio melancholica, &c.
  - **Curatio, in qua conſiderandum**
    - Quid ſit agendum. Vide in ſeq. ſign. ⊕
    - An intentioni noſtræ ſatisfacere poſſimus, indicat morbi cauſa & uehemẽtia, ſputi qualitas et quãtitas, etc. Nam inquit
      - Hippocrates
        - Lib. 5. Aphor. Quicunq; morbo laterali laborantes, in 14. diebus non purgantur, ij ad ſuppurationem uertuntur.
        - Lib. 1. Aphor. Si circa initia ſtatim ſputum appareat, morbum breuiat: ſi uerò poſtea appareat, producit.
        - Quinto Prognoſt. Screatio ſine dolore, citò, prompteq; facta, mitiſſimum quidem eſt pleuritidis ſignum, potiſsimum ubi permiſta appareat cum ſcreatione flaua bilis.
      - Galenus
        - Lib. 1. Aphor. in Comment. & primo de Criſibus. In qua pleuritide omnino nihil expuitur, crudiſsimus morbus eſt, ita ut uel celeriter hominem rapiat, uel longo temporis ſpatio finiatur. Secundum ordinem obtinet illa, in qua ſanies tenuis expuitur. Tertium, in qua craſsior. Quartum, in qua perfectam habet concoctionem.
        - Eodem lib. 1. Aphor. in Comment. Si concoctio circa tertium uel quartum apparuerit, non contingit morbum tranſire ſeptimum.
        - Lib. de Pulſ. ad tyrones. Si in pleuritide pulſus fuerit magnopere durus, paruus atque uberrimus, indicium lethale eſt.
        - Lib. de Conſt. art. med. Pleuritis ex ſucco melancholico perniciosiſsima eſt. At mitiſsima, quæ ex ſanguine ortum ducit. Quæ uerò ex bile flaua uel pituita originem ducit, medium inter has obtinet locum, quo ad ſimplicitatem & malignitatem, &c.

- ⊕ *Quid ſit agendũ, indicat morbi cauſa. Ea nanque ſui ablationem indicat: partim* ——
  - *Victus ratione, inſtituta ſecundum aptam* ——
    - *Qualitatem. Quare à quacunq; cauſa ortus fuerit hic morbus, ſit* ——
      - *Aër temperatus & parum ad calidum inclinans.*
      - *Somnus longior, quàm uigilia.*
      - *Quies tum animi tum corporis.*
      - *Aluus, aßiduè ſubducta clyſteribus lenioribus.*
      - *Cibus tenuis & leuis: ut*
        - *Sorbitio ex ptiſana.*
        - *Cremor*
          - *Ptiſanæ.*
          - *Amygdalarum cum pauco melle, præſertim ſi ex pituitoſo ſanguine ortum ducat.*
        - *Ius gallinarum, cum pane.*
        - *Ex oleribus*
          - *Malua.*
          - *Intybum, &c.*
        - *Ex fructibus*
          - *Mala dulcia.*
          - *Vua paſſa.*
          - *Amygdalæ.*
        - *Acria uerò, ſalſa, acida & aſtringentia omnia uitanda ſunt.*
      - *Potus uel*
        - *Aqua hordei.*
        - *Aqua in qua glycyrrhiza, ſeu paũ cum cinnamomi fuerit coctum.*
        - *Aqua mulſa, ſi ex pituitoſo ſanguine dependeat.*
    - *Quantitatem: quæ pauca omnino eſſe debet, præſertim in morbi principio, niſi uires admodum imbecilles uideantur. Vbi uerò paulum morbus ſe remiſit, alimenta pleniora, & uini quoque aliquid dari poteſt.*
  - *Medicamentis exhibitis ſecundũ decentem* ——
    - *Qualitatem, nimirum contrariam ipſius quantitati*
      - *Fluenti adhuc, id eſt in principio morbi: & uel in corpore* ——
        - *Plethorico, ſi fluxio ualenter irruat: ut eſt uenæ internæ cubiti oppoſiti ſectio: uel uenæ tali, è directo laborantis lateris, ſectio, præſertim ubi hæmorrhoides, uel menſes detenti fuerint, ſi quid non prohibeat.*
        - *Non plethorico, præſertim ſi ad clauiculam dolor pertingat: ut uenæ cubiti, è directo laborantis lateris ſectio, modò nihil impediat. Ea nanq; reuellere ſimul atque euacuare ſanguinem poteſt.*
      - *Siſtenti. Vide in ſeq. ſign.* △
    - *Quantitate: quæ augenda, minuendáue eſt, pro morbi uehementia, uiribus, ætate, &c.*

△ Siſtenti, id eſt pòſt morbi principium: huiuſmodi ſunt euacuātia

- Primò uniuerſaliter: ut —
  - Primò, uenæ in cubito ſectio, quæ è directo eſt laborantis latere, præſertim ſi ea in morbi principio facta non fuerit: eaq; non ſemel incidenda, imò bis, ter, ac ſæpius, ubi opus fuerit, repetenda, ſi quid non prohibeat: ſanguisq; euacuandus, quouſq; color eius permutetur, atq; totus, qui obſeſſa phlegmone parte continebatur, per eam euacuetur. Hoc autem ſtatim eodem die, pòſt primā uenæ tali, uel cubiti, ex oppoſito latere, faciendum, aut ſequenti.
  - Deinde, potiſſimùm ſi dolor ad hypochōdria pertingat, medicamentum purgās. Nam ſi ſanguis redundans fuerit —
    - Biloſus, purgandus erit huiuſmodi medicamento, in forma
      - Boli: ut
        - ℞. Caſſiæ nou. tractæ ℥. j.
        - Diapruni lenitiui ℥ ſ.
        - miſce, & cum ſaccharo fiat bolus.
      - Potionis: ut
        - ℞. Hordei mundi ʒ. iij.
        - Florum { Borraginis, Violarum } Sing. ʒ. ij.
        - Glycyrrhizæ ʒ. j.
        - Vuarum paſſarum mundat. ʒ. iiij.
        - Cap. ueneris ʒ. j ſ.
        - Iuiubarum, n°. iiij.
        - coquātur ſecundum artem, & fiat decoctum, de quo accipe ℥. iiij, in quibus diſſoluæ caſſiæ ℥. j.
    - Pituitoſus, euacuandus uel tali —
      - Bolo: ut
        - ℞. Caſſiæ recent. tractæ ʒ. vj.
        - Diacathol. ʒ. ij ſ.
        - Agarici trochiſcati ʒ. j.
        - miſce, & cum ſaccharo fiat bolus.
      - Potione: ut
        - ℞. Capill. uen., Hyſſopi — Sing. ʒ. ij.
        - Palmularum, n°. iij.
        - Ficuum aridarum, n°. iiij.
        - Agarici trochiſcati ʒ. j.
        - coquantur leuiter, coletur, & fiat decoctum, de quo accipe ℥. iij, uel iiij. in quibus diſſolue caſſiæ ℥. j, aut mannæ ℥. ij.
    - Melancholicus, minuendus ſequenti potione: ut —
      - ℞. Hyſſopi, capill. uen., Meliſſæ, bugloſſæ, Borraginis — Sing. j. ſ.
      - Rad. acori ʒ. j.
      - Dactylorum, n°. iij.
      - Epithymi ℥. j.
      - Fol. ſenæ ʒ. ij, coquantur, & in decoctione diſſoluatur caſſiæ ℥ j.

∴

- Deinde particulariter
  - Senſibiliter, id eſt per tuſſim: & uel materiam
    - Tenuiorem: ut
      - Syrupus
        - Violaceus.
        - E cannis.
        - Iuiubarum.
        - Glycyrrhizæ, &c.
      - Diatragacanthum frig.
      - Diapenidium.
      - Loch de papauere, &c.
    - Craſſiorem: ut
      - Syrupus
        - Hyſſopi.
        - Marrubij.
        - Capillorum uen. &c.
      - Diatragacanthum calid.
      - Trochiſci pectorales.
      - Loch { De pino. Sanum & expertum, &c. }
  - Inſenſibiliter: & ſunt
    - Primò fomenta digerentia materiam
      - Bilioſam: ut
        - ℞. Althea, Fœni græci, Chamæmeli, Sertulæ campanæ, Sem. lini: coquātur in aqua, & fiat fomentum.
      - Pituitoſam: ut eſt fomentum ex
        - Hordeo.
        - Eruo.
        - Hyſſopo.
        - Pulegio.
        - Furfure.
        - Aceto, &c.
      - Melancholicam: ut fomentatio ex
        - Furfure,
        - Chamæmelo.
        - Anetho, &c.
    - Deinde unguenta reſoluentia: ut —
      - ℞. Chamomælini ℥ j.
      - Pinguedinis gallinæ ℥ ſ.
      - Fœni græci, Sem. { Lini, Althea } Sing. ʒ. j.
      - Ceræ quantum ſatis eſt, fiat unguentum.

# De Peripneumonia, ex eiſdem.

- Peripneumonia, eſt pulmonis inflammatio, cum febre acuta.
  - Dignotio:
    - Subiecti: nempe PVLMONIS: ut
      - Spirandi difficultas.
      - Tuſsis, &c.
    - Formæ: uidelicet MORBI, ut
      - Immodica ſpirandi difficultas, atq; anguſtia, adeò ut ſuffocari laborantes uideantur, ac recti ſedere conentur.
      - Reſpiratio calida.
      - Grauitas, diſtentioq; thoracis.
      - Febris acuta.
      - Maxillæ rubræ.
      - Pulſus magnus, languidus, mollis, inæqualis, atq; undoſus, interim quoq; dicrotus.
      - Naſus in ſummo ſimus.
      - Venæ temporum elatæ.
      - Oculi intumeſcentes.
      - Tuſsis ſicca.
      - Appetitus proſtratus.
      - Linguæ ſiccitas.
      - Concupiſcentia aquæ frigidæ, uel aëris frigidi, &c.
    - Efficientis: ſcilicet SANGVINIS
      - Temperati: ut
        - Sputum rubrum.
        - Incendium uehemens.
        - Temperamentum cal. & humidum.
        - Ætas florida.
        - Regio temperata.
        - Ver.
        - Victus ratio multum ſanguinis generans.
      - Intemperati.
        - BILIOSI: ut
          - Sputum flauum, ruffum, pallidum.
          - Incendium intollerabile.
          - Anguſtiæ atq; grauitatis ſenſus minor.
          - Temperamentum cal. & ſiccum.
          - Tempus anni calidum & ſiccum.
          - Victus ratio cal. & ſicca, &c.
        - PITVITOSI: ut
          - Sputum ſpumoſum, candidum.
          - Incendium ſeu calor minus uehemens.
          - Grauitatis atq; anguſtiæ ſenſus maior.
          - Temperamentum frig. & humidum.
          - Ætas ſenilis.
          - Anni tempus frig. & humidum.
          - Victus ratio humida & frigida, &c.
        - MELANCHOLICI ut
          - Sputum nigrum, liuidum.
          - Incendium minus uehemens.
          - Temperamentum, Anni tempus, Regio, Victus ratio — Frig. & ſicc.

∴

  - Curatio, quæ ſuis indicationibus perficienda eſt. Quare
    - Quid fieri debeat, indicat morbi cauſa efficiens, quæ ſui ablationem indicat. Huiuſmodi autem auferri poterit ferè eadem uictus ratione, & medicamentis, quæ in curatione pleuriticorum dicta ſunt, niſi quòd magis extenuatorijs opus habent.
    - An fieri poſſit, nec ne. Nã fieri
      - Poſſe, indicat
        - Virium robur.
        - Minor morbi uehementia.
        - Screatio flaua non multo permiſto ſanguine, circa initia facta.
        - Sanguinis eruptio ex naribus.
        - Alui exturbatio, multis exeuntibus billioſis & ſpumoſis humoribus.
        - Pus per uentrem uel urinam excretum, &c.
      - Non poſſe, indicat
        - Virium imbecillitas.
        - Morbi uehementia.
        - Vigiliæ.
        - Somni breues.
        - Stupor.
        - Delirium.
        - Phrenitis.
        - Extremitates frigidæ.
        - Vngues liuidi, incuruati, &c.

# De Cruenta ſpuitione ex, eiſdem.

Cruenta ſpuitio, eſt quælibet ex ore ſanguinis excretio: cuius

- Dignotio,
  - PARTIS affectæ
    - CEREBRI: ut
      - Sanguis minimè ſpumoſus, & cũ ſcreatu reiectus, nonnunquam cum tuſsi, præſertim ubi quippiam ſubitò guttur irruat.
      - Capitis grauitas aut dolor.
      - Excreatio frequens.
      - Aurium ſonitus.
      - Ictus uel caſus præceſsit.
      - Venæ frontis elatæ.
      - Senſus quidam caloris in deſcenſu, & ſaporis ſanguinis in ore percipitur.
    - FAVCIVM:
      - Sanguis ſcreando reiectus.
      - Solutio cõtinui in dictis locis, apparens lingua per ſpecillum, uel digitum depreſſa.
    - VENTRICVLI:
      - Sanguis per uomitum reiectus.
      - Deiectio ſimul, uel paulò pòſt ſanguinis cõcreti, nigricantis.
      - Ictus, caſus, erodentium ſumptio præceſsit.
      - Dolor in parte eroſa uel rupta ſentitur, &c.
    - PARTIVM SPIRITALIVM
      - PVLMONIS
        - Sanguis ſpumoſus, ſubalbidus, floridus, feruens cum tuſsi citra dolorem reiectus.
        - Bronchij pars uel uenæ, uel arteriæ tunica per tuſsim reiecta.
      - THORACIS
        - Sanguis minimè ſpumoſus, ſed nigricans ac grumoſus, interdum fœtidus, aliquando purè admiſtus, & tuſsiendo reiectus.
        - Dolor in thorace.
      - ASPERAE ARTERIAE:
        - Sanguis paucus, ruber & calens.
        - Ramentum parua tuſsi reiectum.
        - Dolor iuxta aliquam arteriæ partem.
    - ORIS SEV GINGIVARVM:
      - Simplex ſanguinis expuitio.
      - Solutio continui ſenſui manifeſta.
    - HIRVDINIS HAERENTIS, IN
      - SPATIO SVPEROS PALATI
        - Sanguis tenuis & ſeroſus cum tuſsi ſcreatus pluribus diebus ſine capitis dolore, &c.
        - Natatio in ſtagno, uel aqua alia, hirudinibus plena, præceſsit, &c.
      - VENTRICVLO:
        - Vomitus ſanguinis tenuis & ſeroſi.
        - Potus aquæ hirudinibus plenæ, &c.
  - SYMPTOMATIS: Ex definitione manifeſta eſt.
  - Cauſæ ipſius ſymptomatis
    - Immediatæ, uidelicet
      - RESERATIONIS: ut
        - Plenitudo.
        - Victus ratio calida & humida.
        - Balnei immoderati uſus.
        - Anni tempus, regio / Aëris conſtitutio } Calida.
      - RVPTIONIS: ut
        - Multi ſanguinis fluxio, & confertim facta.
        - Motus uehemens.
        - Caſus ab alto.
        - Corpus aliquod durum & graue incidens.
        - Vox acuta & uehemens. Clamor.
        - Sanguinis abundantia.
        - Flatuoſus ſpiritus, uenas extendens.
        - Frigus, &c.
      - EROSIONIS: ut
        - Sanguinis reiectio paulatim, & per modica internalla facta, & non confertim.
        - Acris fluxio à capite in pulmonem præceſsit.
        - Vſus ciborum acrium.
        - Inedia, &c.
    - Mediatæ, ſcilicet
      - PLENITVDINIS: ut
        - Bona corporis habitudo.
        - Grauitas corporis, tumor, rubor & calor.
        - Victus ratio plenior, &c.
      - FLATVOSI SPIRITVS: ut
        - Calor imbecillus.
        - Dolor tenſiuus.
        - Cibi flatulenti, &c.
      - FRIGORIS: ut
        - Anni tempus / Regio / Aëris conſtitutio } Calida.
      - FLVXIONIS ACRIS: ut, &c.
        - Vſus ciborum acrium.
        - Inedia.
- Curatio. Vide in ſeq. ſig. *

- *. Curatio quæ ſuis indicationibus perficitur. Quare
  - Quid ſit agendum indicat
    - Primò morbi cauſa, ſeu ſymptomatis cauſa mediata. Ea nanq; adhuc manente, primò ſui ablationem indicat, ne uas magis rumpatur aut reſeretur. Quare ſi fuerit plenitudo, uel flatuoſi ſpiritus, uel acris fluxio, uel alia cauſa, ea quidem primò tollenda erit, abhinc ſanguis ſupprimendus: mox ulcus ipſum, uel uaſis apertio curanda, ut ſequitur.
    - Secūdò ſymptoma: uidelicet ſanguis erumpēs. Is nanq; (à quacunq; parte fluat)
      - Primò reuellendus uel
        - Venæ ſectione.
        - Cucurbitulis.
        - Frictionibus.
        - Ligaturis.
      - Secundò repellendus, medicamentis refrigerantibus & aſtringentibus tam intrinſecus ſumptis, quàm forinſecus applicatis.
      - Tertiò, ſi quid ſanguinis in uiſcere concretum fuerit, incidendus atq; ad exitum parādus: uel cū
        - Poſca tepida.
        - Aceto.
        - Coagulo leporino.
        - Thymo cum aceto.
    - Poſtremò morbus, ſeu ſymptomatis cauſa immediata: uidelicet ulcus, uel apertio, quæ ſui curationem indicant per contraria. Itaq; utendum erit
      - Victu refrigerante, ſiccante, & aſtringente, tenuiterq; nutriente.
      - Medicamentis glutinantibus atq; conſtringentibus, &c.
  - An id, quò tendimus ſperandum ſit nec ne, indicat affectus uehementia, & diuturnitas, parsq; malè affecta. Nam
    - Hipp.
      - Quando ſanguis ſupra fertur, qualiſcunq; ſit, malum.
      - Quicunq; euomunt ſanguinem, ſi ſine febre, ſalutare: ſi uerò cum febre, malum.
      - Si mulier ſanguinem euomuerit, menſtruis erumpentibus, ſolutio fiet.
      - A ſanguinis ſputo, puris ſputum, malum eſt
      - Aphoriſmo 25, lib. 4.
      - Aphor. 37, lib. 7.
      - Aphor. 32, lib. 5.
      - Aphor. 15, lib. 7.
    - Galenus.
      - Si cum tuſsi ex pulmone emittatur ſanguis, & ſi quàm maximè abſq; febre fuerit, periculum imminet, ne curari poſsit: & ſi durarit, omnino poſtea febres ſuccedent.
      - Sanguinis ſputio, ſi ex eroſione ortum ducat, incurabilis eſt.
      - Si ex thorace ſanguis profluat, minoris eſt periculi, quàm ſi ex pulmone.
      - Aphoriſm. 37, lib. 4, in commentario.
      - Lib. 5. Methodi.
      - Lib. 4. de Locis malè affectis.
    - Paulus.
      - Si ſanguis copioſè euacuatus fuerit, quēadmodum in his qui iugulantur, mortem infert præſentaneam.
      - Si affectus remanet, in tabem facilè tranſit.
    - Cornelius Celſus.
      - Sanguis ex ore, gingiuis & faucibus profluēs, abſq; periculo eſt.
      - Sanguinis fluor ex capite ueniens, curatione facillimus eſt: ex ſtomacho, uel uentre aut faucibus, curabiles fluores approbamus, ul cceratione facti, difficiles curationes ab iis, qui eruptione fuerint affecti, iudicantur: omniū uerò difficilis, atq; grauior curatione ex pulmone fluens ſanguis accipitur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0343-6

# De Empyemate, ex eiſdem.

- Empyema eſt purulenta expuitio (latinus ſuppuratio dicitur)
  - Dignotio
    - PARTIS AFFECTAE: uidelicet THORACIS, ſecundum eius cauitatem:
      - Anguſtia.
      - Anhelitus difficultas.
      - Tuſsis.
      - Grauitas quædam in imo thoracis.
    - MORBI: ut,
      - Grauitas in profundo thoracis.
      - Tuſsis ualida cum dolore.
      - Febris per initia lãguida, inordinata, & ad iudicandum difficilis. Poſtquàm uerò ruptura abſceſſus iã appetit, uehementius cum quodam horrore febricitant.
      - Rupto abſceſſu, aliquid in profundo thoracis transfluere apparet, iuxta multiplices reclinationis permutationes, & maximè cũ ab uno latere in alterũ decũbunt, tũc ſanè multitudo puris manifeſtatur, & fluctuationis cuiuſdam ſonitus ſæpè ſenſibiliter in reclinationibus ipſorum auditur.
      - Pulſus hecticus.
      - Pus nunc purum, nunc fœculentum, cum tuſsi eiectum.
      - Copia ſudoris.
      - Oculi caui.
      - Genæ rubræ.
      - Tumores pedum.
      - Appetitus proſtratus.
      - Puſtulæ circa corpus, tempore procedente, &c.
    - CAVSAE morbi: uidelicet
      - Diſruptæ inflãmationis mẽbranæ ſuccingẽtis, uel alterius thoracis.
      - Sanguinis eruptionis, ulcere ad cicatricem non perducto.
      - Confluxus ex capite & alijs partibus ſuperioribus illuc manantis, ut in angina, &c.
      - (Ex proprijs eorum ſignis habetur.)
  - Curatio, in qua duo conſideranda ueniunt: uidelicet
    - Quid fieri debeat. Vide in ſeq. ſig.
    - An fieri poſſit. Nam eam
      - Poſſe fieri, indicat
        - Febris eodem die, poſt eruptionem, dimiſſa.
        - Cibi appetentia.
        - Pus album lene, concolorq́; ac uacans pituita, & abſq; dolore ualida tuſsi expurgatum.
        - Suppuratio ex morbo laterali, ſi in 40 diebus purgantur ægrotantes.
      - Non poſſe fieri, indicat
        - Febris remanens.
        - Sitis.
        - Nulla cibi appetentia.
        - Aluus humida.
        - Pus uiride, liuidum, pituitoſum, ſpumoſum per tuſsim reiectum.
        - Suppuratio ex pulmonia, in maioribus.
        - Suppuratio ex morbo laterali, ſi in 30 diebus non purgantur ægri.

♌ Quid fieri debeat, indicat

- Primò cauſa morbi. Nam ſi ea fuerit ſanguinis eruptio, uel confluxus ex capite, aut alijs partibus, uel alia cauſa, prius abſcindenda erit, de quibus ſuprà.
- Deinde morbus: uidelicet puris collectio, quæ ſui ablationē indicat. Quare
  - Victus ratio ſit attenuans, abſtergens, incidens: cuiuſmodi eſt
    - Cibus
      - Ex ſucco ptiſanæ.
      - Ex oleribus
        - Thymum.
        - Hyſſopum.
        - Fœniculum.
        - Oreoſelinum.
        - Aſparagus, &c.
      - Ex carnib⁹
        - Gallinarum.
        - Pullorum.
        - Perdicum.
        - Phaſianorum.
        - Columbarum, &c.
      - Ex fructibus
        - Piſtacia.
        - Amygdala.
        - Uua paſſa.
        - Pineæ nuces, &c.
    - Potus
      - Aqua mulſa.
      - Aqua hordei.
      - Vinum tenue, ad dulcedinem declinãs.
  - Medicamẽta ſint euacuãtia, uel per
    - Superiora, uidelicet per tuſsim, ſi per ipſam puris repurgatio fiat: cuiuſmodi ſunt
      - Ptiſana optimo melle permiſta.
      - Decoctũ { Hyſſopi, Iridis, Glycyrrhizæ } In aqua mulſa.
      - Succus Glycyrrhizæ manducatus.
      - Decoctum fœni græci cum palmulis pinguibus, uel ficubus, cum pauco melle præſertim ſi pus, quod exputur, fœdi odoris, ac ſordidum ſit.
      - Pulegium ſeu iris cum melle miſta, aut ſeorſum ſumpta.
      - Mel roſaceum.
      - Syrupus
        - De capillis ueneris.
        - De hyſſopo.
        - De marrubio.
        - E Glycyrrhiza.
      - Alliorum coctorum comeſtio, in robuſtioribus.
      - Terebinthina munda in menſura unius cochlearis, &c.
    - Inferiora: & uel
      - Aluum, ſi ad ipſum puris repurgatio proreptet: ut ſunt medicamenta emollientia.
      - Veſicam, ſi ad eam ſerpat, ut ſunt medicamenta urinam prouocantia.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0345-8

# De Phthiſi, ex Hipp. Gal. & aliis.

*Phthiſis eſt ulceroſa diſpoſitio in pulmone: uel eſt corporis extenuatio cũ febre exigua, quæ pulmonis exulcerationẽ ſequitur* —

- **Dignotio**
  - *Partis malè affectæ: ſcilicet* PVLMONIS: *ut*
    - *Tuſsis.*
    - *Anhelitus difficultas.*
    - *Dolor nullus.*
    - *Sputum purulentum.*
    - *Caruncula* — } *Tuſsiẽdo reiecta.*
    - *Bronchij pars, &c.* }
  - MORBI: *ut*
    - *Tuſsis frequens.*
    - *Sputum purulentum, interdum cruentum, fœtens, igni impoſitum.*
    - *Extenuatio totius corporis.*
    - *Febris lenta ſeu exigua.*
    - *Ramentum tuſsiendo reiectum.*
    - *Pulſus languidus, paruus, non nimium celer.*
    - *Genæ liuidæ* } *In phthiſi confirmata.*
    - *Vngues curui* }
    - *Color pallidus* }
    - *Caſus capillorum* — } *Malo iam uincente.*
    - *Alui profluuium* }
    - *Præcordia ſurſum tenſa* }
    - *Cibi faſtidium* }
    - *Sitis uehemens* }
    - *Sputum fœtidum* — }
  - *Cauſæ ipſius morbi: uidelicet* —
    - DESTILATIONIS *erodentis, à capite in pulmonem defluentis.* } *Ex proprijs eorum ſignis habetur.*
    - SANGVINIS *eruptionis, aut puris in ſuppuratis, &c.* — }
- *Curatio, quæ ſuis indicationibus per agenda eſt. Quare* —
  - *Quid ſit agendum. Vide in ſeq. ſign.* ✻
  - *An id, quò tendimus fieri poſsit, nec ne, indicat pars malè affecta, ſputũ, &c. Nam*
    - Galenus.
      - *Pulmonis ulcera ſanatu ſunt difficillima, ut quæ nec citra tuſsim expurgari poſſunt.*
      - *Cùm in pulmone ruptum uas eſt, ſcire apertè licet (niſi protinus antequã phlegmone excitetur, glutinatum ſit) id poſtea inſanabile fore, &c.*
      - *Vlcera, quæ in aſperæ arteriæ interiore ſunt tunica, & potiſsimùm, quæ ſummæ eius parti, quam λάρυγγα uocant, ſunt uicina, aut etiã in ipſa, hæc & curationem recipiunt.*
      - *Si ipſius cartilagines exulceratæ ſunt, aut inſanabiles, aut ſanatu difficillimæ erunt, &c.* —
      - Lib. 4. de Locis malè affectis.
      - Lib. 5. Methodi med.
    - Hipp.
      - *Qui tabe moleſtantur, ſi ſputum iniectum carbonibus, male oleat, & capilli à capite defluant, lethale.*
      - *Tabe laborante profluuium alui ſuperueniens, lethale.*
      - *A puris ſputo phthiſis, & fluxus: cùm uerò ſputum retinetur, moriuntur.*
      - *Oportet enim eum, qui probè liberari uolet, facilè ſputum per tuſsim reijcere, & id eſſe album & æquale, & eiuſdem coloris, ac ab inflammatione eſſe alienum, &c.* —
      - Aphor. 11. lib. 5.
      - Aphor. 12. lib. 5.
      - Aphor. 14. lib. 5.
      - Aphor. 16. lib. 7.
      - Prædict. lib. 2.

✠ Quid ſit agẽdum, indicat ulcus, qđ ſui unionem indicat. Hoc autem fieri poterit partim——

- Victus ratione inſtituta ſecundum aptam
  - Qualitatẽ: uidelicet abſtergentem & conglutinantẽ. Itaque ſit
    - Aër
      - Ad ſiccum parum uergens.
      - In calore & frigore temperatus.
    - Somnus moderatus, nocturnus.
    - Exercitatio moderata, ſeu ambulatio, præſertim ubi febris remiſerit.
    - Aluus quotidie ſubducta.
    - Animi
      - Tranquillitas.
      - Non ira, non triſtitia.
    - Cibus
      - Sorbitio ex
        - Ptiſana, alica / Amylo, oryza — Lacte adiecto.
        - Lacte amygdalarum.
        - Gallinarum, pullorum, caponum iure, cum pedibus uitulorum.
      - Ex carnibus: Hœdorum lactantium, capreolorum, uitulorum, turdorum.
      - Lac: Bubuli — / Caprinum — Cum melle roſaceo, quo nihil præſtantius eſt.
      - Ex piſcibus: Caneri fluuiales, crudi, triti, cum lacte potati, aut cocti in cibo ſumpti, aßiduè inſuper iure eorum abſorpto.
      - Ex fructibus: Vua paſſa, ficus, nuces pineæ, amygdala.
    - Potus
      - Aqua
        - Mulſa per ſe, aut cum amylo, aut iride, & glycyrrhiza in ea decoctis, aut ʒ ſ. boli armeni.
        - Hordei, ex hordeo non decorticato.
      - Vinum leue auſterum, quo interdum etiam utendum, ſed mediocri menſura.
  - Quantitatẽ: quæ augenda uel minuẽda eſt, pro uiribus ægrotãtis, morbi magnitudine, ætate, anni tempore, &c.
- Medicamẽtis exhibitis ſecundũ qualitatem
  - Primò abſtergẽtem, quorũ alia
    - Intrinſecus ſumuntur: ut
      - Aqua mulſa.
      - Syrupus
        - E glycyrrhiza, De hyſſopo.
        - De capillis uen. De marrubio, &c.
      - Marrubium cum melle coctum.
      - Cremor ptiſanæ, &c.
    - Extrinſecus applicantur: ut
      - Cataplaſma ex
        - Altheæ folijs, ſem. lini.
        - Fœno græco, oleo maluæ, uel altheæ, melle, &c.
      - Epithema ex
        - Terebinthina / Oleo cyprino uel irino / Medulla ceruina / Adipe taurino / Farina iridis / Æſipo — Æqualibus omnibus partibus commiſtis.
  - Deinde conglutinantem: quorum alia
    - Intrinſecus ſumuntur: ut
      - Ecligma tale
        - ℞. Loch: De pulmone uulpis / De pino — añ. ʒ. j.
        - ſyrupi: Myrtini / De hyſſopo / E glycyrrhiza — Sing. ℥. j.
        - Boli armeni / Terræ lemniæ / Lapidis hæmatitis — Sing. ℈ j.
        - Radicis ſymphiti ʒ. ij.
        - Diatragacanthæ ʒ. iij, fiat ecligma.
      - Morſuli
        - ℞. Carnium cap. ℥ ij.
        - Amyli / Tragacanthæ — Sing. ℈ j.
        - Diapenidion ʒ. ij.
        - Margaritarum ʒ. j.
        - Sem. mel. ʒ. iiij. cum ſaccharo diluto in aqua roſarum, fiant morſuli.
      - Saccharum roſaceum per ſe, aut cum ptiſanæ cremore.
      - Herba ſanguinalis ex aceto.
      - Plantago.
      - Plantaginis ſuccus, &c.
    - Extrinſecus applicantur
      - Oleum
        - Roſaceum.
        - Myrtinum.
      - adiectis interim alumine, acacia, malicorio, hypociſtide, gallã, &c. addendo etiam (ubi opus fuerit) ammoniacum, uiſcum quercinum, picem ac ceram.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0347-9

## De Palpitatione cordis, ex eiſdem.

- Palpitatio cordis, eſt dilatatio cordis quædam præter naturã, ſeu cordis eleuatio quædã præter naturam, atque depreſſio.
  - Dignotio
    - Partis malæ affectæ: uidelicet CORDIS, ſiue primariò, ſiue per conſenſum cum pericardio affecti: ut
      - Pulſus inæqualitas.
      - Manu ſupra thoracem adhibita loco, quo cor ipſum ſitum eſt, tum tangendo arterias ipſas, liquidò motus palpitationis ſentitur.
    - SYMPTOMATIS: ut
      - Pulſus inæqualis.
      - Spiratio exigua, rara.
      - Cor ipſum ægri palpitare ſentiunt tanquam diuerſam motionem exiſtentem à pulſu, quem propriè cordis motum appellamus.
      - Manu adhibita ſupra cor, ſentitur motus manifeſtè.
    - Cauſæ ipſius ſymptomatis
      - Immediatæ: ſcilicet INTEMPERIEI FRIGIDAE: ut
        - Temperamentũ corporis frigidius.
        - Regio frigida.
        - Anni tempus frigidum.
        - Satietas.
        - Temulentia.
        - Cibi frigidi ac flatuoſi, &c.

        ANNOTATIO.

        ¶ Palpitatio uera cunctis, ſiue per ſe, corde ipſo affecto, ſiue per conſenſum, à frigidis cauſis ortum ducere, Galenus 5. de Locis affectis, teſtatur: quo fit ut ne dum Arabes, uerum & iuniores medici quidam, etiam qui Galeni doctrinam profitentur, longè ab eius ſententia aberrent: dum aſſerunt, ex calida cordis intemperie, eius palpitationem oriri poſſe.
      - Mediatæ, ipſi cordi euenientis
        - Per ſe, uidelicet —
          - FLATVOSI SPIRITVS: ut
            - Cibi flatuoſi, & frigidi.
            - Vita otioſa.
            - Natura corporis frigidior, &c.
          - HVMORIS
            - PITVITOSI: ut
              - Temperamentũ, Regio, Anni tempus: Frig. & hum.
              - Victus ratio pituitam generans, &c.
            - MELANCHOLICI: ut
              - Tẽperatura, Anni tempus, Regio: Frig. & ſicca.
              - Cibi melancholicũ ſanguinem generantes, &c.
        - Per conſenſum cum pericardio affecto à
          - Tumore
            - Duro
            - Molli, humorem in ſe cõtinente, qualem hydatides puſtulæ.
            - (Duro, Molli:) Palpitatio à uenæ ſectione nõ adiuta.
          - Humore, urinæ ſimili tam multò, ut cor dilatari, quantum neceſſitas exigit, prohibeatur: ut palpitatio à uenæ ſectione non adiuta, ſed ſolis attenuantibus.
  - Curatio, in qua conſiderandum
    - Quid ſit agendum. Vide in ſeq. ſign. ☾
    - An fieri poſſit, indicat laborantis ætas, & diuturnitas affectionis. Nã
      - Si augeatur, & diutius ad ſyncopem permutabitur, & demum ad mortem, eamq; repentinam, ob conſequentem, uirtutis uidelicet uitalis imbecillitatem.
      - Cordis palpitatio, licet tum adoleſcentibus, tum adultis euenire ea poſſit, magna tamen ex parte ijs accidit, qui ætatem agunt, quinquaginta quidem annis inferiorem, ſed quæ quadraginta annos excedat. Cæterùm quamuis nonnulli ab hoc ſymptomate planè liberati ſint per uenæ ſectionem, uictuq; extenuantem ac medicamenta ſimilia, nihilominus omnes ante ſenectutem morte præuenti ſunt. Verùm alij quidem per acutas febres, alij uerò cum ſani degerent, affatim ſyncope intercepti, interierunt, quamuis unus uel duo citra ſyncopem alia quadam mortis ſpecie perierint.
      - Gal.
        - Aphor. 14. lib. 2. in comm.
        - Lib. 5. de Locis malè affectis.

- ☾ Quid fieri debeat, indicat ſymptomatis cauſa —
  - Primò mediata. Ea nāque primò ſui ablationē indicat. Nam ſi fuerit —
    - Spiritus flatuoſus, attenuandus & reſoluendus erit, partim
      - Victus ratiōe. Quare ſit
        - Aër
          - Ad caliditatem & ſiccitatem declinans.
          - Grauis odoris expers.
          - Suauiter olens.
        - Somnus moderatus, non uigiliæ.
        - Exercitium temperatum.
        - Aluus lubrica, arte, uel natura.
        - Animi quies, non
          - Mœſtitia.
          - Metus.
          - Lætitia immodica.
        - Cibus
          - Ex carnibus
            - Caponum, gallinarum —
            - Pullorum, ſturnorum
            - Perdicum, merularum
            - Vitulorum, hœdorum
            - Capreolorū, leporum, &c.
            - → Aßis, interdū elixis, cum hyſſopo, fœniculo, ſerpyllo, &c. pipere, cinnamomo, macere, aut gariophyllis.
          - Ex oleribus
            - Fœniculum, hyſſopum.
            - Serpyllum, ſaturegia.
            - Meliſſa, maiorana.
            - Borago, pulegium, &c.
        - Potus. Vinum
          - Dulce.
          - Tenue.
          - Flauum.
          - Vetus potius quàm nouellum, uel mediæ ætatis.
          - Aqua dilutum, in qua borrago & meliſſa fuerint cocta.
      - Medicamentis, &
        - Primò mediatè: (reuulſionis gratia) ut eſt ſectio uenæ internæ cubiti
          - Dextri, ſi plenitudo adſit, & nihil impediat.
          - Siniſtri, ſi nulla exiſtat plenitudo.
        - Secundò immediatè, quorū alia
          - Intrinſecus ſumuntur: ut
            - Diambra. —
            - Diamoſchus.
            - Diacinnamomum.
            - Diaxyloaloe.
            - Diacalamenthum.
            - Dianiſum.
            - Aromaticum roſ.
            - Theriaca.
            - Mithridatum. —
            - → Ex quibus confici poterūt tabulæ, tragemata, electuaria, morſuli, &c.
          - Extrinſecus applicantur: ut
            - Vnguentum tale
              - ℞. Olei
                - Spicæ —
                - Liliorum
                - De croco
                - → Sing. ʒ. ij.
              - Galliæ moſchatæ, Aliptæ moſchatæ — Sing. ℈. j.
              - Ligni aloes ℈ ß.
              - Maceris ℈. j.
              - Croci, gr. iij.
              - Ceræ, q. ſ. fiat unguentum.
            - Epithema
              - ℞. Aquarum
                - Meliſſæ
                - Borraginis
                - Maioranæ
                - → Sing. ℥. iij.
              - Spec. Diambre, Diamoſchi — Sing. ʒ. ß.
              - Maceris —, Ligni aloes — Sing. ℈. j.
              - Ambræ, gr. j.
              - Vini optimi ℥. j. miſce, & fiat epithema.
            - Sacculus ex
              - Floribus
                - Borraginis.
                - Roriſmarini.
                - Bugloßi.
              - Meliſſa.
              - Maiorana.
              - Ligno aloes.
              - Corticibus citri.
              - Cinnamomo.
              - Macere.
              - Gariophyllis.
              - Roſ. rub.
              - Sem. ocymi.
    - Humor. Vide in ſeq. ſign. #
  - Secundò immediata: uidelicet intemperies frigida: quæ iam dictis medicamentis, in curatione palpitationis à flatuoſo ſpiritu, commodè curari poterit.

- ♯ Humor
  - Pituitoſus, minuendus erit partim
    - Victus ratione iam dicta.
    - Medicamẽtis contrarijs
      - Primò ipſius quantitati: ut eſt uenæ ſectio, ut antea dictum.
      - Deinde quantitati: &
        - Primò non paratæ: & ſunt incidẽtia, ſeu alterantia: ut
          - Bizantinus
            - Simplex.
            - Compoſitus.
          - Acetoſus
            - Simplex.
            - Compoſitus.
          - De corticibus mali citri.
          - De duabus rad.
          - Melroſaceum.
          - Oxymel
            - Simplex.
            - Compoſitum.
            - Scyllinum, &c.
          - (all the above:) Cum aquis betonicæ, meliſſæ, maioranæ, &c.
        - Deinde paratæ: & ſunt euacuãtia: in forma
          - Liquida, ut
            - Agarici trochiſcati ʒ.j.
            - Cort. myrobalanorum cheb. ʒ.ij.
            - Lupulorum, Florum borraginis — Sing. ʒ.iij.
            - fiat decoctum ſecundum artem, in quo ʒ.vj. diacathol. uel confect. de dactylis cũ ℥iij. ſyrupi ex pluribus infuſ. roſ. diſſoluatur.
          - Solida: ut
            - ℞. Spec. bieræ S., Agarici trochiſc. — Sing. ʒ.j.
            - miſce, & cum oxymelle fiant pilulæ.
  - Melancholicus, minuendus erit partim
    - Victus ratione ſuprà dicta.
    - Medicamẽtis contrarijs, ipſius
      - Quantitati primò: ut eſt uenæ ſectio, reuulſionis ſaltem gratia, ut dictum eſt.
      - Qualitati deinde, &
        - Primò crudæ, & ſunt medicamenta alterantia ſeu concoquentia: ut ſyrupus
          - De pomis
          - De corticibus mali citri
          - De ſucco borrag.
          - De fumo terræ
          - De lupulis
          - De epithymo
          - (all the above:) Cum aquis meliſſæ, borrag. lupulorum, &c.
        - Deinde coctæ: et ſunt euacuantia, ſumpta uel in forma
          - Liquida: ut
            - ℞. Fumariæ, Lupulorum, Florum borrag. — Sing. ʒ.j.
            - Epithymi ʒ.ij.
            - Senæ ʒ.ij.
            - Cort. myrob. indorum ʒ.iij. fiat decoctum ſecundum artem, in quo diſſolue diaſenæ ʒ.iiij, aut diacathol. ʒ.iij.
            - Syrupi ex plur. infuſ. roſ. ℥.iij.
          - Solida: ut
            - ℞. Pilulæ de lapide lazuli, aut de lapide armenio ʒ.j.
            - Agarici trochiſ. ʒ.ſ. miſceantur, & cum ſyrupo de borrag. fiant pilulæ.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0350-4

## De Syncope, ex iiſdem.

- *Syncope, eſt præceps uirium lapſus*
  - **Dignotio**
    - *Partis malè affectæ: nimirũ* CORDIS *affecti per*
      - *Se*
        - *Si nullum præceſſerit ſignum alicuius partis affectæ, nullusq́; alius affectus ipſam anteceſſerit, præterquàm ſi immodica fuerit aliqua animi excandeſcentia, ſeu affectio.*
      - *Conſenſum, ut*
        - *Indicia propria partium primò affectarum apparentia.*
        - *Symptomata alia ſyncopē antecedentia, ut dolor eiuſdem partis, &c.*
    - SYMPTOMATIS: *ut*
      - *Reſolutio.*
      - *Animi defectus.*
      - *Pulſuum paruitas atque imbecillitas.*
      - *Extrema frigida.*
      - *Sudor frigidus circa*
        - *Caput.*
        - *Vultum.*
        - *Ceruicem.*
    - *Cauſæ ipſius ſymptomatis*
      - *Immediatæ (quæ morbus eſt) uidelicet*
        - INTEMPERIEI
          - CALIDAE
          - FRIGIDAE
        - TVMORIS
          - INFLAMMATIONIS
          - ERYSIPELATIS
        - *Ex proprijs eorum indicijs habetur.*
      - *Mediatæ: ſcilicet*
        - *Humorum*
          - *Vitioſorũ*
            - CRVDORVM: *ut*
              - *Totum corpus ampliori mole cernitur, quàm pro naturæ modo.*
              - *Præcordia inflata.*
              - *Color*
                - *Albidus.*
                - *Niger aut liuidus.*
              - *Pulſus minores, obſcuri, inæquales.*
            - FLAVAE BILIS: *ut*
              - *Aſsiduæ oris uentriculi mordicatio, anxietas, uellicatio, ac dolor, &c.*
          - *Tenuiũ, cum corporis raritate: ut*
            - *Naſus acutus.*
            - *Oculi caui.*
            - *Aſtricta tempora, &c.*
        - *Doloris.*
        - *Euacuationis immodicæ.*
        - *Aëris uitioſi, uel ex*
          - *Metallis.*
          - *Caminis.*
          - *Baratris.*
          - *Leguminum putredine, olerum, uel animalium.*
          - *Stagnis.*
          - *Paludibus, &c.*
        - *Qualitatis uenenoſæ, aut uenenoſorum animaliũ, quæ uirus reiectant, &c.*
  - *Curatio, in qua duo cõſideranda ſunt: uidelicet*
    - *Quid fieri debeat. Vide in ſeq. ſign.* ♁
    - *An fieri poſsit, indicat ſymptomatis uehementia, pars affecta, ſymptomatis cauſa, &c. Nam*
      - *Peſtifera eſt ſyncope illa, quæ extenuato ſpiritu ac ſanguine originem trahit, potiſsimùm ubi imbecillitas adſit retentricis facultatis totius corporis, ac expultrix immoderatius concitata fuerit.*
      - *Prorſus autem exitioſa ſyncope erit, ſi corpore crudis ſuccis referto generetur, aut ex redundante flaua bile, os uentriculi infeſtante, ſiue extenuatis ſuccis, ubi iecur, uel uentriculum phlegmone obſederit.*
      - *Si citra phlegmonem ſtomachicæ ſyncopes fiant, uentriculi ore affecto primò, ac conſentiente corde, curationem magna ex parte admittunt.*
      - (the three above:) *Gal. lib. 12, meth.*
      - *Si ſyncope ualida fuerit, medicinæ locus non eſt.*
      - *Si propter eius intemperiem eueniat, pernicioſior erit, quàm ex cerebri intemperie: quemadmodum hæc periculoſior eſt, quàm ſi iecur primò affectum fuerit.*
      - (the two above:) *Paulus, Aëtius.*

- ♂ Quid fieri debeat, indicat
  - Primò ſymptoma, quod primò ſui indicat ablationem ſeu mitigationẽ, per ea quæ uim corroborãdi uel reſtaurandi habent: quorum alia
    - Intrinſecus ſumuntur, per
      - Os: ut
        - Panis uino fuluo madefactus.
        - Diamoſchum dulce / Diambræ } Cum uino pauco } Si à frigida cauſa dependeat.
        - Diamarg. frig. cum uino pauco / Syrupus de pomis / Oxyſaccharum } Si à cauſa calida.
      - Nares: ut
        - Si à cauſa frigida.
          - ℞. Aquæ Roſ. / Meliſ. / Maioran. } Sing. ℥. ij.
          - Ligni aloës / Corticum mali citri } Sing. ʒ j.
          - Moſchi / Ambræ } Sing. gr. iij.
          - Aceti ℥. j. miſce, & fiat odoramentum.
        - Si à cauſa calida.
          - ℞. Aquæ Roſarum / Myrtill. / NymphEæ } Sing. ℥. iij
          - Santalorum / Corall. rub. } Sing. ʒ ſ.
          - Cort. mali citri. ℈ j
          - Moſchi, gr. ij.
          - Aceti albi ℥ j. miſce, & fiat odoramentum.
    - Extrinſecus applicãtur, ut
      - Epithema
        - Calidum
          - ℞. Aquæ Meliſſæ / Roriſmar. / Maior. / Roſ. } Sing. ℥. iiij.
          - Ligni aloës / Cort. mali citri } Sing. ʒ. ij.
          - Cinnamomi / Gariophyll. } Sing. ʒ ſ.
          - Croc. gr. ſ.
          - Oſsis de corde cerui, n°. ij.
          - Moſchi / Ambræ } Sing. iiij.
          - Vini fului odoriferi ℥. iij. miſce, & fiat epithema.
        - Frigidum
          - ℞. Aquæ borraginis / Roſaceæ / Acetoſæ / Meliſſæ } Sing. ℥. iiij.
          - Santalorum om. / Corall. rub. } Sing. ℥. ij
          - Cort. mali citr. / Lig. aloës } Sing. ʒ ſ.
          - Croci. gr. iij.
          - Moſchi. gr. ij.
          - Vini fului ℥. ij. miſce, & fiat epithema.
      - Sacculus
        - Calidus, ex Flor. meliſſæ, Roriſ. Maioranæ. Serpillo, Cinnamomo, Croco, Gariophyllis, Cort. mali citri, Roſis ſiccis, Ligno aloë, Moſcho, &c.
        - Frig. ex Flor. borraginis, Violarum, Nymphea, Meliſſa, Roſis. Croco. Ligno aloë Cort. citri. Santalis Corall. rub. Ambra, &c.
  - Deinde ſymptomatis cauſa. Vide fig. ⊞

- ⊞ Symptomatis cauſa
  - Primò mediata ſi ea adfuerit. Nam ſi ea fuerit
    - Bilis flaua minuenda erit partim
      - Victus ratione contraria. Quare ſit
        - Aër frigidus.
        - Somnus conſueto longior.
        - Cibus
          - Panis ex uino aquoſo dilutus.
          - Cremor ptiſanæ.
        - Potus
          - Vinum aquoſum.
          - Aqua hordei, &c.
      - Medicamẽtis euacuantibus per
        - Vomitum (ſi fieri poterit) quẽ irritare oportet aut
          - Potu
            - Aquæ calidæ
            - Hydrelæi.
            - Syrupi acetoſi, S.
          - Immittendo digitos, aut pennas.
        - Aluum: ut
          - Decocto tamarindorum.
          - Manna.
          - Caßia.
          - Rhabarbaro, quibus tamen non immodicè uacuanda eſt, cùm huiuſmodi exquiſitas euacuationes nõ ferãt.
    - pituita, ſeu copia crudorum humorum, euacuanda erit, id quod commodè fiet, partim
      - Victus ratione ſecundum contrariam qualitatem inſtituta. Quare ſit
        - Aër calidus, media temperie.
        - Somnus moderatus.
        - Quies.
        - Vinum aquoſum, ſi uehementer non febricitent.
        - Panis ex uino dilutus, modò in aliquo uiſcere phlegmone nõ ſit.
        - Aqua mulſa, in qua hyſſopum coctum fuerit, qua utantur tribus primis diebus, & uſq; ſeptimum, ſi nullum occurrat incommodum.
        - Cremor ptiſanæ.
        - Oxymel, &c.
      - Medicamentis euacuantibus, non quidam purgantibus, quoniam purgantia præſidia non ferunt. Quare per frictionem inaniendi erunt. Principio igitur morbi ſtatim incipere oportet, ac primũ crura à ſuperiore parte deorſum, linteis, non admodum mollibus, ſed modicè aſperis: deinde & tota brachia ab humeris uſq; supernè deorſum ſimili modo ſunt fricanda. At ubi artus omnes abundè calere uidentur, & metus eſt, ne quis ex multitudine frictionis contuſa iam carne, laßitudinis ſenſus ſuperueniat: oleo anethino ſeu chamæmelino utendũ eſt. Cùm iam artus plurimum perfricti fuerint, poſtea oleum detergetur, inde ad ſpinam dorſi tranſeundum eſt, hæcq; tota perfricanda ſimiliter: ab hac rurſus ad crura, & hinc ad brachia, mox inde rurſus ad ſpinam remeandum, & ita toto die faciendum.
    - Humor, ſeu ſuccus tenuis cum corporis raritate. Hos paulatim nutrire oportet, ſummamq; cutẽ denſare & aërem cubiculi refrigerare, &c.
    - Dolor: ijs remedijs, quibus dolor aufertur, curandus.
    - Euacuatio immodica: frigida faciem aſpergere oportet, aut aqua roſacea. Extremæ etiã corporis partes uinculis uehementer conſtringendæ, ac linteis modicè aſperis fricandæ, &c.
    - Aër uitioſus, ad optimam temperiem permutandus erit.
    - Venenoſa qualitas: aut ictus uenenoſorum animalium, alexipharmacis curandus.
  - Deinde inmediata. Nam ſi fuerit
    - Intemperies, per contrariam intemperiem, curanda erit.
    - Tumor, propria curatione ſua curandus eſt.

FINIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0353-2

# *ERRATA.*

***Primus numerus Paginam, ſecundus Verſum indicabit.***

Pagina 12,35 Acida 13,49 uaſa 15,43 ſubiacent 16,14 uocant 17,29 pericraneo 17,58 oſſe 18.27 gutturi 18,35 Raſcetæ 20,24 deſinentis 20.29 conuertit 20,47 ſuperiore 21,15 dictis 22,28 elatiori 25,19 epomidos 26,39 Exteriores 26.58 Anatomicis adminiſtrationibus 27,11 caudatis ſimijs 28 in principio, ſedecim 29,10 itidem 29,23 ad hypoch. 31,18 perficitur 34,35 abſcedit 34,48 portio 35.30 tramite 35,36 pollicem 35,47 finit 36,20 Superiori mandibula orientes 36,43 diuiduntur 36,66 linguæ 37.38 paris 38,71 proximis cõiugationibus 39,5 trãſuerſos 39,14 à ſpina 39,21 à clauicula 41,17 perfertur 41,30 alã perreptat 46,34 in uterũ 46,43 una in 47,56 expãdit 51,27 ſiniſtro 52,19 permeat 54,21 pollicẽ 55,11 elatiorẽ 55,43 Omnes fauciũ 55.48 mutuò 56,6 emulgente 58, in principio, finditur ramos 58.13 pro Vteri, lege Veſicæ 58,20 Penem 59,16 ſeruat 59,18 cõtorquetur 60,19 nullo ramo inter fibulã 60,48 ſecandarũ 63,39 deriuat 64,20 cõparatũ 65,42 quarũ 67,19 externũ 70, circa finẽ, nutrientis 78,17 uniuerſalibus diætis 78,47 aſſimilari 81,11 cacochimica 85,45 nam quæ aſſatur 89,22 capiuntur montibus 91.17 difficile 95,19 craſſorum 103,12 appetẽtiam 107,33 edictũ 107,41 præpollente 109,13 fructus 113,21 utiliora 113,29 imbecilli 120,67 poteſtate 121,22 in potu aut pro ciborũ ingeſtorũ cõmiſtione 128,2 ſcaturientiũ 128,58 Ferrea 135,36 prouenicns 136,26 ſtudio 139,23 fluuiorum 150,8 augmentum 152,13 ut torporis.

155 ſic diſtingue

Memoriæ { Abolitæ, ut Obliuionis / Imbecillæ, ut Torporis / Deprauatæ, ut Delirij

Rationis { Abolitæ, ut Amentiæ / Debilis, ut Stultitiæ / Deprauatæ, &c.

158,49 pure 162,46 Eryſipelas œdematodes 163,5 compoſitarũ 167,24 mediocriter 180,31 Augmento 193,3 continet 195,49 uictus ratio 196,12 intemperiei 200,5 defectione 200,9 permanet 204,42 uariatur 204, ultimo uerſu, reſerat 206,32 lege mollitie 207.25 & 26, iuncti 208.42 color 210,15 & ſecũdum uariam 226,57 ſeptices 229,2 paſſularum 229,19 ſubſtantiam 229,49 Gingidium 229,62 Seſeli 230,2 Abiegna 232,29 Deuorantur 233,8 Maſticando 233,8 Sinapi 235,10 De nenuph. 238,59 Adhibentur 239,41 Hic 239,62 tutum eſt 240,2 omnes 240,29 ualidum 241,20 & exteriore 243,20 pœonia 243,54 purgant 245,13 Nam omnia 248,55 conſtrictione 249.49 indicium 250,5 ad alias 253.20 Non comedatur 253,31 aliquorũ in euacuationib. 254,36 corpori nocumẽtũ 255,46 Tagautij 258,27 per plures dies 261,45 peripneumonia 262,40 quantitati 263,45 ut alterantibus 272,65 cyrenaicum 272,69 intemperies 273,17 fiant 273,22 mellis roſ. ℥. ij. 275,22 ſqualidi 311,20 & 28 Fluenti.

BASILEÆ,
PER IACOBVM PARCVM,
EXPENSIS NIC. EPISCOPII
IVNIORIS, ANNO 1562.
MENSE AVGVSTO.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0355-3


EPI SCOP.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0357-5
DFG

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0358-1

Dv 2539

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0360-0

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

urn:nbn:de:hbz:061:2-171166-p0361-6

DFG